Sarcophagus lapis mirabilis. fo. xxvi.fa.ii.
Sardanapali ſepulchrũ. f.cxxiii.ij
Saxa veronẽſia.fo.xxix.fa.ii.
Scalę.fo.xvi.fa.ii.
Scythę.fo.cxix.fa.ii.
Scola medicorũ.fo.cxxxiiii.fa.i.
Scolę.fo.lxvii.fa.i.
Scorpiones et ſerpẽtes vt interimas.fo.clxxi.fa.i.
Secãdi marmoris rõ. fo. xci. fa.ii.
Seleucus.fo.cxv.fa.ii.
Semiramis.fo.xx.fa.i.
Semiramis.fo.clxvi.fa.ii.
Semiramidis ſtatua mirandę vaſtitatis.fo.cxvii.fa.i.
Senariꝰ numerꝰ.fo.cxliii.fa.i.
Senæ.fo.lix.fa.ii.
Seoſoſis.fo.clii.fa.ii.
Sepulchrũ iouis in Creta. f.ii. f.i.
Sepulturę locꝰ apud romanos.f. cxviii.fa.i.
Serpẽtes vt expellant̃. f.clxxi.f.j.
Seſoſtris rex.fo.l.fa.i.
Seſoſtris.fo.cxv.fa.i.
Seſſiones.fo.cxxxv.fa.ii.
Seuerus.fo.clii.fa.ii.
Sibaritę.fo.ix.fa.i.
Signorũ duo gña. fo.xci.fa.i.
Simãdi ſepulchrũ.fo. cxxiii.fa.ii.
Simulachrũ tralucidũ.fo. lxxxv. fa.ii.
Simulachra ex ligno. f.cxvii. f.i.
Sinus.fo.lxxvi.fa.i.
Siracuſę.fo.iiii.fa.ii.
Smyrna.fo.lix.fa.ii.
Smirillus.fo.xci.fa.ii.
Solon.fo.xlviii.fa.ii.
Soſoſtris.fo.cxvi.fa.i.
Spectacula.fo.cxxvii.fa.ii.
Specula.fo.lxiii.fa.i.
Specula babylonica mirabilis.fo. cxxiiii.fa.i.
Speculę.fo.cxxiii.fa.ii
Speculę decẽtiſſima deſcriptio. f. cxxiiii.fa.i.
Squameola.fo.xxviii.fa.ii.
Stabula elephãtorũ. f.cxxxiiii. f.
Stagnũ.fo.lxxv.fa.ii.
Stagni ſpuma.fo.xci.fa.ii.
Statuę ex ſale et vitro.fo. cix. fa.j
Statuę immenſę magnitudinis.f. cxvi.fa.i.
Statuarũ inuẽtores qui primi. fo. cxvi.fa.i.
Statuarii.fo.cxvi.fa.i.
Staſicrates ſeu dinocrates ex mõte Athos effigiẽ Alexãdri ſe facturũ pollicebatur. f.lxxxiii.ii.
Sterquilinia.fo.lxxviii.fa.ii.
Strię.fo.cvii.fa.i.

Suber et alię arbores ad colũnarum vſum aptę.fo.xxii.fa.ii.
Subpeditare q̃ dñt in arcę. f.lxv.j
Suggeſtũ.fo.xxxvi.fa.i.
Supſtitiones veterũ.fo.xxxi.fa.i.
TAbulę.fo.cvi.fa.i.
Tabulę ĩ tignis.f.xlii.ii.
Tatius thermas cẽtũ colũnis numidicis aſtructas hoſtienſibꝰ donauit.folio. lxxxii.fa.ii.
Talge.fo.l.fa.ii.
Tarquinꝰ.fo.xix.fa.i.
Theatra.fo.xv.fa.ii.
Teges.fo.lxxiiii.fa.ii.
Tectũ.fo.iiii.fa.i.
Tectũ.fo.xiiii.fa.i.
Tectura.fo.xiiii.fa.i.
Telũ cupidinis.fo.cxii.fa.ii.
Termini finiũ indię a libero prẽ deuictarũ.fo.cxv.fa.i.
Templũ.fo.lxv.fa.ii.
Templũ apollinis in delo inſula. fo.ii.fa.i.
Templũ mileſiũ.fo.xcviii.fa.ii.
Templũ famiũ.fo.xcviii.fa.ii.
Templum vaſpaſiani.fo.xxxvi.i.
Templa olim celebria cõcremata. fo.cix.fa.i.
Tẽpla q primi poſuẽrt.fo.xcvii.ii
Templa quibꝰ diis locis aptis ponenda.fo.xcviii.fa.ii.
Tempus rerũ ꝓſternator ꝑuicax. fo.clii.fa.i.
Terebyntꝰ.fo.lxxxiiii.fa.i.
Terra apud indos et hyperboreos bifera.fo.l.fa.ii
Terra oia vorat et cõſumit.fo.lix fa.ii.
Terra plaſtica.fo.xxviii.fa.i.
Terra quę lateribꝰ ꝯficiendis apta fo.xxvii.fa.i.
Teſſellulata marmora.fo.xcii.fa.j
Teſtudo recta ſphęrica. fo.xliiii.ii
Teſtudo ſua etiam habet ornamẽta.fo.cix.fa.ii.
Teſtudinis recte ſphęricę ſtabilitas pintegra.fo.xlv.fa.i.
Teſtudinũ gña.fo.xliiii.fa.i.
Theatri partes.fo.cxxviii.fa.ii.
Thetra maxia et minora in quibꝰ inter ſe differant.fo.cxxxi.fa.i.
Thebe.fo.liii.fa.i.
Theodorꝰ et tholꝰ egregii columnarũ artifices.fo.xciiii.fa.i.
Thermę.fo.cxxxiiii.fa.ii.
Thermarũ mãſiones. fo. cxxxv.i.
Theſauri in ſepulchro dauid.fol. lxii.facie.ii.
Theſeus.fo.xlviii.fa.ii.
Theſiphꝰ.fo.xxxv.fa.i.
Thorus.fo.cii.fa.ii.
Thraſo.fo.iii.fa.ii.
Tiberius princeps.fo.xxi.fa.i.
Tigna.fo.cv.fa.ii.
Tiphinchiꝰ.fo.iii.fa.ii.
Titus.fo.xx.fa.i.
Tyburtinꝰ lapis ab ouidio pumex viuus dictus.folio.cxl.fa.ii.
Tygranes.fo.xcvi.fa.ii.
Typho.fo.viii.fa.
Tyranni ſedes.fo.lxiii.fa.ii.
Tyrſes quid.fo.clii.fa.ii.
Tyrus.fo.li.fa.ii.
Trabeationes arcuatę et colũnatę fo.cxiiii.fa.i.
Trabs corynthia.fo.cvii.fa.i
Trabs dorica et eiꝰ modulꝰ.f.cv.ij

Trabs Ionica.fo.cvi.fa.i.
Tribunalia.fo.xcix.fa.ii.
Triclinũ.fo.lxxvii.fa.i.
Tripolea creta.fo.xci.fa.ii.
Tritici & ſeminum pſeruatio. fol. lxxviii.fa.i.
Triuium.fo.cxxvi.fa.i.
Troglodita.fo.viii.fa.i.
Trogloditę.fo.cxix.fa.i.
Turris mneſtorea. fo.xxxiii.fa.ii.
Turres fo.lv.fa.i.& fo.lxx.fa.i.
Vapor olĩ apud Seleucã peſtilẽs.fo.xv.fa.i.
Varijs deis varię tẽplorũ formę ponẽdę. folio. xcviii.fa.ii.
Vaſa et id genus alia tẽplis olĩ dicata pcioſiſſima.fo.cxii.fa.ii.
Valua fluuij emiſſoria.fo.clxix.f.j
Valuę corio et ferro tegendę. fol. lv.fa.ij.
Valuę cupreſſinę in tẽplo. Dianę Epheſię quadringẽtos ãnos pduraſſe dicunt.fo.xxiii.fa.i.
Valuę. et earũ pticulę. fo.cxi.fa.j.
Valuę eugenianę.fo.xxiii.fa.i.
Valuę ornamẽta.fo.cxi.fa.ii.
Vaticana ſacella.fo.xi.fa.i.
Vellinꝰ mons.fo.xxix.fa.ii.
Vermes in lapidibꝰ. fo.xxix. fa.i.
Veſta.fo.iii.fa.ii.
Veſta.fo.xx.fa.ii.
Veſtibulũ. fo.lxii.fa.j.&. lxiii.fa.j
Via aquatica.fo.clxiiii.fa.ii.
Via militaris.fo.lv.fa.ii.
Via quõ fieri poſſit cõmoda. fol. clxiiii.fa.ii.
Vię collaterales & minutiores.fo lvi.fa.i.
Vię interprætatio.fo.cxviii.fa.i.
Vię latitudo ex xii. tabularũ cõſtitutione.fo.lv.fa.ii.
Vię olĩ ſtructura mirabilis.folio. cxxv.fa.i.
Vicinia tetro odore vitãda.fo.v.j
Vitiũ areę.fo.cxlvii.fa.i.
Vitia ex aqua impura naſcẽtia. folio.clviii.fa.j
Vitia ĩ pietibꝰ emẽdãda.f. clxxii.j
Villa qlis eẽ debet.fo.cxxxviii.f.j
Villa q loco habẽda. fo.lxxiii.f.ii.
Vitis in prato ponẽda. f.clxiiii.fi.
Vitis ſeculorum ęternitatẽ ſupat. fo.xxiiii.fa.ii.
Vitruuiꝰ.fo.liiii.fa.ii.
Virtus et veritas.fo.lxvi.fa.i.
Vlmus.fo.xxii.fa.ii.
Vndula.fo.ciii.fa.ii.
Volaterrę.fo.lii.fa.i.
Vrbs ponẽda cuiuſmõi agrũ habere debet.fo.li.fa.i.
Vrbs quõ ad mare ponẽda.f.li.i.
Vrbs quõ plano in loco ponẽda. fo.lii.fa.i.
Vrbes longiſſime.fo.liiii.fa.i.
Vrbes muris ampliſſimis cinctę. fo.liii.fa.ii.
Vrbiũ quõdã ornamẽta pulchra fo.cxxxiiii.fa.i.
Vt ſilua creſcat.fo.clxiiii.fa.i:
Xerxis ſepulchrũ.fo.cxx.fa.ii
Xerxes templa gręcię flãmis abſumpſit.fo.xcviii.fa.i:
Xiſtus.fo.cxxxv.fa.i.
Yolaus vrbs ſp libera.fo.ix.fa.i.
Zarinę ſepulchrũ.fo.cxx.fa.ii.
Zenodarꝰ artifex celebrj. f.xx.ii.

Laus deo.

# LEONIS BAPTISTE ALBERTI DE RE AEDIFICATORIA INCIPIT LEGE FOELICITER.

¶ Authoris Præfatio rei ædificatoriæ neceſſitatẽ/vtilitatẽ/ſu-
ſcepti operis cauſas et ordinem continens.

MVltas et varias artes que ad vitam bene/bea-
teq; agendã faciant ſumma induſtria et dili-
gentia cõquiſitas nobis maiores noſtri tradi
dere. Quæ oẽs et ſi ferãt pre ſe: quaſi certatim
huc tendere. Vt plurimum generi hominũ ꝓ
ſint: tamẽ habere innatũ atq; inſitum eas in-
telligimus quippiam: quo ſingulæ ſingulos
præ ceteris diuerſoſq; polliceri fructus videanť. Nãq; artes qui
dem alias neceſſitate ſectamur: alias ꝓbamus vtilitate. Aliꝗ ve
ro ꝙ tm̃ circa res cognitu gratiſſimas verſenť in præcio ſunt/
Quales autem hæ ſint artes nõ eſt vt ꝓſequar: in prõptu enim
ſunt. Verũ ſi repetas ex omni maximarũ artiũ numero nullam
penitus inuenies quæ nõ ſpretis reliquis ſuos quoſdã et ꝓpri-
os fines petat et cõtempleť. Aut ſi tãdem cõperias vllã: quæ cũ
huiuſmodi ſit: vt ea carere nullo pacto poſſis: tũ et de ſe vtilita-
tem: voluptati/dignitatiq; cõiunctã præſtet: meo iudicio ab ea
rũ numero excludendã eſſe: nõ duces architecturã: nãq; ea qui-
dem ſiquidẽ rem diligẽtius pẽſitaris et publice et priuatim cõ-
modiſſima et vehemẽter gratiſſima generi hominũ eſt: dignita
teq; inter primas nõ poſtrema. Sed anteq̃ vltra progrediar: ex
plicãdũ mihi cenſeo quẽnam haberi velim architectũ. Non enĩ
tignariũ adducam fabrũ: quẽ tu ſummis cæterarũ diſciplinarũ
viris cõpares. Fabri enĩ manus architecto pro inſtrumẽto eſt.
Architectũ ego hunc fore cõſtituam/qui certa admirabiliq; ra- Archite-
tione et via tum mẽte animoq; diffinire: tum & opere abſolue- ctus qui.
re didicerit quecũq; ex ponderũ motu corporũq; cõpactione &
coaugmẽtatione digniſſimis hominũ vſibus belliſſime cõmo-
dẽtur. Quæ/vt poſſit) cõprehenſione et cognitione opus eſt re
rum optimarũ & digniſſimaꝝ. Itaq; huiuſmodi erit architect⁹.
redeo ad rem. Fuere qui dicerent aquã aut ignẽ præbuiſſe prin-
cipia: quib⁹ effectum ſit vt hominũ cetus celebrarentur. Nobis
vero tecti parietiſq; vtilitatẽ atq; neceſſitatẽ ſpectãtibus ad ho

mines cõciliandos atq; vna cõtinendos maiorẽ inmodum va-
Architecturę vtilitas. luiſſe nimirum perſuadebitur. Sed ne Architecto ea re ſolũ de-
bemus quod tuta optataq; diffugia ꝯtra ſolis ardores Brumã
pruinaſq; dederit: tam et ſi ipſuȝ id haud quaq̃ minimũ benefi-
cium eſt: q̃ quod multa inuenerit priuati et publice: ꝓculdubio
longe vtilia: et ad vite vſũ iterum atq; iterum accõmodatiſſima
Quot familias honeſtiſſimas et noſtra et alię orbis vrbes tẽpo
rum iniuria labefactatas funditus amiſiſſet/ni eos patrij lares/
Dædalus apud Selinũtios probatꝰ. quaſi in maiorũ ſuoꝝ gremio receptos cõfouiſſent. Dedalũ ſua
probarunt tẽpora: vel maxime quod apud Selinuncios Antrũ
ædificarit: ex quo tepens leniſq; vapor ita efflaret ac colligeret/
vt ſudores grauiſſimos eliceret: corporaq; curaret ſũma cũ vo-
luptate. Quid alij q̃ multa iſtiuſmodi excogitarunt: que ad bo-
nam valitudinẽ faciant geſtationes/natationes: thermas et hu-
iuſmodi. Aut quid referam vehicula piſtrina horaria et minu-
ta hæc: quæ tamẽ in vita degenda plurimuȝ momenti habent?
Quid aquarũ copias ex intimis reconditiſq; ꝓductas: vſibuſq;
tã varijs tãq; expeditꝭ expoſitas? Quid trophea: delubra: fana:
templa et eiuſmodi q̃ ad cultũ religionis fructũq; poſteritatis
Architecturæ laus. adinuenit? Quid demũ ꝙ abſciſſis rupibꝰ ꝑfoſſis montibꝰ/cõ-
pletis conuallibꝰ coercitis lacu mariq; expurgata palude coędi-
ficatis nauibꝰ/directis fluminibꝰ/expeditis hoſtijs ꝯſtitutꝭ põ-
tibus: portuq; non ſolũ tẽporarijs hoĩm cõmodis ꝓuidit. Ve-
rum et aditus ad oẽs orbis prouincias patefecit. Ex quo effectũ
eſt vt fruges aromata gẽmas rerũq; peritias et cognitiones:
et quæcunq; ad ſalutẽ & vitæ modũ cõferant: hoĩes hominibꝰ
mutuis officijs cõmunicarint. Adde his tormenta machinas/
arces/et quæ ad patriaȝ/libertatẽ rem decuſq; ciuitatis tuendã
augendamq;/ad propagandũ ſtabiliendũq; imperium valeant.
Equidẽ ſic arbitror: quotquot a vetere hoĩum memoria vrbes
obſidione ſub alioꝝ imperiũ venerit: ſi rogenť a quo debellatæ
ſubacteq; ſint: non negaturas ab architecto. Armatũ enim faci-
le hoſtem contempſiſſe. Sed ingenij vim: et operum molem: &
tormentorũ impetum: quibus vrgeret obrueret preſſaretq; ar-
chitectus tolerare diutius nequiuiſſe. Et cõtra obſeſſis q̃ nunq̃
euenit: vt ſeſe alia re magis q̃ architecti ope et artibus ſatis fore
tutos deputẽt. ¶ Tum ſi habitas expeditiões repetas fortaſſis
reperies huiꝰ artibus et virtute victorias plures q̃ imperatoris

ductu auſpicijſue partas: hoſtemq; ſepius huius ingenio abſq; illius armis q̃ illi⁹ ferro/ſine iſtius cõſilio ſuccubuiſſe. Et quod maxime preſtat/parua manu ſaluoq; vincit milite architectus. De vtilitate hactenus. ¶ Q; vero grata & q̃ penit⁹ inſideat animis ædificãdi cura et ratio cum aliunde/tũ hinc apparet/ q; nemine reperias modo adſint facultates/qui non tot⁹ad quippiã coædificandũ pendeat. Et ſiquid ad rẽ ædificatoriã excogitarit/ volens ac lubens nõ ꝓferat: et quaſi iubente natura vſui hoĩm propalet. ¶ Et q̃ ſepe euenit: vt etiã reb⁹alijs occupati nequeamus nõ facere/quin mente et animo aliquas ædificationes cõmentemur. Et aliorum ſpectato ædificio ſingulas ilico dimenſiones luſtramus ac penſitam⁹: proq; ingenij virib⁹ diſquirim⁹ quid nã adimi addi ĩmutari ve poſſit: quo id opus reddatur elegantius/vltroq; monem⁹. Siquid vero bene diffinitum recteq; abſolutũ ſit: quis id nõ ſpectet cũ ſũma voluptate atq; ilaritate? Iã vero q̃tum ciues domi foriſq; nõ iuuerit modo atq; delectarit architectura/ſed multo quidẽ honeſtarit. qd eſt quod referam? Quis non ſibi laudi aſcribat q; ædificarit? Priuatis etiã q; habitemus ædibus paulo accuratius cõſtructis gloriam? Boni viri q; parietem aut porticũ duxeris lautiſſimã. Q; ornamenta poſtium columnarũ tectiq; impoſueris et tuã & ſuam vicẽ cõprobant et congratulantur. Vel ea re maxime quod intelligũt quidẽ te fructu hoc diuitiarum tibi/familię/poſteris vrbiq; plurimũ decoris et dignitatis adauxiſſe. ¶ Cretã inſulã in p̃mis ſepulcrum iouis nobilitauit: nec tantũ Apollinis oraculo Delõ/ q̃ forma et ſpecie vrbis tẽpliq; maieſtate colebaẽ. Quantũ vero auctoritati ĩperij et nomĩs latini ꝯtulerit ædificatio nichil plus dico q̃ nos ex his buſtis et reſiduis veteris magnificentie: quæ paſſim videm⁹ multa hiſtoricis credere didiciſſe: q̃ alioquin fortaſſe min⁹ credibilia videbanẽ. Preclare igiẽ apud Tucididẽ prudentia veterũ cõprobatur: qui ita vrbẽ omni ædificioꝝ gñe paraſſent/vt lõge q̃ erant potentiores viderenẽ. Et qs fuit ſũmoꝝ ac ſapiẽtiſſimoꝝ prĩcipũ/quin inter primas ꝓpagãdi nomĩs & poſteritatis curas rẽ habuerit ędificatoriã? Sed de his hacten⁹. ¶ Demũ hoc ſit ad rẽ ſtabilitatẽ/dignitateʒ/decuſq; rei publice plurimũ debere architecto. Qui qdẽ efficiat vt ĩ ocio cũ amęnitate/feſtiuitate ſalubritate. In negocio cũ emolumẽto reꝝq; incremẽto: in vtriſq; ſĩ piculo & cũ dignitate verſemur. Hũc igẽ ex

ſepulchꝝ Iouis in Creta.

Tẽplũ apollinis ĩ Delo inſula.

voluptate/atq́ mirifica opum gr͞a: exq́ neceſſitate: exq́ inuẽto rum adiumentis præſidioq́: exq́ fructu poſteritatis ꝓbandum colendumq́ eſſe: atq́ inter primarios/qui de genere hominum honores et prẹmia meruerint/habendũ non negabimus. Atq nos quidem cũ iſtec ita eſſe intelligeremus/cæpimus animi gra tia de eius arte et rebus accuratius perſcrutari: quibus nã prin-cipijs diducerentur/quibuſue ꝑtibus haberentur: atq́ finirent͂: quas cum inueniſſẽ genere varia numero pene infinita/re ad-mirabilia vtilitate incredibili: vt interdum non conſtaret q̃ nã hominum cõditio: aut quæ reip. pars/aut quis ciuitatis ſtatus magis debeat architecto/imo oĩm cõmoditatum inuẽtori: pu-blica an priuata: ſacra an profana: ocium an negocium: ſinguli ne quiq́/an genus hominũ vniuerſum/ Inſtituimus pluribus de cauſis: quæ longũ eſſet hic proſequi: eadẽ iſta colligere: quæ his decem libris mandata ſunt litteris. Quoꝝ hic erit rebus tra ctandis ordo. Nam edificiũ q͛d corp⁹ quoddam eſſe animaduer timus: quod lineamentis/veluti alia corpora conſtaret et mate ria. Quoꝝ alterum iſtic ab ingenio produceretur: alterum a na tura ſuſciperetur. Huic mentem cogitationemq́/huic alteri pa rationem ſelectionemq́ adhibendam. Sed vtrorũq́ per ſe neu-trum ſatis ad rẽ valere intelleximus/ni & periti artificis man⁹/ quæ lineamentis materiam conformaret acceſſerit. Cumq́ ædi ficiorum varij eſſent vſus/perueſtigandũ fuit an eadem linea-mentorum finitio quibuſq́ operibus conueniret. Diſtinximus ea de re ædificiorum genera/in quibus quidem cũ habere pluri mum momenti videremus/cohæſionẽ modumq́ linearũ inter ſe: ex quo præcipua pulchritudinis effectio emanarit. De pul-chritudine idcirco cæpimus diſquirere quid nam eſſet/& qualis cuiq́ deberetur. Cumq́ in his omnibus peccata interdum offẽ derentur inueſtigauim⁹ quo pacto ei ẽdari inſtaurariq́ poſ-ſent. Cuiq́ igitur libro pro rerũ varietate ſuus inſcribitur titu-lus hunc in modum. Nam primi quidem titulus. Primo linea menta. Secũdo materia. Tertio opus. Quarto vniuerſoꝝ op⁹: Quinto Singulorum op⁹: Sexto Ornamentũ: Septimo Sacro rum ornamentum: Octauo Publici ꝓfani ornamẽtum. Nono Priuatorium ornamentum. Decimo operum inſtauratio: addi ti nauis: æraria hiſtoria: numeri et linearũ. Quid conferat archi tectus in negocio.

Attẽde q̃ in hoc toto opere ꝑ libros ſingulos tractent͂.

# LEONIS BAPTISTE ALBERTI DE LINEAMENTIS. LIBER PRIMVS.

❡Lineamentorū vis et ratio.quidq; lineamentum. Caput.I.

DE lineamentis ędificiorum conſcripturi optima et elegantiſſima quęq; a peritiſſimis maioribus fuiſſe litteris tradita:et q̄ in ipſis operibus facundis eſſe obſeruata animaduerterimus/colligemus:noſtrūq; hoc in opus tranſferemus.His etiā addemꝰ ſi quid noſtro ingenio et perueſtigādi cura et labore adinuenerimus:qđ quidem vſui futurū putemus.Sed cū huiuſmodi rebꝰ alioquin duris et aſperis atq; multa expte obſcuriſſimis cōſcribendis me cupiam eſſe apertiſſimū/et quoad fieri poſſit facilē et expeditiſſimū:noſtro ꝓ more explicabimus.quid nam ſit qđ aggrediar.Nam hinc nō negligendi rerū dicendarū fontes patebunt:vñ cętera ęq̄biliore orōne dicanť.Rē igiť ſic ordiemur.

❡Tota res ędificatoria lineamētis et ſtructura conſtituta eſt. Lineamentorū om̄is vis et ratio conſumiť.Vt recta abſolutaq; habeať via coaptandi/iungēdiq; lineas et angulos:quibꝰ ędificij facies cōprehēdatur atq; cōcludať.Atqui eſt quidem lineamenti munus et officiū pręſcribere ędificijs et partibꝰ ædificiorum aptū locum et certū numerū:dignūq; modum et gratū ordinem:vt iam tota ædificij forma et figura ipſis in lineamētis conquieſcat.Neq; habet lineamentū in ſe vt materiam ſequať. Sed eſt huiuſmodi vt eadē plurimis in ędificijs eſſe lineamēta ſentiamꝰ:vbi vna atq; eadem in illis ſpecteť forma.Hoc eſt vbi eorū partes:et partiū ſingularū ſitus atq; ordines inter ſe conueniant totis angulis:totiſq; lineis.Et licebit ītegras formas præſcribere animo et mente/ſecluſa omni materia.Quam rē aſſequemur adnotādo & præfiniēdo angulos & lineas certa directione et cōnexione.Hæc cū ita ſint:erit ergo lineamentū certa cōſtanſq; præſcriptio ꝯcepta animo/facta lineis et angulis per fectaq; aīo & ingenio erudito.Qđ ſi velimꝰ inueſtigare quidnā ipm̄ ædificiū:totaq; ſtructura per ſe ſit:fortaſſis faciēt ad rem/ſi cōſiderabimꝰ quibus primordijs:quibuſue ꝓgreſſibꝰ inhabitādi ſedes:q̄s ædificia nūcupāt: olim ceperint atq; excreuerint Qui ſi recte opinor:de tota hac re ſic ſtatuiſſe poſſumus.

Lineamē ta.

¶ Sediū ſeu ędificioꝝ primordia. Partes ſex / Regio / Area / Partitio Paries / Tectum / Apertio. Tria cuiq; harū partiū cōferentia. Salubritas / Firmitas / Amenitas. Caput. II.

PRincipio genus hoim in aliqua tuta regione ſibi q̄ſiuiſſe quieſcēdi ſpacia: et illic inuēta area vſui cōmoda
Cōdēdo et grata cōſtitiſſe: atq; ſitum ip̄m occupauiſſe: vt non
rū ędifici eodem loco fieri domeſtica oīa et priuata voluerit.
orum pri Sed alibi accubari / alibi focū haberi: alibi alia ad vſum colloca
mi ortus ri. Hic adeo cepiſſe meditari vt tecta ponerent: quo eſſent a ſole et imbrib⁹ operti. Idq; vt facerent adieciſſe: deinde parietū latera: quibus tecta imponerentur. Sic enim a gelidis tēpeſtatibus et pruinoſis ventis ſe futuros tutiores intelligebāt. Demū parietib⁹ aperuiſſe a ſolo in ſublimi vias et feneſtras: quib⁹ cum aditus & cōgreſſus darētur: tum & lumina & auræ apertis tēporib⁹ exciperētur: et cōcepta fortaſſis intra lares aqua / vaporeſq;
Veſta. expurgarētur. Ita quicūq; ille fuit ſeu Veſta dea Saturni filia /
Eurialus ſeu Eurialus Hyperbiuſq; fratres / ſeu Gellio / aut Thraſo / Cy-
Hyperbi⁹ clops ve Tiphinchius / qui iſta principio inſtituerit. Tādem ſic
Gellio. puto hos fuiſſe condēdoꝝ ædificiorū p̄mos ort⁹ p̄moſq; ordi-
Thraſo. nes. Demū excreuiſſe vſu & arte hanc rē arbitror. Varijs ædifi-
Tiphin- ciorū generib⁹ inuentis: quo ad res prope infinita redacta eſt.
chius. Namq; alia quidē publica: alia priuata: alia ſacra: alia profana: alia ad vſum et neceſſitatem: alia ad vrbis ornamētū: alia ad tēplorum voluptatem cōſtituuntur. Sed oīa ab his quæ recenſuim⁹ principijs manaſſe negabit nemo. Quæ ſi ita ſunt in prō-
Res ędifi ptu eſt totam ædificandi rem cōſtare partibus ſex. Hæ ſunt eiuſ
cāda par- modi Regio / Area Partitio / Paries / Tectum / Apertio. Hæc p̄n
tibus ſex cipia ſi fuerint percognita fiet vt quæ dicturi ſumus facilius in
cōſtat. telligātur. Ergo ea ſic finiemus. Namq; erit quidem apud nos
Regio. Regio circūexpoſita totius ſoli amplitudo et facies: vbi ædifi-
Area. candum ſit: cuius pars erit area. Area vero erit certum quoddā loci perſcriptum ſpaciū: quod quidē muro ad vſus vtilitatēq; ambiatur. Sed areæ appellatione veniet quoq; id quocūq; ip̄m
Partitio. ædificij loco ſit: q̄d deambulantes veſtigio premimus. Partitio eſt quæ totius ædificationis aream in minoris areas partitur: vnde fit vt quaſi membris in vnum adactis & coaptatis totum
Paries. ædificij corpus minoribus ædificijs refertum ſit. Parietem dicimus omnem ſtructuram: quæ a ſolo in altū ſurrexerit ad feren-

dum onus tectorum: quæve obducta ſtet ad interiora ædificij vacua obuallāda. Tectum appellamus nō partem illam ædificij ſolū ſublimem atq; extremā/qua pluuiæ intercipiūtur. Verū et tectum id maxime eſt quicquid late/longeq; diſtētū ſupra deambulantiū caput adſtet. Quo in genere ſunt contignationes: cōcamerationes/teſtudinata: et eiuſmodi. Apertiones nūcupamus quicquid eſt vbiq; per ædificiū: qđ ingreſſum/egreſſumve inde incolis rebusve prębent. ¶ De his igit̃ et de ſingulorū partibus nobis dicendū eſt: ſi prius nōnulla retulerimus: quę quidem ſeu principia/ſeu principijs noſtri hui⁹ inſtituti operis inſita atq; innata ſunt: plurimū certe faciēt ad rem. Nā cōſiderantib⁹ an ſit quippiam/qđ quibuſq; harū quę diximus partiū cōferat/tria inuenim⁹ minime poſtponēda: que quidem & tectis et parietib⁹ et reliquis eiuſmodi plurimū conueniant: ea ſunt hec. Vt ſint eoꝝ ſingula ad certū deſtinatumq; vſum cōmoda et inprimis ſaluberrima. Ad firmitatē/perpetuitatēq; integra & ſolida/& ad modū ęterna. Ad gratiā & amęnitatē cōpta/ꝯpoſita: et in omī parte ſui (vt ita loquar) redimita. His quaſi reꝝ dicendarū primordijs & fundamētis iactis ad inſtitutū ꝓſequamur.

Tectum

Apertio.

Quid ꝓdictis partibus cōferat.

Salubritas.

Firmitas amęnitas

¶ De regione/Cœlo/ſeu aere/ ſole et ventis aerem ipſum euariantibus. Caput. III.

Regionem veteres vt omī nocuo liberā et cōmoditatibus refertiſſimam haberēt/quo ad eius fieri poterat vehemēter elaborabant. Atq; imprimis cœlū ne habituri eſſent graue & infeſtum/omī diligētia penitus præcauebant/prudenti id quidem et permaxime neceſſario cōſilio. Nam terram atq; aquam ſiquid habeat in ſe vitij/arte et ingenio corrigi poſſe non negant. Cœlum vero nulla ingenij ope/nullaq; hominum manu ſatis poſſe emendari aſſeuerant. Et omnino ſpiritus anhelitus/quo vno maxime vitam ali ſeruariq; ſentimus mirifice ad ſalutem conferet/ſi erit per q̃ puriſſimus. Tum et quantam habeat cœlum in gignēdis/producendis/alendis/ſeruādiſq; rebus vim: quis eſt quem id fugiat? Qñ et pręſtare ingenio eos intelligas homines: qui cœlo fruantur puriore/q̃ eos qui craſſo et madenti. Quę vna res potiſſimum effeciſſe creditur/vt Athenięſes acumine ingenij multo pręſtiterint Thebanis. Cœlum pro ſitu et locorū facie/aliud atq; aliud haberi ſentimus: quarum varietatum rationes partim in=

Aer pur⁹ habitād⁹

Atheniēſes acumine īgenij thebanis ꝓſtiterūt.

telligere videmur/ptī naturę obſcuritate abditę atq; obſtruſę nos penitus latēt. Sed de manifeſtis pri⁹: poſt occultiora pſcru tabimur: q̄ regiones cōmodiſſimas deligere et ſaluberrime poſ ſimus degere. Aerē veteres theologi Palladē nuncuparunt: et hanc Homerus deā eſſe ait et Glaucopi appellari/puruʒ ſignifi cās aerē: qui natura ſui plucidiſſimus ſit. Atqui i promptu qui dem eſt eū eſſe aerem ſaluberrimū: qui purgatiſſimus: et q̄ puriſ ſimus ſit: qui acie viſus liberrime peruius: qui per lucidus: qui leuiſſimus: qui coequabilis et minime varius. Tum contra pe ſtiferum illic eſſe aerem ſtatuemus: vbi ſpiſſitudine quadā aut nebularū: aut vapoꝝ ſtet cōcretus atq; fetulent⁹. Vt q̄ſi quoddā graue hæreat ſupcilijs: atq; aciē p̄mat. Hæc vt ita ſint vtrāq; in partē fieri arbitror/cū cæteras ob res/tū ſolib⁹ maxīe atq; vēto. Neq; hic phyſica illa recenſebim⁹/quo pacto vi ſolis vapores ex intimis terre viſceribus exhauriant: atq; in ęthera tollantur Quo maximo in ſpatio orbis vaſtum in cumulū coaggregati: aut immani mole ſua faceſſunt: aut radios ſolis excipiēdo/qua parte arefacti ſunt eo in latus labunt: ſuoq; caſu aerē impellūt/ ventoſq; concitant. Indeq; ſeſe intra oceanū acti ſiti imergunt: mari demū infuſi & humore pregnātes iterato aere vagādo vē tis coercent: et q̄ſi ſpōgia pſtricti guttatim expreſſū humorē ſtil lent atq; impluāt: q̄ & noui terra vapores cōcreent. Siue hæc ve ra ſint q̄ recenſuimus: ſiue eſt ventus aut ſicca fumoſitas terre. Aut calida euaporatio mota a frigore impellente: ſiue aeris fla tus: ſiue purus aer mundi motu aut ſideꝝ curſu et radio cōmo tus: ſiue gn̄abilis rerū ſpūs ſuapte natura agitabilis/ſiue qppiā ſit/qđ non in ſe ipſo ſed in aere poti⁹ cōſiſtat ductū ex calida vi ſūmi ętheris atq; incenſione facta ad aerē liquentē. Siue aliorū alia vlla rō et opinio indiſqſitione habēda firmior et antiquior eſt/p̄tereundū cenſeo. q̄ fortaſſis ab re videri poſſit. Verū hic ni fallor dabit vt poſſim⁹ interpretari cur ſit q̄ videm⁹ alias orbis regiones eſſe eiuſmodi/vt aere gaudeant lętiſſimo: dū alię illis cōtiguę & p̄pe poſite in ſinu triſtiore celo et q̄ſi meſto die cōſor deſcant. Nāq; id quidē fieri cōiecto aliaʒ nullā ob rē/niſi q̄ his cū ſole: & ventis nō bene cōueniat. Siracuſas aiebat. Cicero ita eſſe poſitas. vt integrū p annū accolę cuiuſq; diei ſolē videāt: ra rum id tamē optandū/et quo ad neceſſitas: lociq; oportunitas nō interpellarit/in primis affectandū. Sumendaq; ea oīm erit

Aer.
Pallas
Glaucopis dr̄ habēs ocl'os cæſios.
Aer pur⁹ qui
Aer peſtifer q
Siracuſę.

regio:ab qua nebularum vis:& oīs dēſioris vaporis craſſitudo
lōge abſit.Compertū habēt qui iſta ſectanť/radios ardoreſq; ſo
lis acrius agere/in quo denſū offenderint:q̄ in raro.In oleo q̄ in
aqua:in ferro q in lana·Ex quo aerem:qui iſtic q̄ in ꝓximo ve=
hemētiꝰefferueſcat:grauē craſſūq; eſſe arguunt.Egyptij de no= Aegyptij
bilitate contēdentes cū cęteris orbis gentibꝰ gloriabantur eſſe ſe primos
apud ſe hoīm genus principio ꝓcreatū:neq; alibi ꝓcreari opor hoīʒ crea
tuiſſe q̄ vbi ſaluberrime eſſent victuri. Se enī quaſi ꝑpetuo vere tos gl'ia=
et conſtanti aeris tenore ꝑ̄ cęteris omnibꝰ deoꝶ benignitate mi bantur.
rifice donatos eſſe.Tum et inter egyptios eos pręſertimq ui ad
Lybiam ſpectēt ꝙ ibi nunq̄ aurę varienť/eſſe oīm ꝑ̄ditos vali=
tudine homines q̄ integerrima ſcribit Herodotus. Et certe vi=
dere videor vrbes quaſdā cū Italię/ tum et aliaꝶ gentiū nō aliā
obrē/q̄ ob aeris modo frigētis mō feruētis ſubitā intēpiē fieri
morboſas atq; peſtilentes:Itaq; et q̄tum ſolis & quos ſoles ha=
beat regio nō iniuria ſpectādū eſt. Ne q̄d adſit aut ſolis aut vm
brarū/quod plus ſatis ſit.Solē Garamantes orientē et occiden Garamā=
dem execrantur/ꝙ nimia radij aſſiduitate vranť.Alij nocte q̄ſi tes.
ꝑpetua pallent. Hęc ita vt ſint non id tantuʒ efficit ꝙ orbis axē
proniorē aut obliquiorē habeant/ facit id quidem plurimuʒ q̄
quod ipſa locoꝶ facie:aut obijciantur ſolibꝰ atq; vētis excipien
dis/aut obſtruanť.Mali q̄dē auras q̄ vētos/vētos tñ q̄uis acres
et immodicos minus modeſte/q̄ īmobile et perinde graue cęlū
ferā:et capiūt vitiū(inquit Ouidius)ni moueātur aq̄.Quid aer: Ouidius.
ꝓfecto motu vehementer(vt ita loquar)hilareſcit.Nam motu
fieri quidem opinor/vt ſurgentes a terra vapores:aut diſſipen=
tur:aut motibus incaleſcendo concoquantur. Sed hos ventos
velim fractos obiectis montibꝰ:et ſiluis:aut lōga cōmigratio=
ne laſſos appellere:Velim et ne per loca appellāt:vnde raptum
malū ad nos afferāt.Idcirco vitandū cuiuſq̄ viciniā admonere: Vicinia te
ex qua noxiū quid effluat. Quo in genere ſūt teter odor/impu= tro odore
ruſq; oīs vapor paluſtrium fedarūq; ꝓ̄ſertim aquarum et foſſio vitanda.
num.Conſtat apud phiſicos oēm fluuiū qui niuibus excreſcat/
aerā ducere frigidū et craſſum.Sed inter aquas nulla erit fędior
q̄ quę motu nullo exagitata contabeſcat:eritq; morboſior vin
cinię huiuſmodi ꝯtagio q̄ vētis minꝰ ꝓbatis ſubſtitueť.Nā vē
tos ferūt ſuapte natura nō oēs eſſe tales vt ſalubres aut inſalu
bres ſint. Sed aquilonē inq̄t Pliniꝰ theophraſtū atq; Hippocra=

Aquilo valitudinē reſtituit et cōſeruat. Auſter noxius. Ciconia. Delphines. Meridianū mare accolētes duos ſolis patiūt̄ iuſtiones

tem ſecutus oīm eſſe ad bonā valitudinē reſtituendā atq; ſeruādam accōmodatiſſimū. Auſtrū affirmāt oēs phyſici ꝑ ceteris generi hoīm eſſe noxiū: qn et pecudē auſtro flante nō ſine piculo eſſe ī paſcuis arbitrant̄. Neq; itē ſevſpiā temere ciconias auſtris cōmittere obſeruarūt. Delphines p aquilonē voces audire aura ſecundante. Auſtro vero et tardius audire/& nō niſi ex aduerſo redditas. Spirante aquilone dies durare anguillam ſenos ſine aquis: auſtro nō durare/tantā ineſſe huic vēto craſſitatē et in morbos vim. Itaq; vt auſtro egrotari & admodū pituitoſos reddi: ita et corocuſſuri referunt. Meridianū etiam mare īprobant vna preſertim re ꝙ radioꝝ flexionibus obiectā regioneȝ duos pati ſoles iudicēt: vnū cœlo/alterū ab aquis inurentē. Et maximā illic fieri varietatē aeris ſole cadente intelligūt. Vbi frigentes vmbre noctis aduenerint. Et ſunt q occiduas appulſiones flexioneſq; radioꝝ: ſeu ab aquis et mari: ſeu a mōtib9 remittantur: ceteris moleſtiores putēt/quod integro ei9 diei ſole iā incaleſactum locū plus ſatis feruidiorē reddāt/æſtu adducto et flexionib9 cōgeminato. Quod ſi dabitur vt his cū ſolibus grauiores etiā vēti: liberos ad te habeant aditus/quid erit quod moleſtius aut min9 ferendū ſit? Matutinas etiam auras/q̄ crudos obſurgentes vapores offerāt/nō immerito lōge īprobabūt. Diximus de ſole et ventis/quib9 aerem variari/ et ſalubrē atq; inſalubrē fieri manifeſto ſētim9: & diximus breuiſſime quoad hic dicendū videbat̄: et de his ſuo loco diſtinctius pſcrutabimur.

## ¶Quenā regio optima et percōmoda ex his quæ ſub aſpectu et propalam ſunt. Capitulum. IIII.

Caligula

Rurſus in captanda regione cōuenit vt ſit ea quidem cuiuſmodi vt incolis omni ex parte bene ſit futuruȝ/ cū rerū natura: et cū reliquoꝝ hoīm genere atq; cōuictu. Neq; enī ego illic/vbi condere Caligula vrbē deſtinauerat ī alpiū arduo aliquo et difficili iugo/niſi maxima cogat neceſſitas: ædificabo. Vitabo et deſertā ſolitudinem: qualē Varro fuiſſe refert partē Galliæ/q̄ inter Adienū ſit/qualemue ſcribit Cęſar p ſua fuiſſe tempora Britaniā. Neq; placebit ſi illic vti inſula pōti Oenoe viuendū erit ouis tm̄ auiū: aut ſi glande vti apud Hiſpaniā Plinij tēporib9 nōnullis viuebāt locis. Velim igitur nihil deſit: q̄d ad ſuū futurū ſit. Præclare Alexander negauit velle ī monte Athos ɔdere vrbē/alioqui futurā ex Po

Oenoe inſula. Alexāder Polycrates.

lycratis architecti cõmento admirabilẽ/ea re/ꝙ rerũ affluentiã
incolæ habituri nõ eſſẽt. Ariſtoteli fortaſſis poterat placere ea
regio:ꝓſertim ꝯdendis vrbibus/quæ difficiles haberet aditꝰ.Et
cõperio fuiſſe gentes : q̃ ſuos fines deſertiſſimos et deſtitutiſſi=
mos longe ac late hoſtium incõmodãdorum gratia eſſe affecta
rint.Horum rationes ꝓbaſſe ne cõueniat/an nõ alibi diſcepta=
bimus.Sec hęc ſi ita iuuãt publicis iſtiuſmodi in rebꝰ/nõ eſt vt
eorũ inſtitutũ improbẽ.At reliquis ꝓfecto ædificijs ponendis
mihi ea pplacebit regio/q̃ et multos et varios habebit aditus:
quibus et naui et iumento et iugo tũ eſtate/tũ et hyeme neceſſa
ria cõmodiſſime poſſint cõuehi.Atqui erit ipſa regio neqꝫ aqua
rũ exuberantia madida/neqꝫ ſiccitate aſpera: ſed habilis et cõtẽ
perabilis.Aut ſi id ex ſentẽtia nequeat:paulo frigẽtẽ & ſiccam/
q̃ minus calentẽ et plus ſatis humectã eligemus. Nã tecto/pa=
riete/veſte/igne/motu/ frigora vincẽtur.Siccitatẽ quidẽ cur ve
hementer hoĩm corpora aut ingenia lædat habere ĩ ſe quippiã
haud multũ arbitrãtur. Tũ et ſiccis dureſcere/frigidis fortaſſis
horreſcere hoĩes putãt. Verum humidis tabeſcere corpora oĩa
et calidis ſolui affirmãt. Et videre licet cũ frigida ꝓpter tpa ho
mines/tũ et frigenti loco habitãtes corpore ſtare valido et mor
bis libero.Tam et ſi ſtatu aut calentibus locis excellere ingenia
frigentibꝰ p̃ſtare corpora.Tuꝫ ex Appiano hiſtorico intellexi.
Numidas ea de re maxime lõgeuos eſſe ꝙ hyemẽ nequicq̃ ha= Numide.
beãt frigentẽ.Omniũ tũ optima erit regio:q̃ ſub humecta et te= Regio op
pens ſit.Proceros.n.et venuſtos ea homines feret atqꝫ etiã mi tima ſub=
nime triſtes. Secundo loco ea erit Regio percõmoda/q̃ niuoſis humecta.
in ꝓuicijs plꝰ ceteris habebit ſolis/& q̃ ſolibꝰ areſcẽti ĩ ꝓuicia plꝰ
habebit humecti atqꝫ vmbraꝝ. Sꝫ nullo ponet̃ loco ædificiũ vt
cũqꝫ ipſũ ſit:incõmodiꝰ atqꝫ indecẽtiꝰ/quã cũ ĩtra ꝯuallẽ abditũ
ſit.Nã vt cetera omittã/q̃ ĩ prõptu ſũt:ea ſine vlla dignitate de
liteſcere/et ꝓſpectꝰ amænitate intercepta nullã hr̃e grãm.Quid Attende
illud/quod breui fiat/vt imbriũ ruinis obruatur: et circũ fluen ædificij ĩ
tibus aquis inſũdatur:et ĩ modico ĩbibito humore ꝯtinuo ma= conualle
deſcat:et terrenũ vaporẽ valitudini hoĩm vehementer noxiuꝫ abditi in=
aſſiduo effumet.Non illic valebunt ĩgenia hebetatis ſpiritibꝰ. cõmoda.
Nõ illic durabũt corpora.Cõmaceratis ꝯpagibus putreſcent li
bri:arma et q̃cunqꝫ in horreis erunt:marceſcẽt deniqꝫ/vitiabũ=
tur vliginis exuberantia. Tum ſi eo ingreditur ſol vndiqꝫ reci=

procatis radijs torrebũtur. Si nõ excipient ſoles / crudeſcẽt vm bra / atq; torpebũt. Adde his ꝙ vẽtus ſi eo penetrat quaſi canali bus coarctatus duri⁹ & moleſtius furit q̃ par eſt. Si nõ ingredit̃ fit vt cõcretus illic aer (vt ita dicã luteſcat. Cõuallem enĩ iſtiuſ modi poſſum⁹ nõ idecẽter lacunã / ſtagnũve putare aeris. Itaq; erit quidẽ loci forma et digna et amæna: q̃ nequaq̃ humilis & quaſi imerſa: ſed quę celſa & admodũ ſpeculatrix fiet: et quo læ tiſſim⁹ aer aſſiduo aliquo ſpiritu moueat̃. ❡ Habebit ꝑterea ea rum rerũ copiã: q̃ vſui et voluptati vſq; futura ſint / aquã ignẽ / eſcam. Sed in his ſeruandũ erit nequid inde ſaluti et reb⁹ hoĩm officiat. Aperiẽdi / guſtãdiq; fontes. Spectãdę et igni b⁹ aquę ne quid viſcoſi / mucidi / crudulentive in ſe admiſtũ habeãt: quo in colę in morbos incidãt. Sino illud quod aquis fit / vt gutturoſi calculoſiq; reddantur. Sino et rariora illa aquarũ miracula: q̃ & docte / & elegãter colligit Vitruuius architect⁹. ❡ Extat Hippo cratis phyſici ſentẽtia / aquã nõ depuratã ſed grauem et ſapore nõ decẽti qui biberit: hi vẽtre ęſtuoſo et tumẽti fiẽt. Cętera cor poris mẽbra cubiti / ſpatule facies reddẽtur penitus extenuata: et mirũ in modum gracilia. Adde ꝙ vitio ſplenis male cõcreto ſanguine in morbos incident varios & peſtilẽtes. Eſtate prolu uie vẽtris fluente bile et diſſolutis humorib⁹ deficient. Tum et morbis grauioribus atq; diutinis integrũ ꝑ annũ laborabunt: aqua intercus & pręcordioꝝ anguſtia et anxietatibus laterum vrgebũtur. Iuniores bili atra inſanient: ſenes humorũ incẽdio flagrabũt. Fœminę ęgre cõcipiẽt: et per q̃ difficiles part⁹ enitẽ tur. Oñis deniq; ętas & ſexus morte ĩmatura intẽpeſtiue cadet acta morbis atq; abſumpta. Dies vero vitę iſtoꝝ aget null⁹: nõ triſtes et coinquinatos malis humorib⁹ atq; oĩm perturbatio num genere vexatos: tũ et animo exagitati ſemp erunt in mæ rore atq; luctu. Plura poſſent de aquis dici: q̃ veteres hyſtorici annotarũt / varia & admirabilia: et ad hoĩm gen⁹ bene atq; ma le habendũ validiſſima: Sed rara illa et fortaſſis ad peritiã oſtẽ tandã: q̃ ad rẽ ediſſerendã facerẽt: tũ et de aquis ꝓlixi⁹ ſuo dicet̃ loco. Illud adeo negligendũ nõ eſt / qđ in prõptu eſt aqua nutri ri oĩa q̃ coaleſcant / plantas / ſemina: et quib⁹ ea vitę pars ineſt q̃ motu vigeat: quorũ fructu et copia reficiãtur hoĩes atq; nutri ant̃. Id ſi ita eſt ꝓfecto quos nã habeat ſuccos aquaꝝ hęc in q̃ vitã acturi ſum⁹ regio quã diligẽtiſſime ſcrutari oportet. Indiã

Attende aquę nõ depuratæ in potũ aſſũptę in cõmoda nõ pauca

inquit Dyodorus multa ex parte habere hoīes ꝓceros & vali-
dos/ingenioq; præditos acri/ꝙ aerē ducāt purū et aquas ſalu-
berrimas bibant. Atqui aquā dicemus eſſe ſapore optimā/ quæ Aqua op
ſaporē habeat nullū:& colore cōmodiſſimā: quæ om̄i ſit colo- tima quæ
re penitus vacua et libera. Tum et aquā eſſe optimam referūt/
quæ limpida perlucida et tenuis ſit: quæ in cādidum linteū in-
fuſa non cōmacularit: quæ feruefacta fecem nō dimiſerit. Quę
muſcoſum alueum quo perfluat et præſertim ſaxa coinquina-
ta nō reddiderit. Addūt aquā percōmodam eſſe in qua legumi-
na decocta bene miteſcāt: et bonam qua bonū efficias panem.
¶Perſcrutandū item pari ratione ne quid edat regio/ qđ ſit pe
ſtilens/aut veneficum quo ad qui degāt eo loci in periculo ſint
Sino illa quæ apud veteres celebrātur/ Colco ex frondibꝰ arbo Mel Col
rum ſtillare mel/quo guſtato ꝓſternātur exanimes: dieq; inte- chicū ad-
grum ꝓ mortuis habeant. Et qđ aiūt in Antonij exercitu her- mirabile.
barū vitio eueniſſe: quas frumenti inopia milites cū ediſſent in M. Anto
ſani facti lapidibꝰ fodiendis intētivſq; eo ſeſe exagitabant/quo nius.
ad bili cōmota caderent atq; interirēt/nullo tuti remedio ꝯtra
perniciem/vt ſcribit Plutarcus q̄ vino epoto: trita hæc. Quid
hac ætate apud Apuleam in Italia ſuperi boni/quæ nā incredi Araneoli
bilis veneni vis increbuit? ex terreſtribus nonnullis araneolis apđ Apu
quarū morſu hoīes ad varia inſanię deliramēta cōcitātur/ atq; leam ve-
veluti per furorē acti reperiūtur. Mirū dictu. Nullus grauis tu nefici.
mor. Nullus liuor extat/qui corpore vſpiam appareat factus
veneficę beſtiolę ſeu morſu/ſeu aculeo. Sed principio obrecta
mente languēte attoniti: et ni opem afferant/cōfeſtim pereūt.
Hos Theophraſti medicamētis curant. Qui quidē viperarum
morſibꝰ tybicine adhibita mederi affeuerabat. Ergo varijs mo
dorū ſonis muſici ita cōſternatos mulcent. Cū vero ad ſuū ven
tum eſt canendi modū/illico quaſi exciti aſſurgūt: et per alacri-
tatem ex libidine animi rem om̄i neruorū et viriū contentione
exequūtur. Atqui videbis demorſos alios ſaltitando/Alios ca
nendo/Alios alia exercēdo & conādo quæ libido eorū et inſa-
nia fert ad vltimam vſq; laſſitudinē: ne quicq̄ intermiſſa opera
dies pluſculos deſudare/et nulla re alia cōualeſcere niſi ſatieta-
te cōceptæ/inchoatæq; demētię. ¶Atqui ſimile quiddā apud
Albanos eos q cōtra Pōpeiū multa equitū vi bellarūt affuiſſe Araneę
legimꝰ. Nāq; illic ſolitas ferūt gigni araneas: quarū aliæ tactos albanę.

a ſe homines cogerent ridendo emori: aliæ cōtra flendo.

¶ Seligende regionis indicia ſubtiliora / ex fructuū copia / ſenū multitudine. iuuenū formoſitate / partuū ſine mōſtris. Integritate. Mēbrorū amplitudine. Tonitrui. Fulguris Inundationū. Terremotus raritudine. Longa obſeruatione. Et aliorū locorum ſimilitudine probata. Caput. V.

NEque item in ſeligenda regione ea ſpectaſſe tantum ſat eſt: quæ ſub aſpectu et propalā ſunt expoſita. Verum etiam obſcurioribus inditijs notatis totam cauſā animo aduertiſſe opus eſt. At qui erunt quidē inditia optimi aeris / integrarūque aquarū ſi ea regio feret bonorum fructuum copiā. Si ſenes ætate grandes numero cōplures nutriat. Si valida et formoſa iuuentute. Si integro et frequenti partu abundabit. Adde ſi puros partus et nullis monſtris fedatos dabit. Nāque ego vidi quidem vrbes / quas temporū gratia non nomino: in quibus parturiat nulla quæ nō ſe ſpectet vna hoīs. Atque præterea mōſtri alicuius effectā matrē. Vidi et vrbem aliā Italię: vbi ſtrumæ / ſtrabi / claudi / & tortuoſi tā multi naſcant̄. Vt nulla pene illic creuerit familia / quę nō aliquē habeat mancū et comminutum. Et profecto recte admonēt / vbi corporis ad corpus mēbri ve ad mēbra crebras ac maximas diſſimilitudines videris: id celi aeriſque vi ac vitio: aut occultiori aliquo deprauatæ naturę cauſa fieri. Et faciat ad rē quod aiunt in craſſo aere minus fameſcimus

Future habitudinis coniectura. In tenui plus ſitiunt. ¶ Neque nō condecet ex aliorum animantiū forma atque effigie futuras hoīm habitudines conie ctaſſe. Nā ſi iumenta et pecora firmiſſima / et mēbrorum amplitudine atque protē ſione multa eſſe illic viderint / tales ſe habituros itidē filios poterūt nō iniuria ſperaſſe. Neque ab re erit ſi a corporibus reliquis / quibus vitę vigor extinctus eſt / inditia ſūpſerimus aeris atque vētorum. Nāque ex proximis ædificiorū ſtructuris ea didiciſſe poſſumus quę ſi erunt facta ſcabra et carioſa / inditio erit aduentitia inde mala cōfluere. Arbores etiā in vnā aliquā partem quaſi cōmuni cōſenſu proclinatę: aut refractæ infeſtis ventorum motibus ceſſiſſe oſtentāt. Ipſaque rediuiua ſaxa locis innata / aut poſita / ſi ſūmotenus plus ſatis putria facta ſūt: variā loci intemperiē nūc ardeſcentis nunc torpētis aeris atteſtant̄. Et vitāda nimirū hęc in primis erit regio qua vehementes iſtiuſmodi temporum tēpeſtatumque motus craſſentur. Nam mortalium corpora ſi calo

ris aut frigoris acri appellente vi occupentur/illico tota corpo
ris coagmentatio: et ſingularũ partium connexio labefactatur
ac ſoluitur: et ad morbos immaturamq́ꝫ ſenectutem compellitˀ
Vrbem ſub montibus/quę ex procliui ſolem ſpectet occidentẽ:
vel ea re maxime inſalubrem eſſe affirmant: quod mox anheli-
tus noctis et vmbre gelidiores ſentiantur. ¶ Conuenit etiã prę
teritorũ temporum viciſſitudine ex prudentum obſeruatione
repetita/ſiqua ſunt etiam rariora omni diligentia pręcogitaſſe.
Nam ſunt loca quędam quibus ineſt natura occultuꝫ quippiã/
quod ad felicitateꝫ atq́ꝫ infelicitatem faciat. Locris et Crotonæ
nunq̃ fuiſſe peſtem referunt. In inſula Crete nulluꝫ nocuũ ver-
ſari animal. Apud Gallias raro viſum oriri monſtrum annota
runt. Alibi neque æſtate feruenti: neque hyeme fulgurare affir
mant phyſici. At in Campania inquit. Plinius per id temp⁹ ci-
uitatibus ad meridiẽ poſitis fulgurat. Ceramnia apud Epirum
montes ferunt dictos a crebris fulminib⁹. Tũ et Lemnũ inſulã.
q́ illic aſſidua fulmina iaciantur poetis dediſſe inquit Seruius
Vt eo loci Vulcanum cecidiſſe dicerent. Apud Boſphorum et
Inſodones tonitrua et fulgra nunq̃ viſa atteſtãtur. egypto por
tenti loco eſt ſi pluerit Apud Hydaſpem ęſtatis initio continui
imbres manant. In Libya tam raros moueri ventos ferunt: vt
ex celi craſſitudine varię per aerem concretę vaporibus ſpecies
ſpectentur. At contra maiore in parte Galatię per eſtatem tãta
vis perflat venti/vt lapides pro harena per ſublime trahat. In
Hyſpania ad Hiberũ Circio vento onerata per celi plauſtra pre
dicant. Notum quidem apud Ethiopiam non perflare. Hũc ve
ro apud Arabes ventum. et Trogodytas virentia oĩa exurere
affirmãt hiſtorici. Delon quidem nunquam fuiſſe terremotib⁹
vexatam. Sed ſemper eodem manſiſſe ſaxo/ cum circumuicine
terręmotibus ceciderint ſcribit Thucidides. Partem eam Italię
quæ ab Algido ſub Roma totũ Hernicorũ colliũ tractu ad Ca
puãvſque eſt/crebris terremotibus quaſſatam: & prope deſola-
tam videmus. Sunt qui Achaiam a crebra aquarum inundatio
ne dictaꝫ extiment. Romam eternum febricoſam fuiſſe compe-
rio. Eaſq́ꝫ febres Galienus nouum emitritarũ eſſe genus putat
Cui varia et prope pugnantia in varias horas remedia adhibẽ
da ſunt. Apud poetas vetus fabula eſt. Typhonem ꝓchita in-
ſula ſepultum ſeſe ſub terra cõmouere: ex quo fiat vt funditus

Nota qd felicitatis aut infeli citatis q̃ queifra ſcripta ha beat re gio.
Locri.
Crotona
Creta.
Apud Gallias rarũ orirĩ monſtrũ.
Cerãnia.
Lemnos.
Boſphorus.
Inſodones.
Aegypt⁹
Hydaſpe
Libya.
Galatia.
Hiberus.
Aethiopia.
Arabes.
Troglodita.
Delos.
Hernici
Achaia.
Roma febricoſa.
Typho.
prochyta

inſula cõtremiſcat. Id quidem poetę ſic cecinere qm̄ terræmotibus inſula et eruptionibus vexaretur/adeo vt Etrienſes: et Calchidenſes habitatores olim coacti ſint aufugere: & rurſus qui poſt tēpora ab Hyerone Syracuſano miſſi eſſēt/ vt nouam illic vrbem ꝯderent/aſſidui periculi & calamitatis metu aufugerūt. Itaq; eiuſmodi oia ex longa obſeruatione repetenda ſunt: & ex aliorum locoꝝ ſimilitudinibus cõparanda/quo tota ratio integrior habeatur.

¶ Alia regionis occultiora ꝯmoda et incõmoda ſeu diuitijs natura vel fortuito locis indita ad quę ſapiens bene conſideratꝰ inſpiciat. Capitulum. VI.

Quin et diſquirendum an nullis incõmodis occultioribus ea regio offēdi aſſueuerit. Putabat Plato eſſe vt locis nõnullis diuina quędam interdum inſpiret vigetq; vis ac dęmonū terminatio incolis aut propitia aut ꝯtra infeſta. Sūt quidē loca quibꝰ homines facile inſaniāt: quibus ſeſe facile in perniciem dedant: qbus aut ſuſpendio/aut præcipitio/aut ferro & veneno facile vitam ponāt. Adde his qđ ſecretioribus iterū naturæ inditijs pſcrutatis/quecunq; ad rem
Demetrij faciant penſitaſſe opus eſt. ¶ Vetus a Demetrio vſq; ductū in
inſtitutū. ſtitutum nõ modo vrbibus et oppidis/ Verum etiā militaribꝰ indies caſtris ponendis. Vt iecora depaſtarū illic pecudū inſpectemus quo ſint habitu et colore. Quæ ſi forte vitio infecta apparuerint/vitandā loci inſalubritatē prę ſe ferūt. ¶ Aiebat Varro cõpertum hr̄e ſe locis quibuſdā minutiſſima quædam athomorum inſtar volitare animantia aere: & anhelitu in pulmone excepta hærere pręcordijs. Et rodēdo inferre morbū atrum et rabificū: atq; pinde peſtē pniciēq; afferre. Neq; illud pretereūdum eſt ꝙ loca inuenies aliqua ſuapte natura incõmodis ꝓpe omnibus vacua et periculis libera. Sed ita ſunt expoſita vt eo gentes exteræ et aduentitię non interraro peſtē et calamitatē inferant. Eamq; rē nõ armis tantū et iniuria exequūtur qualia ſunt quæ Barbaris atq; imanibus obijciantur. Verum et p amicitiam atq; hoſpitalitatē vehemēter ledāt. Aliqui ꝙ vicinos cupidos rerū nouarū habuerint ex illorum ruina et iactura peri
Pera. clitati ſunt. Peram in ponto ianuenſiū coloniam aſſiduo peſtis vexat/ quod eo loci indies excipiantur conuecti ſerui cū animi egritudine. tū et ſitu atq; illuuie tabeſcentes et morbidi. Auſpi

eijs item et ſeruato cœlo regionis futuram fortunam indagaſſe
prudentis et bene cōſulti eſſe affirmant. Quas ego artes modo
cum religione conueniant/ minime aſpernandas duco. Quis id
negabit quicquid id ipſum ſit quod fortunā nūcupant in rebꝰ
hominū valere plurimū? Ne vero affirmabimus publicā vrbis
Romæ fortunā ad propagandū imperium valuiſſe non pluri-
mum. Yolai vrbē in ſardis ab Herculis nepote conditam/ et ſi a Yolaus
Carthaginenſibus Romaniſq; perſæpius armis laceſſita exti- vrbs ſēp
terit: æternū tamen fuiſſe liberā ſcribit. Dyodorus. An id abſq; libera.
loci illius fortuna factū eſt apud delphos/ vt templū a Flegia
prius incenſū/ tertio itē Sillæ tēporibꝰ arderet? qd et Capitoliū
quotiens arſit? quotiens flagrauit? Sibaricenſium vrbs cū iterū Sibaritę.
atq; iterū vexata et ruſus deſtituta et ruſꝰ deleta extitiſſet. Po
ſtremo etiam deſerta manſit. Quin et illinc fugientes mala ꝑſe
cuta felicitas eſt. Nam cum alio ſeſe tranſtuliſſent/ nomenq; vr
bis priſtinū abieciſſent: tandē calamitate eſſe imunes ne quicq̄
potuere. Nouis enim irruentibus incolis vetuſtiſſimæ atq; pri
mariæ familię oēs ferro et cæde abſūptę vna cū tēplis & vrbe fū
ditus periere. Sed iſta ſinamꝰ: quorū refertiſſime ſunt hiſtoriæ.
Hoc apud nos conſtet hominis eſſe non ſtultiſſimi/ omnia ten
tare aggredi: quibus ędificationis cura atq; īpenſa futura ſit nō
fruſtra: opuſq; ipſum futurū ſit conſtans et ſaluberrimū. Et ꝑ-
fecto in tanta re exequenda nihil prætermiſiſſe ſapientis et be-
ne conſiderati hominis officium eſt. An eſt non maximum ti-
bi tuiſq; aggredi/ quod ad ſalutem faciat/ quod ad vitam cū di-
gnitate & voluptate agendā conueniat. Quod ad nominis po-
ſteritatē et celebritatem conferat. Iſtic tibi rerū ſtudia optimarū
Iſtic tibi liberi et dulcis familia. Iſtic ocij & negocij dies habebū
tur. Iſtic totius vite rationes conſumentur: vt tota in vita nihil
apud genus hominū inuenire opiner ꝑter virtutē/ cui maiore
cura/ opa/ diligētia vacandū ſit/ q̄ vt ſoſpite cū familia bene ha
bites: et bn̄ habitari his neglectis rebꝰ/ q̄ recēſuimꝰ/ quis eſt qui
poſſe affirmet? Sed de his hactenꝰ. Sequitur vt de area inueſti
gemus.

¶ De area/ deq; linearū ſpeciebus. Capitulū. VII.

IN area captanda quicquid de regione diſſeruimꝰ ob-
ſeruandum eſt. Nāq; vti quidem regio amplioris cu-
iuſdam prouicię certa ſelectaq; eſt pars. Ita et area to-
tius regionis præſcriptum et diffinitum quoddā ſpa

Area. cium eſt quod quidē ad ædificium habendū occupatur. Ea de re ferme omnia habet area cum regione ꝯmunia quæ ad laudē vituperationēq; faciant. Verum hæc tam et ſi ita ſint habet tamen diſquiſitio et aduerſio hęc ꝑceptiones quaſdam quæ vnice et proprie ad areā ſpectare videātur. Quaſdā etiā quę nō tm̄ ad areæ perſcriptionē faciāt. Quin multa ex parte quoq; ad regionem rationes pertineāt: et ſunt huiuſmodi. Nā ꝯſideraſſe oportet qd aggrediamur: publicū ne opus/an priuatū: ſacrum ne an profanū: et cætera generis eiuſdem: de quibus ſuo loco diſtinctius loquemur. Aliud enim foro/aliud theatro/aliud paleſtrę aliud templo ſpacij locorūq; debetur. Itaq; pro cuiuſq; ratione et vſu habendus areæ ſitus erit et modus. Verum hoc loco vt generatim iſta vti cepimus/proſequamur: ea tantum attingemus quæ fore neceſſaria arbitramur. Si prius de lineis aliqua retulero quæ ad rem cōmode exprimendā faciāt. Nam de areæ deſcriptione tractantibus conuenit vt de his tranſigamus/quib⁹ ipſa perſcriptio annotatur. Omnis igitur perſcriptio lineis fit et

Perſcriptio. angulis. Lineæ quidē ſūt extrema perſcriptio/qua integre areæ ſpacium circumcluditur. Hāc vero ad perſcriptionē pars illa ſuperficiei ſubſtituta/quæ intra duas mutuo ſeſe intercidentes li

Angulus neas cōtinetur/angulus dicitur. Atqui ex mutua quidem duarum lineaꝝ interſectione quattuor conſcribūtur anguli. Quorum ſi erit quiſq; quibuſq; trium reliquorū equalis/recti nuncupabuntur. Et qui recto minores erunt/acuti appellabuntur: vt

Linea. qui recto ampliores obtuſi dicentur. Linearum item alia recta/alia flexa/cocleas et verticoſas lineas hic non eſt vt referā. Recta linea a puncto eſt ad punctum oblōga perſcriptio ducta ita vt fieri nulla poſſit breuior. Flexa linea pars eſt circuli. Circul⁹ eſt ea perſcriptio facta ab altero duorum punctorum: qui in eadem ſuperficie ita ſit circūactus/vt toto perſcriptionis ductu ſemper neq; plus: neq; diſtet minus a medio immobili/ quē obambiat pūcto quē cum primum circumduci occeperat. Sed his addendum q flexa linea quā eſſe partem circuli diximꝰ/apud nos

Arcus. hic architectos ſimilitudinis gratia Arcus vocatur. Et quæ linea a duobus extremis punctis flexæ lineæ directa ducitur pa

Corda r ſimilitudine Corda nūcupabitur. Et quæ linea a puncto mediæ corde coæquabilibus vtrīq; angulis ad arcum vſq; perdu

Sagitta. cta extiterit/ſagitta appellabitur. Et quę linea a puncto imobi

li/qđ intra circuluꝫ eſt ad flexã eandemqꝫ extremã circuli lineã
perduceretur Radiꝰ dicetur. Et puncto qdẽ huic ĩmobili/quod Radius.
medium intra circulũ aſſidet Centro nomen erit. Et quæ linea Centrum
recta per centrũ tranſiens duobus locis flexã circuli lineã ſeca-
bit Diameter appellabitur. Inter arcus item differẽtia eſt Nãqꝫ Diamet.
alius integer:alius cõminutus:alius ꝯpoſitus eſt. Integer is eſt
qui circuli mediã partẽ occupat/hoc eſt/cui corda integri eſt cir
culi diameter. Cõminutus:cui corda eſt minor diametro : eſtqꝫ
perinde idem is arcus cõminutus ſemicirculi pars. Compoſitꝰ
ex duobus cõminutis conſtat:efficitqꝫ ea de re in ſũmo angulũ
arcubus ſeſe mutua iunctione interſecantibus: quod neqꝫ inte-
gro neqꝫ cõminuto euenit. His cognitis rem ſic ꝓſequemur.

## ¶ Arearũ ſpecies formæ atqꝫ figuræ. et quęnã earum vtiliores ac firmiores. Capitulum. VIII.

ARearũ alia angularis:alia circularis. Angularium alia
penitus rectis lineis Alia rectis et flexis mixti conclu
ſa eſt. Quæ vero angularis flexis pluribꝰ ſit lineis po-
ſita/nullis intermiſſis rectis me in veterũ ædificijs in-
ueniſſe non memini. At in his obſeruanda ea ſũt/quæ in totis
ædificij partibus vehementer vituperantur ſi deſint: et non ſi
ne gratia et cõmoditate habentur ſi adſint: hoc eſt vt cum an-
gulis:tum lineis:tum etiam partibus quibuſqꝫ varietas quædã
adſit. Ne nimium qdẽ frequẽs/neve omnino rara/ſed ita ad vſũ
et gratiam poſita/vt integra integris:et paribꝰ paria correſpõ-
deãt. Rectis angulis percõmode vtũtur. Acutis angulis nemo
vſus eſt etiã minimis in areis et neglectis niſi inuitus/ & cogẽ-
te aut locorum aut dignarum arearũ ratione et modo obtuſos
angulos ſatis decentes putarunt:ſed hoc ſeruarunt vt numero
eſſent nuſq̃ diſpares. Aream omnium capaciſſimã et in qua ſe-
pienda ſeu aggere ſeu muro minus impenſę habeatur/eam eſſe
affirmant quæ ſit rotũdã. Proximã huic putant quæ plurimos
habeat ꝓiectos angulos. Sꝫ eſſe oportet angulos oĩno cõpares
mutuoqꝫ correſpõdentes atqꝫ coęquabiles omni in area. Atqui
has quidem in primis cõprobant/quas intelligãt parietes attol
lere cõmode ad operis altitudinem recte ſtatuendam vti ea eſt:
quæ ſex/quæ ve octo habeat angulos. Vidimꝰ et areã angulo-
rum decem aptiſſimam et venuſtiſſimã. Eſt etiã vt recte poni an

gulorum area queat duodecim atq; item ſexdecĩ. Vidimus qui
dem quattuor et viginti angulorũ aream:ſed rariora iſtec. Late
rum lineas ita eſſe oportet vt e regiõe oppoſitæ coęquales ſint
et nuſq̃ lõgiſſime lineæ toto in opere breuiſſime vno perducto
adigentur. Sed erit inter eas pro rata rerũ iuſta et ɔdecens ꝓpor
Angulo= tio. Angulos eo verſus iubẽt ſtatui/ vnde courgens aut ponde
rũ poſit⁹. ris ex rupe:aquaꝝ aut ventorũ impetus et vis imineat atq; im
petat quo appellentẽ iiuriã molẽ ve diffindat atq; diſſipet/mu
ris fronte valida nõ imbecillitate laterũ aduerſus moleſtiã vt
ita loquar illuctantibus. Quod ſi cætera ædificij lineamẽta eue
tuerint quo minus poſſis angulo iſtic vti ex ſententia/flexione
vtendũ erit quando et flexa linea circuli eſt pars:et circul⁹ ipſe
philoſophorum ſententia totus eſt angulus. Cæterũ area aut
plano ponetur loco/aut accliui/aut ſũmo in montis vertice. Si
plano ponetur loco/coaggerare oportet:et quaſi podium ſub=
ſtruere. Nã id cũ ad dignitatẽ plurimũ cõferat: tũ et ni fiat/plu
rimũ incõmoduꝫ afferet. Fluminũ enĩ et imbriũ alluuiones af
ferre limũ ſolent planis locis:quo fit vt ipſũ ſolũ ſenſim intu=
muleſcat:tũ et hoim negligentia nõ aſportatis ruderib⁹ et pur=
gamentis/ q̃ indies deſtituũtur plana facile circũcreſcunt. Ro=
mam aiebat Frontinus architectus ſua etate collibus excreuiſ=
ſe ꝓpter incendioꝝ frequentiã. At eam ipſã hac ętate videmus
totam ruinis et feditate obrutam. Vidi ego in Vmbria ſacelluꝫ
vetuſtum plano in loco poſitum/tamen multa ex ꝑte ſubmer=
ſum/facta ſoli in ſe ex cretione ꝙ ea planities ſub montibus ex
tendatur. Sed quid ea memorem/q̃ ſub mõtibus ſunt apud Ra
Mirũ apđ uennã:ſub pomerijs nobile id delubrũ:cui ꝓ tecto integrũ ex=
Rauennã tat lapideũ vas/tam et ſi ad mare et longe a montibus reſideat/
vas lapi= plus tamen quarta ſui parte intra ſolũ imerſum eſt vi temporũ
deũ pro te Quã vero altam eſſe cuiuſq; areæ exaggeratione oporteat/ſuo
cto poſi= dicetur loco:cũ de his rebus nõ ſũmatim vt hic/ſed diſticti⁹ lo=
tum. quemur. Sed eſſe quãq; areã/aut natura aut arte factam firmiſſi
mam cõuenit:qua de re illos in primis audiẽdos puto/ qui mo
uent vt vna aut altera ſpacio diſtãtibus foſſione quid ſolũ id dẽ
ſitate aut raritate mollitia ve ad ferenda ſtructurę onera per ſe
valeat/perſcrutemur. Etenim ſi accliui ponetur loco ꝓſpicien
dum eſt ne ſuperiora preſſurę moleſtijs impellãt:aut inferiora
ſi forte moueantur/cetera in ruinã trahant. Firmiſſimaꝫ quidẽ

et oñi ex parte obſirmatā velim hanc eſſe ędificij partē: quę to
tius operis futura ſit baſis. Si erit area in mōtis vertice/aut erit
ea quidē exaggeranda aliqua ex pte: aut decuſſo cacumine prę⸗
ſurgētis mōtis coequāda. Hic ꝓſpiciēdū eſt vt id aggrediamur
qđ ſeruata dignitate moderata & modica fiat cū impēſa atqꝫ la
bore. Fortaſſis quidē ꝯducet partē ab ſublimi exſcindere: et par
tem accliuā exaggerare. Quā rem bene cōſultus quiſqs fuit ille
architectus apud Alatrū Hernicā vrbem in ſaxeo mōte poſitā Alatri
effecit. Curauit enī vt baſis/ſeu arcis/ſeu tēpli: ꝗ ſola nunc cęte ſtructura
ris ſupędificationibꝰ dirutis videt̄/ex reſciſſis a ſummo vertice ſpectabil̄.
fragmētis ſubſirmata et ſubſtrata extaret. Et eo in opere illud
eſt/qđ maiorē immodū probē. Nam obiecit angulū areę eo ver
ſus vnde repens mōtis pendet: eūqꝫ cōſolidauit angulū conge⸗
ſtis pręgrādibus immanium fragmentorū fruſtis & mole. De⸗
ditqꝫ operā cōponendis lapidibꝰ: vt ſtructurę ſeruata parſimo
nia decorē afferret. Et illius quoqꝫ ꝯſiliū placuit architecti: qui
quidē quo loci nō vſqꝫ adeo tantā lapidis habuerat copiā ſub⸗
ſtituendo mōtis pondere aggerē ſtruxerit frequētibꝰ emiciclis
dorſo flexarū linearū intra montē abiecto. Quæ ſtructura cum
grata eſt aſpectu/tū eſt & firmiſſima: tū etiā qđ impēſarū ratio⸗
nem facit. Nam efficit murū non ſolidū/qui tantū habeat viri⸗
um/ac ſi penitꝰ fuiſſet ſolidus/latitudine quāta et flexarū linea
rum illic ſagittę ſunt. Vitruuij quoqꝫ ratio placet: quam video
Romę paſſim a veteribꝰ architectis/ac pręſertim in Tarquinij
aggere obſeruatā vt anterides ſubſtituerētur. Sed nō oñibus
locis id obſeruarūt vt ſemp inter ſe anterides tantum diſtarent
quātū ipſa eſſet alta ſubſtructio. Sed ꝓ mōtis firmitate aut (vt
ita loquar) labilitate/modo frequentiores: modo rariores po⸗
ſuerūt. Animaduerti etiā veteres architectos nō vnā ꝓximam
ꝓpter areā ſubſtructione fuiſſe cōtentos: ſed pluribꝰ/quaſi gra
dibus ad infimas vſqꝫ radices mōtis totas rupes firmatas eſſe
voluiſſe. Quorū ego cōſiliū minime negligēdū puto. Ad Peru⸗ Peruſia.
ſiam riuus ꝗ inter Luciniū mōtē & collē vrbis fluit/qđ aſſiduo
collis radices abrodendo ſub ea cauet totā accliuitatis molē in
ſe impēdentē cōmouet: ex quo magna pars vrbis ſoluit̄ et laba
ſcit. Et mihi quidē vehemēter probātur ſacella cōpluſcula quę Vaticana
ad baſilicā maximam in Vaticano hinc atqꝫ hinc circum aream ſacella.
adacta ſunt. Nam iſtarū quidē eæ quę intra exciſum/et infoſſū

montem poſitę ad parietē baſilice cohęrent plurimū adminicu
li et cōmoditatis pręſtant: molē eni cōtinuo ingraueſcētis mō
tis ſuſtentāt: et per obliquū montē ſuffluentē humiditatē inter
cipiūt: atq; inedem aditū interpellant: quo fit vt baſilicę prima
rius paries ſiccior/firmiorq; reddat̃. Quę vero ſacella alterū ad
infimū obliqui mōtis latus aſſidēt: ea quidē totā ſuperiorē cō
planatiorē factā opere arcuato ſiſtere et pronos oēs telluris la
pſus coercendo facile poſſunt ferre. Et eū etiā architectum/qui
Romę ad Latonā templū ſtruxit/per quā recte cōſuluiſſe operi
et ſubſtructurę aduerti. Angulū eni areę ita porrexit intra ſup
inſidentē montē/vt vrgentē pōderis vim duo directi parietes
tolerarēt et obiecto angulo aduerſam moleſtiā diuiderent atq;
diſſiparēt. Atqui poſtea q̃ de veterū laudib⁹ dicere aggreſſi ſu
mus qui prudēti cōſilio ędificarunt/illud nolim pręterijſſe qd
in mentē redit et egregię facit ad rem. Extat architecti per vtile
inſtitutū apud Venetias in tēplo Marci. Areā eni toti⁹ templi
cū cōfertiſſime obſolidaret/plurib⁹ puteis refoſſam reliqt: quo
ſiqui forte flatus terrę ſubter cōciperētur/facilem ſibi exitū vē
dicarent. Poſtremo areas vniuerſas quas tecto feceris opertas
ad libellā coequaſſe cōdecet. Quę vero ſub diuo relictę ſint a li
bella ipſa nō plus q̃ vt imbriū defluxus efferant deprimēdę ſūt
Sed de his hacten⁹ & fortaſſis plura q̃ hic loc⁹ poſceret. Nā ple
raq; harū rerū quę dixim⁹ ad murorū opus faciūt. Sed ita inci
dit vt q̃ natura admodū inter ſe cōnexa ſunt ea & nos dicendo
nō ſegregarimus. Sequit̃ vt de partitione dicendū ſit.

Areę ad libellā coequādę.

¶ De partitione/deq; partiū ſeu mēbro℞ ad totū et inter ſe cō
gruitate modeſtia/cōpacta aq; varietate. Caput. IX.

TOta vis ingenij: omniſq; rerū ędificādarū ars et peritia
vna in partitione ꝯſumit̃. Integri eni ędificij partes
et partiū ſingularū integras vt ita loquar) habitudi
res: omniūq; deniq; linearū et angulo℞ cōſenſum &
coheſionē in vnū opus: vna hęc partitio vtilitatis dignitatis
amęnitatiſq; habita ratione cōmetit̃: q; ſi ciuitas philoſopho
rum ſentētia maxima quędā eſt dom⁹: et cōtra domus ipſa mi
nima quędā eſt ciuitas: quid ni harū ipſarum membra minima
quędam eſſe domicilia dicētur/vti eſt atrium/xiſtus cenaculū
porticus & huiuſmodi. Et in horum quovis quid nam erit aut
incuria aut negligentia prætermiſſum: qd non dignitati & lau

Ciuitatis et dom⁹ difinitio philoſophica.

di operis officiat? Plurimum igitur curæ et diligentiæ adhiben
dum eſt his rebus conſiderandis: quę ad vniuerſum opus faci-
unt: dandaq; opera vt etiam minime partes eſſe ingenio et arte
cõformes factę videãtur. Hanc ad rem apte et cõmode perfici-
endam ſuperiora omnia quę de regione deq; area dicta ſunt ꝑ
pulchre conueniunt: ac veluti in animante membra membris/
ita in ædificio partes partibus reſpõdeant/ condecet. Ex quo il
lud dictum eſt qđ aiũt. Maximorum ædificiorũ maxima opor-
tere eſſe membra. Quam quidem rem ita obſeruarunt veteres/
vt cum cætera/ tum et lateres ponerent publicis et ampliſſimis
ædificijs maiores q̃ in priuatis. Itaq; cuiq; mẽbra apta regio ac-
cõmodatus ſitus: et contribueť non amplior q̃ rei vſus exigat/
non minor q̃ dignitas poſtulet: non loco alieno et impertinen
ti/ ſed ſuo & ita ꝓprio vt alibi commodius eſſe nuſq̃ potuerit.
Non enim quæ honeſtiſſima ædis pars futura eſt reiecto in lo-
co. Nõ quę maxime publica in abdito. Nõ item quę priuata in
propatulo collocabitur. Adde ꝙ etiã temporũ rationes haben
dę ſunt/ vt alia ęſtiuis alia hybernis locis attribuãtur. Namq;
alię alijs debẽtur & ſitus et magnitudines: æſtiuas laxiores eſſe
oportet: hybernæ vero cõpreſſiores ſi erunt/ nõ improbabunť.
Tum ęſtiuis vmbra et vẽti: hybernis ſoles debẽtur. Et in his ca
uendum eſt/ ne incolis eueniat vt ex hoc loco frigenti alterũ in
locum ęſtuoſum equabili non intermiſſo aere exeant. Aut iſto
extepenti in alterũ brumis & vẽtis infeſtum. Nam id oĩm ma-
xime ſaluti corporũ officeret. Et cedãt ea quidem inter ſe mem-
bra mutuo oportet ad communẽ totius operis laudẽ & grãm
conſtituendam vel cõponendam: ne quid om̃is decoris conatu
occupato/ alterę penitus neglectæ relinquãtur. Sed inter ſe ita
conueniant/ vt inde vnum integrũ/ recteq; cõſtitutum corpus
magis q̃ diuulſa et diſſipata eſſe membra videantur. Cæterũ in
membris conformãdis modeſtiã naturę imitari oportet. Neq;
eni vti in reliquis/ ſic & in hac re nõ magis ſobrietatẽ laudam⁹
q̃ ꝓfuſam ędificandi libidinem vituperam⁹/ modica eſſe opor-
tet mẽbra: et ad rẽ de qua ſis acturus neceſſaria. Nam ędificãdi
omnis ratio/ ſi recte proſpexeris/ a neceſſitate profecta eſt. Eam
aluit cõmoditas: vſus honeſtauit: vltimum fuit vt voluptati ꝓ
ſpiceretur: tam et ſi nunq̃ ab ĩmodicis omnibus ipſa voluptas
nõ abhorruit. Erit ergo eiuſmodi vt mẽbroꝝ in ea nihilo plus

Quę ſit habitatio nũ haben da ratio.

Aedificã di ratio.

deſideretur q̃ quod adſit:& nihil quod adſit ulla ex parte impro betur. Neq̧ item omnia vnica tãtum linearũ ductione et termi natione perſcribi velim/ita vt nulla re inter ſe differãt. Sed alia delectabũt ſi maiora ſint/alia conferent ſi minora ſint. Alia ex iſtorum mediocritate laudẽ aſſequentur. Ergo placebũt erectis conſtitutæ lineis: hæ alteræ flexis ac demum aliæ vtraq̧ linea rum ductione præfinitę ꝓprobabuntur: modo id ſerues/ quod ſepe admoneo/ne in id vitium incidas: vt feciſſe monſtrũ impa ribus aut humeris aut lateribus videare. Condimentum quidẽ gratiæ eſt omni in re varietas ſi cõpacta et cõfirmata ſit mutua inter ſe diſtantium rerum parilitate eadẽ ſi inter ſe diſſoluta et diſconuenienti quadam diſparitate diſcreparint/erit ea quidem abſurdiſſima. Nam veluti in lyra cũ graues voces reſpondeant acutis: & medię inter vtraſq̧ ad ꝯcentũ intentæ reſonant: fit ex vocũ varietate ſonora et mirifica quædã ꝓportionũ equabili tas/quæ maiorẽ in modũ oblectet animos atq̧ detineat. Ita et quibuſq̧ reliquis in reb⁹ euenit: quæ quidẽ ad mouẽdos/habẽ doſq̧ animos faciãt. Ceterũ hęc vt ferat vſ⁹ atq̧ cõmoditas atq̧ etiã peritoꝝ laudata cõſuetudo exequenda erũt. Nã cõſuetudi ni quidẽ in pleriſq̧ vel repugnare gr̃am tollit/vel aſſentiri emo lumento eſt: atq̧ egregie conducit. Quãdo ita ceteri ꝓbatiſſimi architecti facto atteſtari viſi ſũt/hanc ſeu doricã ſeu Ionicã/ſeu Corinthiam/ſeu Thuſcanicã partitionẽ omniũ eſſe cõmodiſſi mã non quo eoꝝ deſcriptionib⁹ tranſferendis nr̃m in opus q̃ſi aſtricti legibus hæream⁹: ſed quo inde admoniti nouis nos ꝓ ferendis inuentis contendam⁹/parẽ illis maiorẽ ve ſi queat fru ctuꝫ laudis aſſequi. Sed de his ſuo loco diſtictius ꝓſequemur/ cũ inueſtigabim⁹ quo pacto vrbẽ & vrbis mẽbra: et que ad cu iuſq̧ vſũ oporteãt collocentur.

¶De parietum et colũnarum formis lõgitudine/craſſitudine/ dimenſione/figuris et coadiacentibus. Capitulum. X.

Nunc ſequitur vt de parietũ deſcriptione ſũmatĩ tractẽ gam⁹. Sed illud hic noli prætęriſſe/quod apud vete res annotaui/eos maximopere cauiſſe/ne vllam areæ extremã lineã rectam ducerent/ita vt eſſet illa quidẽ pręlõga et nullis locis nõ intercepta cũ flexarũ linearũ conue xione tu et anguloꝝ ſectione. Atq hoc ideo feciſſe peritiſſimos viros in prõptu eſt/quo vellent parietẽ quaſi adactis adiumẽ

tis/quibus cohereat/firmiorem reddere. In parietū ratione re=cenſenda a dignioribus incipiendū eſt. Is ergo locus admonet: vt de colūnis et de is quæ ad colūnas pertinent dicendū ſit: qñ ipſi ordines colūnarum haud aliud ſunt q̄ pluribus in locis pſi xus adapert⁹q; paries. Quin et colūnam ipſā diffiniſſe cum iu=uet/fortaſſis non ineptæ eſſe eā dicā firmam quandā et ppetuā muri partem excitata3 ad perpendiculum ab ſolo/imo vſq; ad ſūmum tecti ferendi gratia. Tum et tota in re ędificatoria nihil inuenies quod opera et impenſa et gratia pręferas colūnis. Sed habent colūnæ ipſæ quippiam inter ſe/q̄ ſint diſſimiles: hic nos ſimilitudinē/q; ea preſertim ad genus pertineat/nō pretermit=temus. Diſſimilitudinē vero/cū ad ſpecies ea quid ſpectet/alibi proſequemur ſuo loco. Atqui vt ab ipſis/vt ita loquar radicib⁹ ordiamur/qui buiq; colūnis fundamenta ſubſtituūtur. Funda mentis quidem ad areæ planitiē coequatis cōſueuere murulu3 ſuperimponere: quē nos arulam/alij fortaſſis puluinar nuncu pabūt. Supra murulū baſim adigebāt: in baſi colūnam ſtatue=bant: ſupra colūnam capitulum collocabant. Et harū quidem hec erat ratio vt colūna oīs infra mediū turgeſceret: ſurſū verſ⁹ retraheretur. Craſſitudineq; ſua eſſet pede vno amplior q̄ ſūmo capite. At columnā inuentā puto principio ſuſtinendorū tecto rum gratia. Poſtea deueniſſe hoīm ſtudia videmus: digniſſima rum rerū aſſequendarū cupiditate excitata: vt q̄ ędificarint mor tales/æterna eſſe & īmortalia quoad poſſent elaborarint. Iccir=co colūnas & trabes atq; etiā tabulata ac tecta integro ex mar=more poſuere. Atqui in eiuſmodi reb⁹ ſtatuendis veteres archi=tecti/naturā rerū ipſarū ita imitati ſunt/vt a cōmuni vſu ædifi=ciorum diſceſſiſſe videri minime voluerint: et vna omnib⁹ mo dis ſtuduerint/vt eoru3 eſſēt opera cū ad vſū apta et firmiſſima: tū et aſpectu venuſtiſſima. Colūnas natura nimirū primo præ buit ligneas et rotūdas: poſt id vſus effecit/vt aliquib⁹ locis ha berentur quadrangule. Iccirco ſi bene rē interprætor quod vi=derent ligneis colūnis ad alterutra capita immiſſos anulos aut ferro aut ære cōflatos: quo ad ponderis pertinacia colūnæ ip=ſę minus ſinderenť. Inde et architecti marmoreis colūnis latu3 in imo pede anulū fixere ad faſceolæ ſimilitudine3: qua fiat vt etiam a guttis reſultantiū ſtillarū deferdātur: et in ſūmo itē fa=ſceolam et faſceo[illegible]orquē ſuperadiectum poſuere: quib⁹ adiu.

Colūna quid

Murulus

Anulus ī colūnis.

mentis ligneã eſſe colũnam viderent cõmunitam. At in baſib⁹
colũnarum hoc obſeruarunt/vt earũ infima pars rectarum ſit
linearũ et rectorũ angulorũ. Suprema vero ſuperficies ad ſuæ
colũnæ ambitũ finiretur. Et obſeruarunt vt eſſet baſis hęc qua
qꝫ verſ⁹ lata magis q̃ alta: tum et eſſe eam certa parte ſui latiorẽ
q̃ ſit colũnam voluere et infimam baſis ipſius ſuperficiẽ latio-
rem eſſe quoqꝫ voluere q̃ ſupremã. Et murulum item parte eſ-
ſe quota ampliorẽ q̃ baſim. Et fundamentũ itẽ eſſe pte quota la
tum magis q̃ murulũ voluere. Et quæcũqꝫ huiuſmodi altera in
alteris poſuere ad perpendiculũ medij cẽtri collocauere. At cõ-
tra capitula oĩa in his cõueniũt: vt in fine partes ſuæ colũnæ li-
neas imitentur. Supreme vero et quadrangulã ſuperficiẽ deſi-
nant. Et erit quidem capituli ſuprema pars nunq̃ non amplior
Paries. q̃ infima. Hec de colũnis. Paries vero ipſe ad colũnarꝫ rationes
tolletur/vt ſi altitudine erit futurus quanta eſt colũna cũ capi-
tulo craſſitudo illi ſit quãta ĩ imo eſt colũna. Tũ et hoc obſerua-
rũt vt nulla eſſet colũna: aut baſis: aut capitulũ: aut paries cete
ris ſui ordinis vlla ex pte nõ ſimillima altitudine et latitudĩe et
oĩ deniqꝫ dimenſione ac figura. Cumqꝫ in vitio vtrũqꝫ ſit parie-
tem et tenuiorem et craſſiorẽ: et demiſſiorem: et ſublimiorẽ fe-
ciſſe q̃ ratio et modus poſtulat. Malim tamẽ peccare in partem
hãc: vt demi poſſit q̃ vt addi oporteat. Hic iuuabit et vitia etiã
non præterire ædificiorũ quo ad rẽ ſimus cautiores. Prima enĩ
laus eſt carere omni vitio. Atqui aduerti ĩ baſilica Petri Romæ
id quod res ipſa prę ſe fert factũ incõſultiſſime vt ſupra crebras
et cõtinuatas apertiones prælongũ et prælatum parietẽ duce-
rent nullis flexis lineis corroboratum nullis fulcturis ↄmuni
tum/quod ve conſideraſſe oportuit totã ipſã alam parietis ni-
mium frequẽti aptione ſuffoſſã perq̃ ſublimẽ tetendit poſuitqꝫ
vt impetuoſiſſimis aquilonibus excipiendis extaret. Quo factũ
eſt vt iã tum primũ aſſidua ventorũꝫ moleſtia pedes plus ſex a
perpendiculi rectitudine in pronũ ceſſerit. Neqꝫ dubito futurũ
vt oli leui appulſu modicoue motu facto corruat. Quod ni tra
beationibus tectorum ↄtineretur ꝓculdubio ſpõte ſua iam in-
choata obliquitate rueret. Sed architectũ eſt vt minus vitupe-
rem/q̃nquidẽ loci et ſitus neceſſitatẽ ſecut⁹ ſatis ſe a vẽtis tutũ
fortaſſis putauit mõtis obiectu: qui quidẽ tẽplo præſtat. Mallẽ
tamẽ totas illas hinc atqꝫ hinc alas obfirmatiores eſſe.

¶ Q̃ vtilia tecta ſint: tum incolis ipſis: tũ cęteris ędificioꝝ par
tibꝰ: eorũq; ſpecies et formæ diuerſę. Capitulũ.XI.

TEctorum vtilitas omniũ eſt prima et maxima. Non
enim ſolum incolarum ſaluti confert/ dũ noctem im
bremq; atq; ĩprimis æſtuãtem ſolẽ repellunt atq; ex=
cludũt. Verum et mirifice omne tuetur ædificiũ. Tol Tectum.
le tectum putreſcet materia/labeſcet paries: fatiſcẽt latera: om=
niſq; deniq; ſtructura ſenſim diſſoluetur. Ipſa etiam fundamẽ=
ta tectorũ ꝓtectione/quod vix credas/corroborantur. Neq; tã=
ta ædificiorum vis igne & ferro & hoſtiũ manu et ceteris omni
bus calamitatibus data in ruinã cecidere/quanta corruere ædi=
ficia non aliam ob rẽ niſi ciuiũ negligentia ꝙ tectorũ ope deſti
tuta et nuda relicta ſint. Arma nimirũ ædificiorũ tecta ſunt con
tra tempeſtatum iniurias atq; impetũ. Quæ cũ ita ſint præclare
mihi maiores noſtri cũ cæteris in rebus/tũ hac in re videntur fe
ciſſe qui tantos attribuere tecto honores voluerit: vt tectis or=
nandis omnes condecorandaꝝ rerũ arte prope cõſũpſerint. Te
cta enĩ videmus ære et vitro et auro poſita lacunaribus aureis
lamiſq; auratis: et coronarum præterea et floꝝ ſculptura ęt ſta
tuis etiam elegãtiſſime inſignita. Tecta alia ſub diuo/alia non
ſub diuo. Sub diuo ſunt quæ nullos ad ambulationis vſus/ſed
vnice ad imbrẽ excipiendum ſint poſita. Non ſub diuo ſunt cõ
tignationum et teſtudinũ intermediæ extenſiones: quibus fiat
vt edificio quaſi ædificiũ aliud ſuperimponatur. In his ergo il=
lud veniet vt vna inferioribus edificij mẽbris ipſuꝫ id opus te=
ctũ ſit: et ſuperioribꝰ itẽ ſit area. Sed harũ quidẽ ꝯtignationũ ea
pars tectũ recte appellabitur: que ſupra caput diſtenta pendeat:
quã eandem celũ nũcupabimus. Quæ vero ob ambulantiũ pe= Celũ tecti
de preſſetur/pauimẽtum tecturaq; nuncupabitur. Sub diuo au pauimen
tem extrema operimenta/quæ imbribus excipiendis imponũ= tum.
tur/pauimenti ne loco ſint/alibi diſquiretur. Tectorũ vero quę Tectura.
ſub diuo ſũt tam et ſi plane in ſe fortaſſe ſint ſuꝑficies/nunꝗ̃ tñ
erunt ille quidẽ æque diſtantes pauimẽto quod operuerint pa=
uimẽto. Sed ſemꝑ in aliquã erunt partẽ ꝓcliuia et obliqua im=
briũ effundendorũ gratia. At tectorũ/quæ nõ ſub diuo ſũt/pla=
nas quaſq; ſuꝑficies eſſe pauimẽto æque diſtantes oportet. Te=
cta vniuerſa angulis & lineis ad areæ figurã parietũq; formam
quibus operimentuꝫ futura ſint/ſe accomodẽt neceſſe eſt. Atq;

hæc cũ inter ſe ſuccedant varia: nam alia flexis omnibus lineis
alia rectis/et alia miſtis/& eiuſmodi. Fit inde adeo vt tectorum
quoq; variæ & multiplices manarint formæ. Tã & ſi tecta ipſa
ex ſe ſuapte natura ſint varia. Quorũ alia emiſpheria/alia cõca
merata/alia fornicata/alia arcub⁹ cõpluſculis cõpacta. Itẽ alia
quę carinę dicãtur: alia quę diſpluuia nuncupant. Verũ vtrũq;
futurũ ſit/oĩe tectũ eſſe huiuſmodi oportet/vt vmbra ſui pa
uimentũ foueat/aquamve pluuiã ab vniuerſo cui operimentũ
ędificio ſit penitus admoueat. Nam ſemper quidẽ eſt ad leden
dũ paratus imber & additus ad maleficiũ/q̃uis minimos nunq̃
non vſurpat: etenim tenuitate perterebrat/mollitie inficit/aſſi
duitate cõmacerat oĩes ędificij neruos/deniq; ſtructurã fundi-
tus vitiat atq; perdit. Ea de re probe obſeruarũt periti archite
cti: vt liberũ fluendi curſum imbribus pararent: cauerentq; ne
quo loci aqua conſiſteret/aut vſpiam peruaderet/ quo noxam
inferret. Hinc niuoſis in locis tecta maxime diſpluuia ſurſum
arrecta eſſe ad acutum angulũ voluere: quo niuium incremẽta
minus accreſcerẽt et liquidius dilaberent. Locis vero (vt ita lo
quar) ęſtiuis tecta obliquitate min⁹ repente poſuere. Cęterũ cu
randũ eſt vt q̃ maxime vno eodẽq; cõpari atq; integro fieri poſ
ſit tectoq; ſeruata luminũ parietũq; ratione longe lateq; totũ
penitus ędificiũ operiat: ita vt ſtillicidijs dilabens aqua: nullã
parietũ partẽ madefaciat. Tum et tectum ita ponere oportet vt
in aliud tectũ non impluat. Superficies quoq; tecti decurſu eſſe
oportet nõ vaſtas & immanes. Nã tegularũ vltimis canalibus
pluuię prę multorũ imbriũ exuberantia redũdarẽt: et intra ędi
ficiũ influerent. Quę res multo eſſent cũ operis detrimẽto. Er
go vbi erit area maxima in plures eſſe diuiſum ſupficies tectũ
in variaſq; partes defluere oportet. Nam id cũ ad cõmoditatẽ
tum ad gratiã pertinet. Siquo incidet loco vt plura ponẽda te
cta ſint/coadiungẽtur illic quidẽ tectis tecta: ita vt q ſemel ſub
tecto excepti ſint/totas obambulant ędes operti tecto.

¶ De apertionib⁹: feneſtris ſc; hoſtijs et alijs quę totã parietis
craſſitudinẽ nõ peruadũt: quales: quot: & quãtę. Caput. XII.

SEquitur vt de apertione dicẽdum ſit. Apertionũ duo
ſunt genera. Nã alia luminibus & vẽtis. Alia rebus &
incolis aditũ/exitũq; in ędificiũ ꝑbent. Luminibus fe
neſtræ ſeruiũt: rebus hoſtia/ſcalæ & ſpacia intercolũ

narũ.Item quibꝰ aqua & fumus ꝑuadit/vti ſũt putei: cloacæ &
foci vt ita loquar/gula:et pręfurnia atq; extuaria apertionũ lo
co veniũt. Atqui pars quæq; domꝰ habebit feneſtras:quo reſpi
rat incluſus aer:atq; in horas inouať. Nam alioquin putreſcet
et vitiũ afferet. Apud babiloniam in tẽplo Apollinis inuẽtam
refert Capitolinus hyſtoricus auream arculam peruetuſtã: ex Attende
qua corruptus:et perinde veneficus incluſus aer/cũ illa quidẽ mirũ de
refringereť ſeſe effundens:nõ eos ſolũ interemit qui tũ prope aurea ar=
aderant/verũ et cõtagionibꝰ peſtem atrociſſimã totã in Aſiam cula.
vſq; ad Parthos intulit. Ex Ammiano item Marcellino hyſto
rico legimꝰ Marci Antonij & Veri tẽporibꝰ apud Seleucã poſt
directũ templũ:et perlatũ ſimulacrũ Conici Apollinis Romã/
fuiſſe per milites inuentũ anguſtũ et prius cõcluſum a Caldeo=
rum vatibꝰ foramen. Qđ vbi prædeſtudio reſerarũt/peſtilens Vapor
exiluerit vapor tam atrox:tãq; deteſtabilis vt a Perſarum fini olim apđ
bus ĩtra Galliã vſq; infecta oĩa ſint reddita tetro & funeſto Seleucã
morbo. Feneſtras igiť eſſe oportet manſionibꝰ ſingulis. Id qui peſtilens.
dem cũ luminis excipiendi/tum etiã innouandi aeris gratia: & Feneſtræ
eas quidẽ ad loci vſum & parietis amplitudinẽ accõmodatas. quomõ
Vt neq; plus:neq; item minus excipiãt luminis neq; frequẽtio faciendę.
res/aut rariores ſint q̃ vſus poſtulet. Tum & ꝓſpiciendũ eſt qui
bus ventis excipiendis pateant feneſtræ ipſæ. Nam q̃ ſalubres
ſpectabũt auras multo adapertas quoquoverſus licebit facere.
Et eas quidẽ iuuabit ita aperire/vt incolarũ corpora appellẽs
flatus ambiat. Hoc maxime fiet ſi feneſtrarũ ſpondæ eſſent hu=
miles adeo vt videri et videre per vicos ambulãtes poſſis. Quę
autẽ nõ vſq;quaq; ſaluberrimis ventorũ plagis obiectæ erunt
feneſtræ/ita ponẽtur vt lumina excipiãt non pauciora q̃ conue
niat:ſed ne etiã plura q̃ quibꝰ poſſit carere. Et ponẽtur illę qui=
dem in ſublimi/quo vẽtos a corporibꝰ obiectus paries interci=
piat. Nam habebũt quidẽ hoc pacto ventos/quibꝰ aer reficiať.
Sed erũt infracti atq; perinde nõ cõmino nõ ſani. Proſpiciendũ
eſt etiã qui ſoles penetraturi inde intra ędes ſint: & ꝓ diuerſoꝝ
cõmoditate habẽdę apertiores aut arctiores feneſtrę ſunt. Nã
ęſtiuis diuerſorijs aut vaſtos quaq; verſus ſi erũt illę quidẽ ſe=
ptentrionales/aut ſi erũt meridianę ſolibuſq; obiectę infimas
et modicas poſuiſſe apertiones cõferet/quãdo quidẽ ille expe=
ditiores auras excipiãt:hę minoribꝰ radiorũ circulus offendať.

et ſatis habebit aſſiduo circũfulgente ſole luminum is locus in quo magis vmbrę gratia homies q̃ luminũ cõuenerint. Cõtra hybernis in diuerſorijs feneſtrę directis ſolibus patebũt: ſi erũt adaperte: ſed ventis nõ ita patebũt ſi erũt ſublimes: nam recto curſu vẽti ſtantes incolas nõ impetẽt. Cæterũ lumina vndeuis excepturus ſis/haberi ea in prõptu eſt/vnde cœlũ liberũ intuearis. Et oẽs apertiones quæ luminũ excipiendorũ cauſæ factę ſint/nullo pacto cõdecet poſuiſſe infimas. Vultu enim lumina ſpectãtur/nõ pedibus: tũ et euenit iſtiuſmodi vt vnius aut alterius hominis obiectu lumina intercipiãtur: locuſq; deinceps reliquus reddat obſcurior. Qđ quidẽ incõmodum nõ fit lumine

Hoſtia. ducto a ſublimi. Hoſtia feneſtras imitent: vt pro loci frequẽtia et vſu maiora aut minora plura pauciorave adhibeantur. Sed in vtriſq; obſeruatũ video vt publicis ędificijs cõplurime horũ

Theatra. in primis generũ apertiones fierent. Eam rẽ nobis theatra atteſtãtur. Quę ſi recte interpretamur/tota conſtant apertionib⁹ di

Aptiões. ſcalarũ tũ maxime feneſtrarũ et hoſtiorũ. Atqui Apertiones quidem ita locaſſe oportet vt amplioribꝰ parietibꝰ nõ minime ponãtur apertiones et modicis parietũ frontibꝰ nihilo vaſtiores adigantur q̃ vſus poſtulat. In huiuſmodi apertionibꝰ alij alia probarũt lineamenta. Sed ꝓbatiſſimi vbi licuit nõ niſi quadrãgulis et rectilineis vſi ſunt. Tandẽ in hoc oẽs cõueniunt/vt ꝓ ædificij amplitudine et figura vticũq; ille quidẽ ſint accõmodẽtur. Tum & hoſtiorũ apertiones ita cõſtituẽdas ducũt/vt altiores oĩno ſint q̃ latæ. Et ex his quæ altiores ſint duos hæ capiant cõtinuos circulos. Quæ vero humiliores altitudinẽ habeant diametri eius q̃drati cuiꝰ ſit latus ima hoſtij ipſius latitudo Et poſuiſſe hoſtia illic conuenit/vnde in quaſq; partes ædificij cõmodiſſimus quoad fieri poſſit aditus ꝓbeatur: tum & gratiæ ſtuduiſſe oportet in huiuſmodi apertionibus/vt magnitudinibus coęquatis dextera ſiniſtris reſpõdeant. Numero autẽ feneſtras et hoſtia aſſueuere ponere ipari. Sed ita vt hinc atq; hinc partes paribꝰ r̃nderẽt. Media vero eſſent paulo ampliora. Atq; maximopere pręcauebãt/vt viribus ędiũ parcerent: ea de re lõge ab angulis/et colũnarũ ꝓductionibꝰ apertiones ponebant locis potiſſimũ parietis imbecillioribꝰ: ſed quę oneri ſuſtinendo nõ vacarẽt. Et ſeruabant vt a ſolo ad tectum vſq; integrę & minime interfractę q̃ plures poſſent parietis partes ſurgerent

ad perpẽdiculũ. Eſt genus quoddã quaſi apertionũ qđ hoſtia & feneſtras ſitu & forma imitẽtur: ſed totam parietis craſſitudinẽ nõ peruadit. Verũ quaſi ſcaphis incauatis digna / aptaq; ſpacia ſedeſq; ſignis et tabulis p̃bent. Hę autem & quo loci & q̃ crebrę q̃q; amplę ſtatuendę ſint / tũ dicem⁹ diſtinctius / cũ de ornamentis ædificiorũ tractabim⁹: tam et ſi nõ minus ad impenſę rationem q̃ ad venuſtatẽ operis faciat: qđ in muro cõplendo minus lapidũ et cementi cõſumat. Hoc tantũ faciãt ad rem / qđ has ſcapharum collationes numero aptas / amplitudine inuaſtas / forma decẽti eſſe oportet: vt ſui ordinis penit⁹ feneſtras imitẽtur: et apertiones quidẽ iſtiuſmodi vticũq; ille ſint aduerti ex veterũ operib⁹ nõ ampliores ↄſueuiſſe ponere q̃ vt ſui parietis partem occupẽt ſeptimã. Sed ne minores quidẽ q̃ vt capiãt nonã. Inter columnarũ ſpacia nimirum inter primas apertiones connumerãda ſunt. Ea ꝑ ędificiorũ varietate quoq; varia ↄſtituũtur. Sed de his diſtinctius dicem⁹ / cũ præſertim de ſacris ædib⁹ parãdis ſuo loco ratiocinabimur. Hic ſat ſit admonuiſſe apertiones haſce ita ponẽdas / vt columnarum ratio / quę tectis ſuſtinẽdis relinquantur / in primis ſit per q̃ diligẽtiſſime habita: ne quid ille quidẽ graciliores relinquãtur atq; rariores / q̃ vt cõmode ferre onus tectorũ poſſint: neue quidẽ craſſiores: aut frequẽtiores q̃ vt areę ſpacia & aditus ad rerũ / tẽporũq; vſus expedita relinquãtur. Cęterũ apertiones alię cũ crebrę extabunt colũnę Alię cũ rarę. Nãq; crebris colũnis trabs: raris arcus ſuperadducitur. Sed oĩbus apertionib⁹ quibus arcus ducit̃ curandũ eſt vt ſit ille quidẽ arcus nõ minor q̃ circuli dimidia pars parte addita ſemidiametri ſeptima. Nam apud peritos cõpertum affirmãt / hunc eſſe omniũ vnũ ad perennitatẽ accõmodatiſſimum. Cęteros vero omnes arcus eſſe putant imbecilles ad ferẽdum onus: et promptos atq; expoſitos ad ruinam. Pręterea ſemicirculum arcum eſſe vnum / qui corda et adminiculis nõ indigeat arbitramur. Cęteros autem omnes / ni eis aut cordam / aut contraria pondera / quibus cum certent adegeris / videmus ſuapte vi fatiſcere atq; labeſcere. Non hic prætermittam egregium id laudeq; digniſſimum / qđ annotaui apud veteres apertiões iſtiuſmodi etiam & teſtudinum arcus ita optimis illis ab architectis poſitas in templis / vt ſi oẽs intimas ſubdemeris colũnas / tamen apertionum arcus / tectorũq; teſtudines perſiſtant / et mi

Gen⁹ apertionũ qđ parietem nõ peruadit.

nime corruāt/ita ſunt oēs arcuū ductiones/quib⁹ teſtudine ſi
cūbūt/ad ſolū vſq̧ perductę miro artificio et paucis cognitov
ſtet opus ſolis arcub⁹ incūbēdo. Etenī cū illis q̄dē tell⁹ ꝑ cord
firmiſſima ſit/q̄d ni & ipſi p ſe arcus firmiſſimi ęternū pſiſtent
De ſcalis et earū generib⁹. Graduū īpari numero/quātitate
interiectis areolis: fumi et aquarū exitu/foci/ gulis puteorū e
cloacarū ſitu et apertione. Caput. XIII.

Scalę. SCalis ponendis plus eſt negocij q̄ vt poſſis niſi ma
ro & digeſto cōſilio recte ponere. Nam vnis in ſcal
tres veniūt apertiones. Et harū vna quidē eſt hoſti
quo in ſcalis cōſcendēdis aditus pateat. Altera eſt fe
neſtra/qua fiat vt recepto lumine cuiuſq̧ gradus retractio pe
ſpiciat. Tertia eſt cōtignationis & tecti apertio·qua in ſuperi
pauimentū/opermentūq̧ ꝑuadimus. Ea de re illud aiunt ſca
lis nimirū īpediri operū deſcriptiones. Sed q volēt ſcalis nō i
pediri ſcalas ipſas nō impediāt. Certū enī & ꝓpriū dicabūt ſpa
cium areę quo liber & ſolut⁹ excurſus pateat: ſuprema vſq̧ a
tecta: q̄ ſub diuo ſunt. Neq̧ te pigeat q ī tātum areę ſcalis occ
peſ. Nam ſatis referēt cōmodi illic/vbi cęteris partibus ędific
inferant minimū incōmodi. Adde ꝙ etiā fornices et vacua qu
ſub ſcalis relinquentur ad vſus percommodos non deerunt
Scalarū apud nos duo ſunt genera. Nā de militarib⁹ exped
tionū/munitionūq̧ ſcalis non eſt hoc loco vt referam. Vnę q
dem per quas nō gradib⁹: ſed obliquo accliui. Alterę quib⁹ pe
gradus in ſublime cōſcendimus. Accliuia ponere maiores co
ſueuere quoad ei⁹ fieri poterat facilia et pręſſa. Verū vti ex eo
rum ędificijs annotaui/ſatis cōmoda putarūt quę ita eſſent d
cta: vt altitudinis perpēdens linea ad lōgitudinis iacentē line
parte reſpōderet ſexta. In gradib⁹ vero maxime templorū im
parem numerū probauere: nā fieri quidē aiunt vt recto in tem
plū pede ingrediamur: quā rem ad religionē facere arbitrātur
At in his animaduerti bonos architectos obſeruaſſe vt gradus
nunq̄ ferme plures vnū in ordinem cōtinuos q̄ aut ſeptem/au
nouē ad gerēt. Credo aut planetarū aut vrbiū numerū imita
tos. Sed ad huiuſmodi ſeu ſeptenos/ſeu nouenos quoſq̧ gra
dus cōſultiſſime areolam ſubtexebāt: quo feſſi et imbecilles ad
cōſcendēdi laborē intermiſſas haberēt quietes. Et ſi quis caſus
incidiſſet/vt ſcādentes ruerēt/ haberēt illi quidē ſpacia vbi co

ruẽdi impetũ ſiſterẽt/ſeq; reciperent atq; firmarent.Et id quidẽ
ipſe vehemẽter ꝓbo/vt ſint ſcalę ſuis areis interceptę:ſintq; lu
minoſę et ꝓ loci dignitate amplę et ſpacioſę.Gradus vero ſca= Gradus.
larũ ita finiẽdos ducebãt:vt neq; craſſiores ſextãte/neq; tenui=
ores dodrãte eſſent.Retractioneſq; graduũ ne min⁹ q̃ ſexquipe
dales/ne ve plus q̃ bipedales ponerẽtur.Scalę toto in ędificio
quo erũt numero pauciores/quo ve occupabũt minus areę/eo
erunt cõmodiores.Fumi et aquarũ exitus expeditos eſſe opor= Fumi et
tet:& ita deriuatos vt nõ perſiſtant nõ exuberent/nõ coinqui aquarum
nent/nõ offendãt/nõ periculũ afferãt ędificio.Hinc gulas foci exitus.
longe ſeiũxiſſe ab om̃i materia opus eſt,ne aut ſcintilla aut cõ=
calefactione incendat̃ ſeu trabs/ſeu tignum q̃ fuerint ꝓxima.
Riuos etiã fluentiũ aquarũ ita deduci iubent vt ſupflua depel=
lãtur et nullũ aut abrodẽdo aut madefaciendo vitium inferãt
ędificio.Nãq; horũ ſiqua nocẽt/tã et ſi minutiſſime noceãt fit
tamen & tẽporis diuturnitate & laceſcẽdi pſeuerãtia vt accumu
latiſſime noceãt:et in his aquarũ ductionib⁹ obſeruatũ aptiſſi
mis architectis aduerti vt etiã imbres ſtillicidiorũ aut ita duce
rent porrectis fiſtulis/vt aduẽtantes nõ aſpergerẽt:aut ita exci
perent impluuijs/vt ad vſum hoim vel intra ciſternas collige=
rẽt:vel cogerẽt certis locis emanare vnde priuatę ſordes ablue
rẽtur:et hoim nares/oculiq; minime offenderẽtur.Et in p̃mis
curaſſe mihi viſi ſunt:vt oẽm aquã pluuiã longe ab ędificio ar
cerent atq; amouerent cũ cęteras ob res/tum ne ædificij ſolum
humectaret̃.Et in om̃ib⁹ apertionib⁹ id mihi curaſſe etiam viſi
ſunt/vt eas ponerent locis aptiſſimis.Vnde plurimum cõmo-
dorum vniuerſo ædificio pręſtaret̃:& pręſertim puteos maxi=
me in publica & patẽti ędis parte ponẽdos ſtatuo/modo digni
ora:& nõ ſua ſpacia nõ occupẽtur.Et ſub diuo poſitos puriorẽ
et ſinceriorẽ aquã exhibere phyſici affirmãt.Sed quacũq; ædis
parte aut putei infoſſi:aut cloacę ſubſtratæ fuerint:aut aqua &
humor infuderit/apertiones eſſe illic oportet eiuſmodi.Vt eo
plurimũ aeris aſpiret/quo humectę exalationes pauimenti ab=
ſtergantur et d-pellãtur ventorum afflatu atq; aeris impulſu.
¶Hacten⁹ de lineamẽtis ędificiorũ/q̃ ad vniuerſum opus per=
tinere videbãtur perſtrinxim⁹/ſingulis rerũ dicendaꝝ generi-
bus annotatis.Nũc de opera & ſtructura ędificiorũ dicendũ eſt
Sed prius de materia:et reb⁹ his q̃ paraſſe ad materiã oportet.

# LEONIS BAPTISTE ALBERTI DE MATERIA. LIBER SECVNDVS.

¶ Sepe et multũ animo/menteq̃ anteuoluendũ/et aſſerula/tabella/ſeu quauis alia re/modulis/totũ opus et ſingulas eiꝰ partes impune addendo/ſeu minuẽdo prę̨figurandũ quod/quale/et quãtũ futurũ ſit ædificium: ne re peracta te facti peniteat: ac tibi dicendũ. Hoc noluiſſem. Illud maluiſſem. Caput primũ.

OPus ædificiorum atq̃ impẽſam nõ temere inchoãdam arbitror/cũ cæteras ob res/tum ne honori et nomini officiat. Nam cũ bene conſtitutum opus his oñibus laudẽ efferat: qui in ea re cõſiliũ: operã: ſtudiũve adhibuere: tũ etiam ſi quid erit in quo auctoris prudẽtiam/aut opificis peritiam vlla ex parte deſideres/plurimũ laudi et nomini officiet. Et patent quidem atq̃ admodum in promptu extant laudes et vitia maxime publicorum opus: in quibus magis ad ſe deſpiciendũ neſcio quo pacto trahit qđ indecẽs eſt q̃ ad ſe admirãdum qđ pulchre perfectum & omĩ ex parte abſolutũ conſtet. Ac mirũ quidem quid ita ſit cur monente natura et docti et indocti omnes in artibus etrationibus rerũ: quid nam inſit aut recti: aut praui confeſtim ſentimꝰ. Eſtq̃ prę̨ſertim in rebus eiuſmodi ſenſus oculorum vnus omnium acerrimus. Quo fit vt ſi quid ſe obtulerit: in quo aliquid curtum/claudicãs redundãs inane: aut incõditum ſit/illico cõmoueamur: et lepidiora eſſe deſideremꝰ. Cur id accidat nõ omnes intelligimus/tamen ſi rogemur emendari/corrigiq̃ poſſe negabit nemo. At qualis ea ſit ratio exequendi: non erit omnium explicaſſe: ſed ſolum in ea re bene conſultorum. Bene quidem cõſulti eſt oñia prę̨cogitaſſe et prę̨finiſſe animo et mente/ne in opere aut perficiundo/aut iam abſoluto dicẽdum ſit: hoc noluiſſem q̃ illud maluiſſem. Et mirum quidem q̃ non leuiſſimas penas male cõſtructi operis pendamus. Qđ enim temere et incõſulti aggreſſi initio non perpenderamus/temporũ ſucceſſu tandem recognoſcimus. Ex quo fit aut ę̨ternum ob erroris offenſam peniteat: ſi nõ deleatur ac emendetur: aut ſi demoliatur impenſarũ & iacturę̨ ratio/iudiciiq̃ tui leuitas et inconſtantia dãnetur. Iulius Cę̨ſar ę̨dem a nemorẽſi a fundamentis

Iuliꝰ Cę̨-

inchoatam/magnoq; ſumptu abſolutã:quia non tota ad ani-
mum ei reſpõderet/totã diruiſſe affirmat Suetonius. Qua qui-
dem in re etiã apud nos poſteros vituperãdus venit ſi quid tũ
non ſatis quę ad rem faceret pręcogitauit:aut ſi forte quæ tum
erant recte inſtituta potuit poſtea leuitatis errore odiſſe. Iccir-
co vetus optime ędificãtium mos mihi quidẽ ſemper probabi-
tur:vt nõ perſcriptione modo et pictura/verũ etiam modulis
exẽplarijſq; factis aſſerula/ſeu quauis re vniuerſum opus et ſin
gule cũctarum partiũ dimẽſiones de conſilio inſtructiſſimorũ
iterũ atq; iterũ penſitemus:atq; examinẽtur prius q̃ quid aliud
aggrediare qđ impẽſam aut curã exigat. In modulis vero ducẽ
dis dabitur/vt regionis ſitũ et areę ambitũ et partium numerũ
atq; ordinem:et parietum faciẽ:et tectorũ firmitatẽ:et omniũ
deniq; rerum/de quib⁹ libro ſuperiore tranſegimus rationẽ &
cõformationem pulcherrime ſpectes atq; conſideres. Et licebit
iſtic impune addere/diminuere/commutare/innouare/ ac peni
tus peruertere quoad omnia recte conueniant et comproben-
tur. Adde ꝙ futurę impẽſę modus et ſumma/quæ res minime
negligẽda eſt/certior habebitur latitudine/altitudine/craſſitu-
dine/numero amplitudine/forma/ſpecie/qualitateq; rerũ ſin-
gularũ pro earũ dignitate et fabrorũ manu pẽſitatis. Nam co-
lumnarũ:capitulorũ:baſiũ:coronarũ: faſtigiorũ: cruſtationũ:
pauimentorũ/ſtatuarũq; et eiuſmodi:quę quidem aut ad cõſti-
tuendũ:aut ad exornandũ ędificiũ pertinẽt: ratio et ſumma ex
plicatior/certiorq; habebit. Hoc prętermittendũ nequicq̃ cen-
ſeo/qđ valde faciat ad rẽ modulos fucatos et(vt ita loquar)pi-
cturę lęnocinijs faleratos ꝑducere nõ ei⁹ architecti/qui rem do
cere ſtudeat:ſed ei⁹ eſt ambitioſi qui ſpectãtis oculos illicere &
occupare/animũq; ab recta diſquiſitione partiũ penſandarũ ad
mouere ad ſe admirandũ conetur. Quare modulos velim dari
nõ exacto artificio perfinitos:terſos:illuſtratos. Sed nudos &
ſimplices:in quib⁹ inuẽtoris ingeniũ/nõ fabri manũ ꝓbes. In-
ter pictoris atq; architecti perſcriptionẽ hoc intereſt: ꝙ ille ꝓ-
minẽtias ex tabula mõſtrare vmbris & lineis/& angulis cõmi-
nutis elaborat. Architect⁹ ſpretis vmbris ꝓminẽtias iſtic ex fũ
damẽti deſcriptiõe ponit. Spacia ũ & figuras frontis cuiuſq; &
laterũ alibi ↄſtãtib⁹ lineis atq; veris angulis docet/vti q ſua ve
lit nõ apparẽtib⁹ putari viſis:ſ; certi ratiſq; dimẽſionib⁹ ãnota

ſar ędem magno ſũptu ab- ſolutã:vt reficeret: diruit.

Pictoris et archite cti pſcri- ptio quę.

ri. Itaq; modulos huiuſmodi feciſſe oportet: et eos diligentiſſi-
me cum teipſo et vna cũ pluribꝰ examinaſſe: et iterũ atq; iteruꝫ
recognouiſſe/ vt nihil in opere vel minimũ futurũ ſit quod nõ
et quid et quale ipſum ſit: et quas ſedes: et quantum ſpacij occu
paturũ ſit et quos ad vſꝰ futurũ ſit/ teneas. Et præſertim tecto
rum ratio præ ceteris vt expeditiſſima ſit in primis curandum
eſt. Nã tectum quidẽ natura ſui ſi recte iterpretor ex omni ædi
ficatione mortalibꝰ primũ fuit eorꝫ quæ ad vſũ quietis facerẽt:
adeo vt tectorũ gratia nõ paries ſolũ: et quæ cũ parietibꝰ ſurgũt
et conſequũtur Verũ etiã ea quæ ſub ſolo ipſo ſunt inuenta eſſe
non negent vti ſunt aquaruꝫ depulſiones et deriuationes quæ
ex imbribus et cloacæ et eiuſmodi. Ego vero vſu iſtarum reruꝫ
perdoctus memini q̃ ſit difficile perducere opꝰ vt in eo ſint par-
tium cõmoditates dignitati venuſtatiq; cõiunctæ: hoc eſt vt ha
beant cũ cætera quæ probentur tũ et partiũ excultam varietatẽ
qualẽ ꝓportionũ ratio et concinnitas diffinierit. Magnũ eſt ſu-
peri id quidẽ ſed habili/ deſtinato decenti aptoq; tecto operire
cuncta hæc non niſi ſolertis: et admodũ circũſpecti eſſe ingenij
opus et artificij affirmo. Demũ cum tibi alijſq; peritis tota ope-
ris facies perplacebit et ſpectatio ita vt nihil ſe offerat in q̃ hæſi
tes nihil in quo melius poſſe cõſiliũ capi ſtatuas moneo ne li-
bidine ædificandi ad opus inchoãdum ꝓperes vetuſta ædificia
demoliendo: aut imania vniuerſi operis fũdamenta iaciendo:
qꝰ ipſũ inconſiderati et præcipites faciunt. Sed ſi me audias ſu-
perſedebis tẽpus aliquod quoad ingenij tui recẽs approbatio
deferbuerit cuncta demũ accuratius recogniturus cũ nõ inuen
ti amore: ſed cõſilij rõnibus dabitur/ vt de ipſa re conſideratius
diiudices. Omnibꝰ enim in rebꝰ agendis multa tempꝰ afferet vt
aduertas atq; ꝑpendas quæ te vel ſolertiſſimũ fugerant.

¶Ne quid ſupra vires aut præter naturã ſed quis tu quid/
et quo in loco agas. Capitulum. II.

MOdulos tibi recognituro hæc inter penſandas ratio-
nes verſentur neceſſe eſt. Principio nequid aggredia
re ſupra vires hoim. Ne ve quid ſuſcipias: quod cum
rerũ natura protinus depugnaturũ ſit. Nature enim
vis tã & ſi interdũ mole obiecta iterpelletur: aut innixu aliquo
detorqueaẽ eiuſmodi tamen eſt/ vt ſiuerit ea quidẽ nunq̃ nõ ſu
perare ac ꝓfligare quicquid obuerſetur: atq; impediat. Et omnẽ

quidẽ cõtra ſe expoſitam rerũ (vt ita loquar) peruicaciã diutur
na et aſſidua oppugnãdi perſeuerãtia tẽpore/ fecũditate labefa
ctat atq; perſternit: q̃ multa hominũ manufacta et legim⁹ & vi
demus nullã pręſertim ob rem nõ duraſſe/ niſi ꝙ cũ natura re=
rum cõtenderint. Eum qui ponte nauibus producto obequita
re inſtituerat mare quis non irrideat: aut potius inſolẽtis ode=
rit inſaniam? Portũ Claudij ſub hoſtia/ et apud Teracinã por= Portus
tum Adriani/ opera om̃i ex parte alioquin ęterna/ tamen vide= Claudij.
mus iam tum pridem obſtruſis harena faucib⁹ et repleto ſinu Portus
penitus defeciſſe mare nunq̃ intermiſſa illuctatione aſſidua la= Adriani.
ceſſente et indies peruincente. Quid tũ putas futurum vbi aut
impetentium aquarũ vim: aut ruentium rupium molem omni
no arcere/ propellereq; inſtitueris? Quę cum ita ſint aduertiſſe
oportet ne quid eiuſmodi aggrediamur q̃d ipſum non recte cũ
rerum natura conueniat. Proxime cauendum eſt nequid ad te
recipias in quo perficiundo ipſe tibi deficias re imperfecta. Tar Tarqnus
quinum regem Romanorum/ ni ſuperi dij amplitudini vrbis
fauiſſent. ni creſcente imperio ſatis opum ad tantã inchoatam
magnificentiã ſuppeditaſſent/ quis non vituperaſſet/ ꝙ templi Rhodo=
fundamentis iaciundis totã futuri operis impẽſam ꝓfudiſſet? pe mere=
Accedit q̃d non modo quid queas/ verum et quid deceat nõ in trix ſepul
poſtremis conſiderandum eſt. Rhodopen Thraciam meretricẽ chrum
illam celebrem et ſuorum temporum memoriam non laudo. regiũ ſibi
Quę ſibi ſepulchrum incredibili impenſa condi iuſſit. Nam ea aſtruxit.
quidẽ et ſi meretricio queſtu regias adepta eſſet opes: regio ta= Artemi=
men digna ſepulchro ne quicq̃ fuit. At reginam Carię Artemi ſia Carię
ſiam cõtra non vitupero/ quę amantiſſimo & digniſſimo viro regina.
ſepulchrũ condidit magnificentiſſimum: q̃uis quoq; in his mo Mecenas
deſtiam ꝓbem. Mecenatem increpabat Horatius ꝙ ædificãdo ędificãdo
inſaniret. Mihi vero apud Cornelium Tacitum probat̃ is qui iſaniebat
Othoni ſepulchrũ poſuit modicũ/ ſed mãſurum. Q̃d et ſi in pri Othonis
uatis monumẽtis modeſtiã/ in publicis magnificentiã exigunt ſepulchꝝ
publica etiã interdũ priuatorũ modeſtia collaudãtur. Pompei modicũ:
theatrum ob egregiã operis magnitudinẽ et dignitatẽ laudib⁹ ſed man=
et admiratione proſequimur. Dignum opus et Pompeio et vi ſurum.
ctrice Roma. Sed Neronis ędificandi inſaniam et vaſtiſſimoꝝ Pompei
operum ad ſoluendorum furorem non om̃es probant. Tum & theatrũ.
eum qui tam multis hominũ milibus mõtem apud Puteolos Nero.

non foderit: quis nō malit vtiliori aliqua in re tantū operę atq; impenſe cōſumpſiſſe· Eliogaballi prodigioſam inſolentiā quis non deteſtabit. Cogitarat enim columnam ponere in gentem/ per quā intrinſecus ad ſummū ꝯſcenderetur: vt illic Eliogaballum deū/cui eſſet initiatus/locaret: ſed non inuento tam vaſto ſaxo cōquiſito vſq; ad Thebaidē deſtitit. His etiā addēdum eſt ne quid aggrediare qđ ipſum et ſi alioquin vtile dignum ac non penitus difficile factu ſit facultatibꝰ et temporis oportunitate ſuppeditantibꝰ tamen ſit ipſum eiuſmodi vt breui aut ſucceſſoris negligentia aut incolarū tedio defecturū ſit. Foſſam quinq; remibꝰ nauigabilem ab Auerno vſq; Hoſtiā a Nerone inſtitutam cū alias ob res vitupero tū etiā ꝙ in ea ſeruanda perpetuā eternāq; imperij fœlicitatē et huius rei ſtudioſos cōtinue principes deſideraſſet. Quę cū ita ſint officij erit ea ſpectaſſe quę recēſuimus: hoc eſt quid ſit qđ agas et quid quo agas loco: et qui ſis qui id agas. Et pro eius dignitate et vſu rem totam cōſtituere nimirū hominis erit bene conſulti et conſiderati.

Eliogaballus.

Foſſa nauigabilis ab Auerno vſq; Hoſtiā a Nerone inſtituta.

¶ Peritorū cōſilio et exemplo tibi cōſtet imprimis vnde ſumptus omnibus quę ad opus ipſum perficiendum neceſſaria præparatis. Caput. III.

HIs notatis atq; animaduerſis luſtranda tibi erūt reliqua/an ſint eorū quęq; recte definita & apte ſuis locis diſtributa. Quo ꝓ munere obeūdo ipm te ita compares opus eſt: vt in omī rerū iſtaꝝ aduerſione pręte feras turpe ducere te nō id aſſequi quoad in te ſit: vt aliud alibi opus nullū parifactū impēſa et ſimili ductū oportunitate poſſit aut ſpectari lubētius/aut laudari vberius. Neq; enim ſat eſt iſtiuſmodi in rebus nō cōtemni: ſed ꝓbari quidē in primis condecet/et item haberi vt imitētur. Quare ſeueros eſſe nos et per q̄ diligētes rerū explicatores oportet. Et curandū vt cum nihil nō elegans & ꝓbatiſſimū interponat: tū & omīa inter ſe mutuo ad dignitatē/gratiāq; cōueniant/vſq; adeo vt quicquid addideris/aut mutaris/aut detraxeris vitioſius id et deteriꝰ futurū ſit. Sed rerū iſtaꝝ iterū atq; iterū admoneo/fac ſit moderatrix peritorū prudētia et conſiliū eorū qui ſpectaturi ſint recto aliquo et ſincero cū iudicio. Nā iſtorū ſcientia & inſtitutis magis q̄ priuata voluntate et ſenſu dabit/vt quę agas vel optima ſint/vel optimis ſimilia. Demum peritorum voce probari qđ agas pro-

fecto pulcherrimum eſt:et ſatis ſuperq; approbāt qui meliora
non afferunt:ex qua re fructū quoq; voluptatis capias quādo
nemo iſtorum qui ſapiunt nō aſſentiantur. Et conferet quoſdā
audiſſe. Nam interdum euenit vt etiam iſtarum rerum imperi-
ti ea dicant quæ minime aſpernēda peritiſſimis videātur. Cum
vero tota ædificij ratio ex ſingulis modulorum partib⁹ ita erit
apud te ſpectata et cognita: vt nihil non animaduerſum: nihil
non adnotatum vſpiam relinquatur: et interea ita oīno decre-
ueris ędificare: et apud te cōſtabit vnde ſumptib⁹ oportune ſa-
tiſfiat/parabis reliqua ad opus ipſum exequendū neceſſaria: ne
quid inter ædificandum deſit: qđ a perficiundi operis celeritate
auocet. Nam cum ſint plura quibus ad opus abſoluendū indi
geas: cūq; illorum quid vis ni adſit omnem ſtructuram poſſit
aut impedire/aut vitiare/officij erit nihil neglexiſſe/qđ cōferat
ſi adſit: aut noceat ſi deſit. Dauid & Salomon Hebreorum re- Dauid.
ges facturi templū Hieroſolimis/cum maximā vim auri argē- Salomō.
ti/æris/lignorum/lapidiſq; et eiuſmodi paraſſent: tū & ne quid
deeſſet qđ ad rei facilitatem et celeritatē faceret/a proximis regi
bus multa fabroꝝ milia et architectos acerſuiſſe ſcribit Euſe-
bius Pamphilus. Qđ factum quidem vehementer probo. Nā Attende
affert nimirum operi dignitatē: & auctoris gloriam accumula- mirā ho-
tiorē reddit: qđ arte ac recte factum mature perfectum ſit apud rū princi-
ſcriptores celebratur. Alexāder Macedo/quem refert Curtius/ pū inter
vrbem apud Tanaim nō minimam ędificaſſe diebus non plus ędificādū
ſeptē. Et Nabuchodonoſor qđ templum Beli (vt ſcribit Ioſe- celeritatē
phus hyſtoricus) diebus quindecim abſoluerit: qđve Babilonē Alexāder
triplici (vti aiunt) muro cinxerit diebus itidem quindecim. Ti- Macedo.
tus qđ murum ſtadiorum paulo minus quadraginta aſtruxe- Titus.
rit. Semiramis qđ ſingula maximorum murorum ſtadia apud Semira-
Babilonem ſingulis diebus perfecerit: qđve murum ad coher- mis.
cendum latum ſtadijs ducentis admodum profundū atq; latū
diebus non plus ſeptem duxerit. Sed de his alias.

¶Quenā ędificiorū pręparāda ſit materia/qui fabri/quę habi-
tationū ſeu domiciliorū primordia: antiquorū et præteritorū
de cedēdis arboribus ſententia. Caput.IIII.

QVæ vero paraſſe cōuenit nimirū hęc ſunt calx/hare-
na lapis/materia. Itē & ferrū/& ęs/& plūbū/& vitrū:
& hmōi. Et in pmis fabros mīme iperitos mīme le-

ues/mime icõſtãtes ſeligẽdos duco: qb⁹ tu opus recte pſcriptũ ſedulo faciundum mandes atq; cõmendes/vt probe perfiniãt/ matureq; abſoluant. Et in his omnib⁹ pbandis iuuabit ex pxi mis quæ alibi in prõptu extant operibus ducere argumenta et cõiecturas quibus admonitus ſtatuas quid tua in re agendũ ſit Namq; in illis vitia et laudes notenſ: eadẽ quoq; in tuo futura ope pſimillima poteris arbitrari. Nero princeps cũ inſtituiſſet centum ac viginti pedum Romæ ad venerationẽ ſolis coloſſũ ponere: in quo ſuperiorũ amplitudinem & magnificentiã ſupe

Zenodar⁹ artifex celebris.

raret/non prius locaſſe faciundũ. Zenodaro artifici p ea tẽpora celebri ac ſingulari ſcribit. Plinius/q̃ ſatis pbatũ vidit quid in tãti opis artificio valeret facto in gallia apud Aruernos coloſſo miri ponderis. Atq; his ↄſtitutis cætera pſequamur. Atq; nos quidem in huiuſmodi rebus/quæ ad op⁹ ædificioꝝ cõmoda ſunt/recenſendis/ea referamus quæ docti veteres tradidere.

Authores de re ędificatoria.

Preſertim Theophraſtus. Ariſtoteles. Cato. Varro. Plinius. Vitruuiuſq;. Nam ea quidẽ longa obſeruatione magis/q̃ vllis ingenij artib⁹ cognoſcũtur. Vt ab his qui iſtiuſmodi ſũma diligẽtia adnotarunt/petenda ſint. Sequemur igiſ ea colligẽtes: quæ pbatiſſimi veteres pluribus et varijs locis tractauere. Addem⁹ etiã noſtro pro more ſiqua ipſi ex maiorũ operib⁹ aut ex peritorum artificũ monitis adnotarimus: que vlla ex parte dicendis conferant. Etenim percõmode fieri arbitror ſi naturã rerũ ipſarum ſequentes ab his ipſis incipiem⁹/quæ prius ad hanc rem ędificatoriã ſibi homines vſurparunt. Ea ni fallimur fuere cæ

Geli⁹ Taxi⁹ luteũ ſibi aſtruxit ędificium.

Veſta.

Protogenis nepotes domicilia mortalib⁹ excogitarunt.

duæ arbores & ſyluarũ materia/tã et ſi apud auctores inueniã qui de his inter ſe diſcrepent. Sunt qui dicant hoĩes primũ ſpelũcis habitaſſe ita vt pecus et domini cõmuni clauderentur vmbra. Hinc credunt quod fertur apud Pliniũ Geliũ quendã. Taxium imitatione naturę primũ oĩm luteum ſibi aſtruxiſſe ædificium. Deam Diodorus Veſtã Saturni filiã ait primũ habitacula adinueniſſe. Euſebius Pãphilus elegãs antiquitatũ pſcrutator ex veterꝝ teſtimonijs. Protogenis nepotes excogitaſſe hominibus domicilia aſſeuerat/quę ex folijs harundinũ & papiro intexerentur. Sed nos redeam⁹ ad rẽ Veteres igitur et ĩ primis Theophraſtus ſcindere arborẽ præſertim abietẽ et piceã et pinum iubẽt/vbi primũ germinaſſe teneroſq; caudices prompſiſſe occeperint. Vbi et propter humoris exuberantiã facile corti

cem amouiſſe poſſis. Eſſe tñ aliquas poſt videmiã: quę cæſæ cō-
modiores ſint vti eſt acer vlmus/fraxin⁹/tilia. Robora itē ſi ce-
dātur verę/fieri teredinoſa atteſtanť. At eadē ſi cedātur bruma
fieri vt neq; vitienť/neq; pandātur. Et faciat ad rē quod adno-
tarunt materiã quidē: quæ per brumã flãte borea cedatur/etiaȝ
virentē belliſſime et ꝓpe imunē fumo ardere. Que res inditio
eſt humorē ſuccoſã eſſe nō crudo ſed digeſto. Vitruuio placuit
materiã cedi a primo autũno vſq; anteq̃ flare incipiat. Fauoni⁹
Heſiodus quãdo inquit ſol noſtrũ in caput pendens multa in-
feruеſcit vi: et hoim inde color fuſcatur/tunc meſſis inſtat. Cũ
vero decidere folia ceperit/tu ſiluã cedito. At cato rem totã ſic
moderatur. Materiē inquit ſi robur ſit/cedito vbi ſolſtitiũ fue-
rit. Nã ad brumã ſemp intēpeſtiua eſt: cætera materies quæ ſe-
men habet cũ maturũ fuerit/quæ nō habet/cũ libuerit. Que ma
turũ et vna viride habet/tũc cedito cũ ſemen exciderit. Vlmum
vero cũ cadunt folia. Et referre plurimũ aiunt qua luna ferruȝ
adigas. Nuaq; tantã quidē vim lunationũ eſſe in eiuſmodi re-
bus ferro attingendis putãt cũ cæteri/tum in primis Varro: vt
etiam qui tondantur luna decreſcente fieri cōfeſtim caluos aſ-
ſeuerent. Eaq; de re. Tiberiũ principē referunt diē capillo ton-
dendo ſeruaſſe. Aſtronomi affirmãt non defuturã animo triſti
tiam ſi capillũ aut vnguem ſecueris luna oppreſſa maleq; affe-
cta. Illud faciat ad rem quod aiunt quas res ad vſũ habitur⁹ ſis
vt locis moueãtur has ferro manuq; tractandas cũ fuerit luna
in libra cancro ve. Que vero ſtabilia et locis ĩmota futura ſint/
tunc inchoandas et pertractãdas cũ erit luna in leone tauro ve
et eiuſmodi. Sed cedi oportere materiē periti oēs admonent lu
na deficiente. Nã tunc admodũ exhauſtam eſſe arboris ſtatuũt
craſſam illã pituitã: quæ quidē ad citam putredinē imbuendaȝ
perprona ſit: lunaq; iſtac cæſam carię non infeſtari expertum
eſt Hinc eſt ꝙ aiunt frumenta vt vendas metito luna pleniore
Nam et ipſa tunc admodũ plena ſunt: vt vero aſſerues metito
luna ſitientie. Cōſtat etiã frondes arboꝝ luna decreſcente pręp-
paratas nō putreſcere. Diem vero cedendis arboribus cōmodã
putat Columella a vigeſima vſq; ad trigeſimã conſeneſcentis
lunæ. Vegetio ſcindi arborē placuit a quintadecima vſq; ad vi-
geſimã ſecũdam lunã: hincq; religionē ortã putat: vt pro ęter-
nitate his tantum diebus celebrent: ꝙ per eos cæſa æternũ du-

Quo tpe abies. Picea. et pinus cedē dęI tē alię arbores.

Qua luna ferrum arboribus adigas. refert plurimum.

Tiberius princeps.

Quęnã luna ꝓ cedē dis arborib⁹ ꝯmodiſſima.

rent. Addunt et lunam obſeruandam vt occidat. At plinius op
time cędi arborē putat Cane ſidere maxīe oriēte lunaq; coeūte
qui dies interlunium vocatur : et noctem ducit expectandā eiꝰ
ipſius diei quoad luna ſub terra ſit. Huius rei ratione Aſtrono
mi eſſe predicāt: ꝙ vi lunæ oīs rerum humor cōmoueatur. Er=
go humore lunā verſus ad vltimas radicis fibras aut retracto
aut deſtituto. Cætera materies perpurgatior reliquit̃. Adde his
quod multo fideliores putāt futuras ſi non ſtati proſternātur.
Verū circūcidantur vt ſtantes ſic areſcant. Quin et abietē arbo=
rem alioquī cōtra humoris contagionē haud quaq̄ firmiſſimā
ſi luna decreſcente decorticetur futurā affirmant vt aquis non
corrūpatur. Sunt q atteſtent̃ robur et quærcū graues materias/
quæ aquis natura ſubſidāt ſi circuncidantur vere primo & poſt
amiſſam frondem proſternant̃ reddi vt aquis ad dieȝ vſq; no=
nageſimū adnatent. Alij amplius cōcidi ſtantis arboris craſſitu
dinē iubēt ad mediā vſq; medullā q̄ ſanies et malus ſuccus ſtil=
lando effuſius depleatur. His addunt ne vllā ſternas arborē do
landā aut ſecandā ante ſuos ędītos fructus et ſeminis maturita
tē. Perciſam inde arborē vt pręſertī quæ fructum ferat nudari
penitus cortice admonent oportere.

¶Qualiter ceſis arboribꝰ materies ipſa cuſtodiat̃. Vbi meliꝰ cō
ſeruet̃: et diutius duratura aptius collocet̃. Capitulū. V.

IAm facile quidem ſub libro dū cortice optæ ſtent/cō
taminant̃. Cęſam materiē hr̄e cōditam oportet loco
vbi graues ſoles et acres vētoꝝ afflatꝰ nō appellāt: &
ꝓſerti q̄ ſpōte dātur/vmbra penitꝰ ꝓtectas eſſe oportet
Fimo bouillo materia linēda. Qui ęt huius gratia fimo illinire maxime bouillo veteres archi
tecti obſeruarūt: Id ea de re fieri Theophraſtus differebat ꝙ cir
cūcluſis egreſſibus/cōcreta pituita/immodicaq; vaporuȝ vis p
medullā ſenſim inſtillet atq; reſpiret quo fit vt cætera ligni ſic=
citas ſiccādo coequalibus ꝯdenſetur. Stātes itē cacumine quod
inuerſo cōmodius ſiccari arbitrantur. Tum et cōtra vetuſtatē
ac futuros morbos varia adhibeāt remedia. Theophraſtus de
foſſā materiē multo dēſari arbitratur. Cato iubet ceſā materiē
Itē amurca pice oleo/& Viſco. amurca illiniri/quo a tinea et carie immunis ſit. Quæ aquis et
mari vitientur pice tutari in promptu eſt. Referūt et ligna quæ
macerata ſint amurca nullo fumi tedio ardere. Ad labyrinthū
ægyptium poſitas eſſe trabes ex ſpina ægyptia inchoatas oleo

ſcribit Plinius. Viſco inquit Theophraſtus illitam materiē nō ardere. Necq; hoc pretermittā. Extat apud Gelliuȝ ex annalibꝰ Quinti Claudij turrim ligneā ad Pyreū/quod eam Archelaus Mitridatis pręfectꝰ multo alumine obliuiſſet. Sylla oppugnāte minime arſiſſe. Sūt pręterea quæ modis varijs denient: et cōtra tēpeſtatū iniurias corroborentur. Nā citreā quidem materiem ꝑdiunt terra et illiniunt cera, imponūtq; aceruis frumenti ſeptenis diebꝰ/totidē intermiſſis. Quo fit vt cū firmior: tū et illita ad opus cōmodior reddatur. Mirum eñ in modū pōderi detrahitur: hanc ipſā etiā ſiccatā mari duritiē acqrere affirmant ſpiſſā et incorruptibilē. Caſtaneam aquis maris purgari conſtat. Ficum ægyptiam ſcribit Plinius ſtagno imergūt/vt ſiccetur atq; leuigetur: nam ea quidē prius aquis ſubſidit. Noſtros fabros tignarios videmꝰ aquis et luto ſubmerſam/qua preſertim torno vtuntur: materiē ſeruare dies triginta quod maturiꝰ exſiccataȝ et fieri ad oēs vſus habiliorē putant. Sunt qui affirment materiei cuiuis euenire hęc vt ſi dū adhuc viret/defodias in humido æterna ſit. Sed ſiue defodias: ſiue illitam lucis ve cōditā ſerues hac in ſententia periti oēs cōueniunt: vt niſi poſt trimeſtre tāgi vetent. Dēlari eñ et quandā q̄ſi maturitatē firmitatis imbuiſſe oportet priuſq̄ in opus producātur. Sic habitam iubet Cato eximi producicq; ad ſolē luna decreſcete et poſt meridiē/decreſcentiſq; lunæ ipſius quatuor ꝓximos dies quibus plena fuerit/improbat/admonetq; ne auſtro flante educatur. Et cū eduxeris cauendum ne trahas per rorē: ne ve rorulētam aut gelidā aut nō vſq; quaq; ſiccam doles aut perfindas ſerra.

Archelai prefecti Mitridatis turris alumine

Quomō citrea materies Caſtanea: et ficus ęgyptia condiantur.

¶ Arbores edificijs ꝯmodiſſimę quæ ad quid: quibꝰ locis ęterniores: firmiores: et durationis quā maximę: Capitulū. VI.

Materiem viſus eſt putaſſe Theophraſtꝰ nō ante triēnium bene exſiccatam fore ad aſſeres preferri et valuarum vſum. Operi ædificiorum cōmodiſſimas putant arbores has/Cerrum/ Quercuȝ/robora/eſculū/ populum/tilium/ Salicem/ Alnum/ Fraxinū Pinum/ Cupreſſum Oleaſtrum/Oleam/Caſtaneam/ Laricem/ Buxum: et Cedrum: item et Ebanum: et item Vitim. Sed his omnibus varia eſt natura: et perinde varijs vſibus commodandæ. Nam aliæ ſub diuo ceteris pręſtant: alię in vmbra ſeruantur: aliæ nitent

aere: aliæ dureſcūt inter aquas et defoſſę æterniores ſunt. Iccir
co hę lamijs aſſeribus ſculpturis/inteſtiniſq; operibꝰ/alterę ti-
gnis & trabibus: reliquę ſubdiualibꝰ pauimētis ferēdis & ope-
Alnus. rimētis habēdis exiſtunt firmiores & pręſertim Alnus fluuia-
libꝰ et paluſtribꝰ palationibꝰ fundamētorū om̄es exuperat: &
humoris patiētiſſima eſt. Eadem in aere et ſolibus non durat.
Eſculus. Cōtra Eſculus impatiēs eſt humoris. Vlmus aere & in ꝓpatu-
Vlmus. lo denſat̃: alibi pādit̃ et nō perſiſtit. Picea et item Pinus ſi terra
Picea. obruantur æterna ſunt. At robur quidem ꝙ ſpiſſa et neruoſa
Pinus. ſit & denſa/minutiſq; foraminibus predita humorē non recipi
Robur. ens terrenis quibuſq; ędificationibus per q̃ aptiſſima eſt: maxi
meq; poſita vt ferat pondera erit/tū quidē pro colūna admodū
validiſſima. Verū huic natura cum tātā immiſerit duriciem vt
perterebrari nequeat niſi madefacta/tn̄ affirmant ſupra terram
eſſe incōſtantē et rituoſam fieri et cōtorquere ſeſe: eādemq; etiā
aqua marina facile corrūpi. Id oleę et ilici et oleaſtri/quę cęteris
in rebꝰ cū robore cōueniunt nō accidit vt aquis cōmacerentur.
Quercus. Quercus nullo ſenio conficit̃/quia intimū ſuccoſa eſt & ꝓpe vti
Fagus. virēs ſit. Fagū item et Iuglandē aquis nō vſq; corrūpi & inter
Iuglans. principales quę defodiātur annumerāt. Suber itē ad vſum co-
Suber et lumnaꝝ et pinus ſilueſtris/& morus/& acer & vlmus nō inuti
alię arbo les ſunt: Trabeationibꝰ & tignis aptā putat. Theofraſtus nucē
res ad co- euboicam: qđ ea quidē anteq̄ rumpat̃/ſonitu ſignū det. Exq; eo
lūnarum factum olim vt ex balneo apud Andrū qui inerant oēs incolu-
vſū aptę. mes ab ruina tectorū ſecuta effugerint. Sed oīm optima Abies
Nux Eu Nam cū ꝓceritate et amplitudine primaria ſit: tum rigore natu
boica. rali cōtenta nō facile oneribus pręſſantibꝰ flectit̃: ſed directa in
Abies. uictaq; permanet. Adde ꝙ facilis eſt et parietibꝰ ſuo pōdere nō
moleſta. Huic vni plurimę aſcribūtur laudes: plures de ſe præ-
ſtare vtilitates affirmāt. Vnū tn̄ illi eſſe vitiū nō negant: qđ per
facile ad ſe flāmas admittat: atq; ignibꝰ infēſa ſit. Huic nō poſt
Cuꝑſſus. ponit̃ cōtignādis ędibꝰ Cupreſſus arbos alioquin eiuſmodi vt
inter noſtras arbores primariā & pręcipuā ſibi laudē vendicet.
Hāc veteres inter clariſſimas cōputabant non vltimā ab cedro
atq; ebano. Cupreſſumq; apud Indos ꝓpe inter aromata vene
rātur: et merito id quidē laudent qui velint amoniā chiam & ci
renaicā: quā eſſe ęternā pręducat Theophraſtus. Vtrū odore/ ni
tore/robore/magnitudine/rectitudine/perēnitate. His omnibꝰ

in laudibus quā tu illi arborē cōparabis. Cariem et vetuſtatem penitus nihil ſentire cupreſſum affirmant: et rimā ſponte haud quaq̄ capere. Ea nimirū de re Plato leges publicas: atqꝫ inſtituta in ſacris ponēdas cenſebat tabulis cupreſſinis/quod futuras forte æterniores putabat q̄ ære. Hic locus admonet vt referam memoratu digna/quę de cupreſſu ipſa legeri & videri. Valuas cupreſſas in tēplo Epheſiæ Dianæ annos duraſſe quadringentos teſtātur: & eas ſeruaſſe nitorē: adeo vt nouas perpetuo dicerēs. Nos Romæ ad Petri baſilicā vidim⁹/cum ab Eugenio pōtifice maximo valuæ reſtituerentur vbi hoīm manus iniuriaꝫ rapiendo argento quo olim fuerant veſtitæ nō intuliſſent/ſolidas et integerrimas annos plus quīgētos qnquagīta pduraſſe Nā ſi recte annales pontificū vrbis Romæ interpretamur/tot ab Adriani tertij. Pontificis tēporib⁹ qui eas poſuit ad quartuꝫ Eugenium ſunt. Itaqꝫ contignationib⁹ faciundis. Abietē ꝓbāt et cupreſſum vna re fortaſſis preferunt ꝙ ſit æternior. Sed eſt abiete grauior ꝓbant et pinū et piceam. Pinū enī abiete pſimilē eſſe contra iniectum pond⁹ reniti putāt. Sed inter pinū atqꝫ abietem cū cætera tum hoc intereſt ꝙ terebinæ abies eo ledit̄ minus quo eſt pin⁹ quidē ſucco q̄ Abies dulciori.

Valuæ cupreſſinæ ī templo Dianæ Epheſiæ quadrīgētos annos pduraſſe dicūtur Value Eugeniæ.

Ego nulli poſtponendam puto Laricem hāc equidē ſtructurarum pōdera firmiſſime et diutiſſime ſuſtentaſſe cū alibi tum apud Venetias ex vetuſtis fori operibus annotauim⁹. Atqui eā quidem de ſe preſtare vtilitates cūctas/quas ceteræ pręſtent arbores affirmant. Neruoſa eſt: viriū tenax: in tēpeſtatibus firmiſſima. aduerſ⁹ cariem illeſa. Vetus opinio hanc cōtra igniū iniurias inuictam & prope illeſam perſiſtere. Quin et obiciēdos ex larice aſſes eo verſus vnde ignium aduētitiū malum extimeſcas iubent. Sed nos eam vidimus incenſam ardere/tamen ita vt flāmas dedignari: eaſqꝫ velle ab ſe diſcutere videatur. Vnū habere cōſtat vitiū: nā aquis marinis redditur teredini obnoxia.

Larex.

Inutiles trabeationibus fore prædicant robora et oleam/ꝙ grauia ſint: ꝙ cedant ponderi & ꝓpe ſponte ſua deflectant̄: tum et quæ facilius franguntur q̄ ſindant̄ ad iſtos trabeationū vſus vtilia non ſunt/vti eſt olea/et ficus & tilia et ſalicta/et eiuſmodi Mirū quod de palma aſſeuerant cōtra ſuperimpoſituꝫ pōdus reniti: & in diuerſū curuari.

Palma.

Subdiualib⁹ trabeationibus et tecturis iuniperū oībus præferunt: et huic ait Plini⁹ eādē eſſe naturam atqꝫ cedro. Sed

Olea. ſolidiorem. Tum et oleam infinitam habere eternitatẽ prædi-
Buxus cant. & Buxum etiam inter primarias annumerãt. Caſtaneam
quidem tam et ſi pandat et torqueatur/non tamen in his operi
bus quæ ſub diuo eſſe oporteat recuſant. Probant et in primis
Oleaſter. oleaſtrũ ea maxime re qua & Cupreſſum/ꝙ cariem nõ ſentiat: q̃
in numero ſunt arbores/quib⁹ inſitus et infuſus vnctuoſus et
gũmoſus ſuccus eſt pręſertim amarus Eiuſmodi eni vermẽ ne
gant admittere et aduentitias humiditates excludere in prom-
ptu eſt. Contrariam his putant materiẽ omnẽ: que dulci ſit ſuc
co prædita: et quæ facile incẽdatur. Ab his tamen excipiũt oleã
Cerrus et oleaſtrum. Cerrũ aũt et Fagũ natura imbecillẽ eſſe ꝯtra tem-
Fagus. peſtatem et nõ puenire ad venuſtatẽ affirmat Vitruui⁹. Plini⁹
quercuꝫ item celeriter ait marceſcere. Ad reliqua vero inteſtina
opera valuarũ lectorũ/mẽſarũ ſubſelliorum et eiuſmodi abies
egregia eſt: præſertim quæ ad Alpim Italiæ monteꝫ excreſcat.
Nã hec arbos natura eſt ſicciſſima et glutina q̃ tenaciſſima. Eſt
et picea & cupreſſus his rebus percõmoda. Fagum fore alioqui
fragilẽ prædicant. Sed capſis lectiſqꝫ vtilẽ: et in tenuiſſimas ſe-
cari laminas: ſecari quoqꝫ et ilicem aiunt belliſſime. Inutiles et
aſſeres habendæ ſunt iuglans/ꝙ facile frangatur/vlmus fraxi-
nuſqꝫ. Nã hæ tã et ſi lente facile tamẽ panduntur. Verum obe-
Fraxin⁹. dientiſſimã eſſe omnium in opere affirmant fraxinum. Sed nu
cem demiror non multo eſſe in antiquoruꝫ monitis celebratio
rem/quando ea quidem vt videre licet/cuꝫ ad cæteros pleroſqꝫ
vſus tum maxime aſſeritijs operib⁹ admodũ habilis et pertra-
Morus ctabilis eſt. Morũ laudant cũ ab eius æternitatẽ/tum ꝙ nigre-
ſcat vetuſtate idies et fiat gratior. Valuas memorat Theophra
ſtus cõſueuiſſe diuites ponere ex loto ilice buxo ve. Vlmũ quæ
rigorem firmiſſime aſſeruet: ideo portarum cardinib⁹ vtilẽ du-
cunt. Sed permutari iubẽt oportere vt ſit radix ſuperior inuer-
ſo cacumine. Catouectes aquifolios laureos atqꝫ vlmeos fieri
iubet. Clauiculis cornũ cõprobant. Gradus ad ſcalas orno atqꝫ
acere ponebãt. Pinus: Picea: Vlmus ad aquarũ ductus interca-
uabantur: ſed haſce niſi terra contegas ociſſime ſeneſcere aſſeue
rant. Cæterum ornandis ædibus laricẽ feminã quæ colore ſimi
lis eſt melli cõpertũ habẽt in tabellis pictorũ eſſe imortalem: et
nullis riuis fixilẽ: palmaqꝫ et nerui nõ inſint tractim: ſed cæſim.
Idcirco ad ſimulacra deorũ efficienda vtebanť. Tum et vteban-

tur Lotho ac Buxo et Cedro:et item cupreſſo:et craſſiore olea-
rum radice/ægyptiaq; perſica: quam eſſe lotho ſimilē referunt.
Torno autē ſiquid terete reddidiſſe opus erat:Fago:Moro:Te-
rebinto:et imprimis Buxo omniū ſpiſſiſſima:et egregie torna-
tili:et ebano omniū gracillima vtebātur. Neq; ſignis et tabulis Arbores
efficiundis aſpernabantur populū albā/et item nigram:et ſalicē ſignis et
et carpinū et ſorbum/ſambucū et ficū. Que arbores cum ſiccita- tabulis fa
te et æquabilitate ad excipienda ſeruādaq; pictorū glutiniamē- ciundis
ta et illiniamenta vtiles ſūt. Tum ad formas exprimendas du- apte.
ctibiles quidem atq; admodū faciles. Verum inter haſce omniū
molliſſimam extare tiliam in promptu eſt. Sunt qui ad ſigna cō
ficienda iuiubam comprobant. His contraria eſt robur: quādo
quidem inter ſe et cum alijs omnibus eiuſmodi materijs inſo-
ciabilis omnino:et omnis glutinis aſpernatrix ſit. Idem vitiuꝫ
eſſe omnib⁹ lactumoſis et criſpis aiunt/vt omne genus glutina
menti abdicent. Raſile itidē atq; denſum quodq; lignū ægre co
heret glutino. Que itē diuerſa ſūt natura vti eſt. Hedera. Laur⁹/
Tiliaq; ꝙ calidæ ſint/cum his que humectis locis naſcuntur:
ꝙ eiuſmodi omnes frigidę natura ſint/diu glutino nō cohęrēt
Vlmus/Fraxinus/Morus/Ceraſuſq; ꝙ ſiccæ ſint cū platano &
alno/quæ madide natura ſunt/non cōueniunt. Quin et tantuꝫ
affuit apud maiores/vt natura inter ſe nō congruentia:et con-
traria glutino connecterēt. Vt etiam ſimul non iugata ſed hæ-
rentia vetuerint coagmētari. Hic illud Vitruuij quod eſculeos
quidē axes admonet querquinis non iungendos.

¶ De arborib⁹ iterū ſūmatī/et in genere. Capi.VII.

VErum vt de his omnibus ſūmatim referā. Apud om
nes auctores conſtat infæcundas arbores firmiores
eſſe fertilibus. Silueſtres et manu ferroq; non cultas
duriores eſſe domeſticis. Nā ſilueſtres qdē ī morbos
incidere/qb⁹ interimant negat Theophraſtus. Domeſticas ve-
ro:et maxīe q̄ fruct⁹ ferāt grauiſſimis eſſe obnoxias morbis ꝑdi
cāt. Et int̄ feraces pręcoces ſerotinis/et dulces acutis eſſe imbe-
cilliores ſtatuūt. Et inter acutas atq; aſꝑas ſolidiores putāt eas
quę fruct⁹ acerbiores rarioreſq; edāt. Que alternis annis ꝓmūt
et quę penit⁹ ſteriles ſint/feracib⁹ nodoſiores ſūt. Et iſtaꝝ quo
quaq; breuior/eo difficilior. Et ſteriles magis creſcūt quā ferti-
les. Addunt et eas quæ in ꝓpatulo et nullis neq̄ montib⁹ tectæ

neq; ſiluis: ſed crebris ventis & tẽpeſtatibꝰ agitatę creuerint / firmiores illas quidẽ craſſioreſq; eſſe: ſed breuiores / nodoſioreſq; q̃ quę in cõualle et loco a vẽtis tuto excreuerint. Tũ & arbores ortę in locis humidis atq; opacis molliores putant: q̃ q̃ in apricis atq; ſiccis coaluerint. Et q̃ ad boream naſcãtur aptiores eſſe q̃ quę a borea ad auſtrũ declinẽt. Et quæ locis a ſua natura ſint alienis natę non ſecꝰ atq; abortiuas reſpuũt. Et meridianas q̄dem pręduras fore: ſed medullis cõtorqueri et minꝰ coequabiles pręſtare ſe ad opus exequendũ. Pręterea aridas natura atq; ad creſcendũ tardas robuſtiores eſſe q̃ quę laxę et fecundę ſint. Nã q̄d in his fœmineã in his vero alteris maſculinã eſſe naturam putabat Varro / et candida quęq; ligna minus eſſe denſa et magis tractabilia / q̃ quibꝰ color quiuis infuſus ſit. Et ponderoſa quidẽ oñis materia ſpiſſior / duriorq; leui eſt. Et quo quæq; leuior / eo eſt fragilior: et quo criſpior / eo aſtructior. Tum quibꝰ natura dederit vt diutius in vita vigeant dediſſe etiã vt abſciſſę tardius corrũpant. Oñi etiã in ligno / quo minus medullę in eſt eo natura illi acrior et robuſtior eſt: quę partes ad medullã ꝓximiores ſunt duriores hę quidẽ cęteris ac denſiores ſunt q̃ cortici ꝓpinquiores ſunt neruo tenaciore ſunt. Etení in arboribus veluti in animãte ꝓ cute eſſe ſtatuunt extremũ corticẽ: ꝓ carne id q̄d ad cutem ſubeſt: ꝓ oſſe id q̄d ad medullam circũ obuoluit: & nodos in plantis per ſimiles eſſe neruis putabat Ariſtoteles. Ligni partẽ oĩm peſſimã Alburnum deputãt / cũ alias ob res tum q̄d teredinibꝰ infenſa ſit. Adde his ꝙ partes materiæ / quæ dũ ſtaret arbor ad ſolem meridiẽ vrgebatur / aridiores erũt cęteris et gracidiores / tenuioreſq; tñ denſiores: habebũtq; medullã iſta ex parte cortici viciniorẽ. Et quę item partes telluri et radicibꝰ fuere finitimę / ſtabunt ille quidẽ cęteris grauiores huiꝰ ſignũ q̄d aquis ęgre adnatabũt: et arboris cuiuſq; pars media criſpior et maculę vticũq; ſint quo radicibus adiunctiores eo amfractiores intimas tamen quaſq; partes ſupernatibꝰ conſtãtiores et cõmodiores ducũt. Verũ in arborꝝ generibꝰ cõperio aliquas de quibꝰ optimi ſcriptores longe mirãda referãt. Nam vitem quidẽ ſeculorũ ęternitatẽ ſuperare affirmãt. Iouis ſimulacrum factũ ex vite in vrbe Populonia ad Cęſaris tẽpora conſpiciebat̃ ſeculis permultis incorruptũ. Neq; vlli eſſe ligno naturã penitus ęterniorẽ oñes pręd icãt. In Arriana Indorum re

Marginal notes: Qualitas materiarum. — Cõparatio de arboribꝰ. — Alburnꝰ — Vitis ſæculorum ęternitatem ſuij at. — Iouis ſimulacrũ ex vite vitis indica

gione haberi vites tam craſſas ait Strabo/vt eius truncũ hoĩes
vix amplexẽtur bini. Apud Vticã tectũ ex cedro ſtetiſſe annos
mille ducẽtos octo & ſeptuaginta tradidere. In Hiſpania tẽplo
Dianę trabes ex iunipero ab anno ducẽteſimo ante excidium
Troię vſq; ad Hanibalem duraſſe teſtanť. Atqui cedro quidem Cedrus.
mira eſt natura: ſi vti ferũt vna hęc arbos clauũ nõ tenet. In mõ
tibus q̄ ad Benacũ ſunt abieti genus riget: quo ſi feceris vas/ni
prius oleo perunxeris nõ cõtinebit vinũ. Hactenꝰ de arboribꝰ.

❡De Lapidibus quãdo eximẽdi: et in opus reponẽdi. qui faci=
liores/tolerãtiores/meliores/et durabiliores. Caput. VIII.

PArandus eſt etiã lapis qui ꝓ muris habẽdus ſit: is erit
duplex. Alius qui cemẽtis coaptãdis/deuinciendiſq;.
Alius qui ſtructurę conueniat. De eo qui ad ſtructurã
prius. Sed multa cũ breuitatis cauſa: tũ ꝙ nimiũ trita
ſunt pretermittã. Neq; iſthic inſiſtam vt phyſica illa de lapidũ
primordijs atq; origine diſputem: ex aquę ne ac terrę cõmiſtio
nibus viſcoſa illa principia in limũ prius: ſubinde in lapidem
duruerint: frigoris ne an qđ de gẽmis aſſerũt/caloris vi/ſoliſq;
radio denſata cõcreuerint/an potius vt rerũ aliarũ/ſic & lapidũ
itidem ſint a rerũ natura indita telluri ſemina. Colores ne lapi
dibus ex rata terrenorũ corpuſculorũ cum liquẽti aqua confu=
ſione inſint. An ex innata ſeminis ipſius vi. An ex ꝯcepta radij
imprę́ſſione adſint. Itaq; iſtiuſmodi oĩa tam & ſi fortaſſis ali=
quid facerẽt ad rem exornandam: ea tamen pretermittã: remq;
ipſam ędificatoriam quaſi inter fabros vſu & arte probatos tra
ctans liberius & ſolutius ꝓſequar/q̃ exactiſſime philoſophãtes
fortaſſis poſtulant. Cato lapidẽ (inquit) ęſtate eximito: ſub di Quo tem
uo habeto. Ante bienniũ in opus ne ponito: æſtate quidẽ/quo pore la=
ventis/& gelicidijs/& imbribꝰ/reliquis ve temporũ iniurijs in= pis exi=
ſueti lapides ſenſim aſſueſcant. Nã lapidem quidẽ nuper ex fo= mẽdus.
dina humore natiuo & ſucco pregnantẽ/ſi vẽtorũ acerbitati &
ſubitis gelicidijs obieceris/findetur atq; ſoluet. Sub diuo quo
quiſq; lapis q̃ ſit validus: et cõtra res aduerſas & laceſcẽtes con
ſtans. Primo iſtiuſmodi quaſi prȩludio futuri cũ tẽporis æter=
nitate certaminis cõprobeť. Non ante bienniũ quo imbecilles
natura: et qui vitium in opere facturi erant nõ te lateat et a fir=
mioribus ſeparẽtur. Etenim quocũq; in genere lapides inueni
ri certũ eſt inter ſe varios: ita vt alij ſub aere dureſcãt: alij prui=

nis aſperſi rubiginē trahant atq; diſſoluantur et hmōi. Verū hi
quales pro locoꝶ varietate et natura ſint/vſu & experiētia pul
cherrime innoteſcūt. Vt iam ex veterū ędificijs cuiuſq; lapidis
vim et virtutē didiciſſe plenius poſſis ꝙ ex philoſophantiū ſcri
ptis et monumētis. Tamē de toto lapidū genere vt ſummatim
Lapidū q litates ſci tu nō in= dignę.
loquar/ſic licebit ſtatuiſſe. Albus quiſq; lapis facilior fuſco eſt.
Trāſlucid⁹ opaco ductibilior. Et quo quiſq; magis imitabitur
ſalem/eo erit intractabilior. Harena inſperſus lapis colluſtrāti
aſper eſt. Aureę ſi intermicabunt ſcintille/cōtumax. Nigrantes
ſi vt ita loquar ſcatent pūcti/indomitus. Qui guttis eſt angula
ribus aſperſus/is erit firmior ꝙ qui globoſis: et guttæ quo erūt
minores eo erit lapis tollerātior. Et quo cuiq; color purgatior
atq; limpidior eo ęternior. Et lapidi quo venarū aderit min⁹/
eo integrior. Et quo vena ipſa cōtiguo lapidi colore ꝯgruētior
eo æquabilior: et quo tenuior/eo moroſior: & quo anfractior
et volutior eo auſterior: et quo internodoſior/eo acerbior. Ve
narū ea eſt apprime fixilis ꝙ ſui medio lineā habuerit ductā ru=
brica/aut ocrea putrenti ꝓxima ad has erit ꝙ diluto et albeſcen
te herbaceo colore ſparſim fuſcabitur. Omniū difficillima ꝙ gla
ciem ꝑſertim ceruleā imiteť. Venarū numerū diffidioſum & in=
cōſtantē indicāt: et quo directiores/eo infideliores. Lapis quo
diffractis glebulis aciem acutiorē et terſiorē dederit/eo erit con
cretior. Et lapis cū defringiť cute qui minus extabit aſpera/is
erit habilior ſcabro. Sed ſcabri ipſi quo erūt candidiores/eo mi
nus erūt obſequētes. Et contra fuſcus quiſq; lapis vbi erit luna
minutiore/illic magis ferri aciē aſpernabiť/ignobilis quiſq; la=
pis quo fiſtuloſior eo durior. Et q aqua aſperſus ſummotenus
tardi⁹ areſcet is erit crudior. Et grauis qſq; lapis ſolidior & ex=
polibilior leui: & leuis quiſq; friabilior graui: et reſonās dū feri
as lapis dēſior eſt ſurdo: & q duriter ꝑfricatus olebit ſulphur/
acrior eſt ꝙ q nihil referat olidi: et quo deniq; ad ſcalprū contu=
macior eo cōtra laceſſentes tēpeſtates rigidior & cōſtātior. Ad
fauces fodinę q tēpeſtatib⁹ perſtruct⁹ glebis ſeſe grādiorib⁹ aſ=
ſeruarit hūc firmiorē ducūt. Oīs itē lapis ferme cū defoditur
mollior eſt ꝙ ſub diuo eſt habit⁹: et humore aſperſus: atq; infu
ſus lapis tractabilior ferro eſt/ꝙ cū exaruerit. Et ſuo qſq; lapis
quo humectiore fodinę loco exēptus ſit/eo cū aruerit erit den=
ſior: et auſtro flante credunt dolabiliores eſſe ꝙ flante borea: et

borea vrgēte facilius ſindi q̄ auſtro. Verum lapides ipſi quales futuri per ętatē ſint/ſi quid libeat ocius periculū facere/inditia patebūt hinc. Nam qui aqua cōmadefactus perplurimum pōderi adiecerit/erit is quidē humido diſſolubilis. Qui vero igne & flāmis pertactus faceſcet: ſub ſole æſtuq; nō ꝑdurabit. Neq; hic pretermittenda cenſeo digna memoratu quędā: quę de nōnullis lapidibus veteres meminere.

¶ Nōnulla de lapidib⁹ memoratu digna quę veteres meminerint. Caput.IX.

Nam erit quidē nō ab re intellexiſſe quātum habeāt in ſe et varietatis et admirationis/quo quęq; aptis vſib⁹ decētius accōmodētur. Circa volſciniēſem et in ſtratonēſi agro eſſe lapidē prędicāt oībus ędificioꝝ vſib⁹ accōmodatiſſimū: cui neq; ignis: neq; vlla tēpeſtatū vis noceat Eūdemq; eſſe cōtra tēpeſtatē penitus ęternū atq; incorruptibilem: et ſimulacrorū lineamēta qui diutiſſime aſſeruet. Lapis volſciniēſis. Cū ex incendijs vrbē reſtitueret Nero ſcribit Tacitus ſaxo gabino et albano vſum ꝓ trabib⁹/ꝙ is lapis ignib⁹ imperui⁹ ſit. Apud Liguriā et apud Venetias/in Vmbria Piceno apudq; Belgas ſuppeditat albus lapis: quē ſerrare dētata ſerra et dolare poſſis per facile. Lapis albus ſerratilis. Et ni alioqn natura eſſet īualid⁹ et imbecillis/oīm egreſſus foret in operib⁹. Sed pruina et gelu et aſpergine rūpitur: et ꝯtra auras maris minime eſt robuſt⁹. Habet hiſtria lapidē marmori nō diſſimilē. Lapis hiſtricus. Sed his vapore et flāmis pertact⁹ illico findi tur et diſſilit: quā ipſam rem euenire aſſeuerant cuiq; lapidi qui fortis ſit: preſertim albo ſilici et item nigro vt ignis ne quicq̄ ꝑferat. In Cāpania lapis eſt fuſco cineri ſimillimus: cui etiam miſtos putes et interiectos eſſe carbones: is qdē ſupra q̄ poſſis exiſtimare pōdere leuis eſt & ferro dolabilis/& ꝓrſus tenax/et itē conſtans: et cōtra ignes et cōtra tempeſtates nō inualidus: ſed adeo arens & ſitiens/vt calcis humores confeſtim abſorbeat et vret. Lapis Cāpanus. Exhauſtaq; & vanida pulueris inſtar relinquet illimēta. Hinc breui diſſolutis cōpaginibns labeſcit opus vltro atq; corruit. At lapidi huic natura ꝯtrarius eſt globoſus lapis/ꝑſertim qui ſit fluuiatilis: nam ſemp madēs cementis nō coheret. Quid illud q[illegible] in marmorarijs lapidicinis cōpertum habēt marmora excreſcere. Marmora excreſcere. Romę per hęc tempora inuēta ſub tellure ſunt fiſtuloſi lapidis tyburtini minutalia vnum in ſolidu n lapidē tēpo

ris terreq; vt ita loquar fomento concreuiſſe. Ex lacu Reatino videbis quo loci per abruptum illud precipitiũ aqua redundans in Nar fluentẽ corruit. ripæ ſupremũ labrũ indies cõcreuiſſe: vt argumentũ hinc nonnulli ſumpſerint ex iſtiuſmodi additamento lapidiſq; incremẽto conualle ipſa faucib⁹ abſtruſa effectam lacũ. Sub agro Lucano non longe a ſilari fluuio qua parte ad orientem verſus ex altis rupibus aquæ ſtillantes defluũt cõcreſcere indies videbis grandia pendentiũ lapidũ glaceonia/ ad magnitudinẽ vt ſint eorꝫ quodq; onus carrorꝫ perq̃ plurimorũ. Is lapis recens et materno ſucco madens admodũ tener eſt. Vbi vero aruerit/ fit duriſſimus: et ad oẽs vſus accõmodatiſſimus. Id ipſũ euenire ex nõ nullis veterib⁹ aquæ ductib⁹ ſpectaui: vt formarũ latera concreta quadã gũmatione lapidis cõcruſtetur. In Gallia duo ſpectaſſe hac ætate licebit digna memoratu. Nãq; extat quidẽ agro. Corneliano peralta torrẽtis ripa: ex qua grandes et plurimi globoſi lapides terræ viſcerib⁹ intimis cõcepti paſſim indies crebris locis parturiũtur. In agro Fauentino ꝑpter Lamonis fluenti ripã adſunt natura ꝓtenſi vaſti lapides: qui nõ modicã indies vi ſalis vomãt: ſpacioq; lapideſcere arbitrenť. In agro florẽtino Aetrurię apud Clatim amnẽ fũdus eſt inquo alternis ſeptẽnijs prædura quib⁹ abunde cõſperſus ſit/ ſaxa in glebas redeũt. Apud ciſicenos et item circa Caſſandreã verti gleboſã terrã in ſaxa refert. Plinius. In puteo lano puluis ſuppeditat q aq̃ maris dureſcit et fit lapis. Toto etiã littore ab Oropo vſq; aulidẽ quicquid mari abluať lapidem fieri et cõcretũ reddi referũt. In Arabia etiã glebas ait Diodorus effoſſa terra ſuaue olentes: q̃ qdẽ veluti metalla fuſę igni in lapidem vertãtur. Addit et hoſce demũ lapides eiuſmodi eſſe/ vt cũ in eos guttę aquæ pluuię ceciderint/ iuncturis colliqueſcẽtibus toto fiant in muro lapis vnit⁹. Sarcophagũ quoq; lapidẽ apud Troadem aſię defodi ferunt/ qui fixili vena cõiũgatur: In hunc lapidẽ defũctorꝫ cõmiſſa corpora ante diẽ quadrageſimu; tota præter dentes aſſumi aſſerunt: et quod magis mireris/ veſtẽ calciamentaq; et eiuſmodi vna cũ corporib⁹ illata verti in lapide; prędicãt. Cõtrari⁹ huic eſt comites lapis/ q̃ Dariũ ↄdidiſſe referunt. Is enĩ corpora pręſeruat ĩtegerrima. Sed de his hacten⁹.

Lapides ſponte naſcentes

ſarcophagus lapis mirabilis

¶ De lateribus vnde: quando: qualiter formãdi: et eorum cõmoditates. Capitulum. X.

AT qui cõſtant quidem lapidis loco veteres perlubēter
vſos lateribus:credo equidē inopia rerū et neceſſitate
ductos homīes primū vſurpaſſe/vt lateritia ponerēt
ædificia:ꝙ poſteaq̄ aiaduerſum eſt q̄ id ſtructuræ ge=
nus opera facile/ad vſum cõmodū/ad gratiā aptū/ad perenni=
tatē firmū cõſtanſq́ʒ exiſteret:ꝓſecuti ſunt cū cętera tū et regias
ędes ſtruere lateritias.Demū poſteaq̄ ſeu caſu/ſeu induſtria ꝑ=
cepere qđ ignis ad firmādos/ dēſandoſq́ʒ lateres valeret / teſta=
ceo paſſim opere oīa attollere pſeuerarunt. Et quātū ex vetu=
ſtiſſimis ſtructuris annotaui:hoc ꝓfecto auſim dicere/nihil ad
oīs quos velis ędificationū vſus inueniri cõmodius latere nõ
crudo/verū cocto:vbi coquēdi & ducēdi ratio diligēs adhibeať
Sed de lateritij operis laude aľas.Ad rem fit qđ aiūt lateri ducē
do terrā ꝓbari eā/q̄ ſit albicans & cretoſa.Item ꝓbari quoq́ʒ ru
bicoſam et eā quę maſculus dicit̃ ſabulo.Harenoſamvero & pe
nit⁹ ſabuloſam vitandā/et in primis calculoſam oīno abigēdā
ſtatuūt:qđ hmōi intercoquēdū diſtorqueātur et perfindant̃/tū
excocte ſpōte ſua atterantur.Lateres nõ ſtatim effoſſa terra du=
cendos putāt:ſed fodi terrā autūno iubent/cõmacerari totā ꝑ
hyemem & vere primo duci.Nā ſi ducas bruma/in prõptu eſt
rumoſas fieri gelatu:ſinautē ſolſtitio/acri ęſtu findētur ſūmo=
ten⁹ exſiccādo.ꝙ ſi cogat neceſſitas vt ꝑ hybernos algores fin=
gas lateres:operito illico ſicciſſima harena.Sin per ęſtatem fer
uentē/humectis paleis:nā ſic habiti nõ findūtur neq́ʒ cõtorquē
tur. Sūt qui lateres vitro habere illitos velint.Id ſi iuuabit cu=
raſſe oportet ne ducātur ex ſabuloſa/aut nimiū macra arentiq́ʒ
terra/nā vitrū abſorberēt.Verū ducēdi ſunt ex albicanti & cre=
toſa & lēta:habēdiq́ʒ ſunt tenues/nā craſſiores q forte ſint ęgre
percoquūtur et fixura īmunes nõ euadūt.ꝙ ſi craſſiores facere
oportebit incõmodo ꝓuidebit̃ multa ex parte vbi medias per
craſſitudines vno & item alteris locis ſtilo perforabunt̃/quo &
ſiccari et excoqui cõmodius valeant ſudore/vaporeq́ʒ ꝑ iſtas ip
ſas quaſi ęſtuationes aſpirāte.Figuli fictilib⁹ ſupilliniunt cre=
tam albariā/qua fiat vt vitrū patinis equabiliſſime alliqueſcat
incutim.Id etiā operi lateritio cõferet.Aduerti ex veterū ędifi=
cijs in laterib⁹ miſtam eſſe partē nõnullam harenæ pręſertim
rubrę:et rubricā et marmor imiſcere aſſueuiſſe inuenio.Expti
ſumus eadēvna ex terra reddi lateres multo firmiores/ſiveluti

Quę terra lateribus conficiendis apta.

Lateres vitro illiti.

panes facturi maſſam prius quaſi fermētarimus:demū iterum
atqꝫ iterū ſubactā reddiderimus/vt ſic admodū cerea & oīibꝰ
etiam minutis calculis purgatiſſima.Dureſcūt quidem coctura
adeo vt multa flāma in ſiliceā duritiem vertātur.Et lateres ſeu
fiat igne id dū coquūtur/ſeu forte fiat aere dū ſiccātur quę eadē
res euenit panibꝰ/cruſtam adducūt ſolidā.Iuuabit igiť tenues
facere quo plus adſit cruſtę/minꝰ medullę.Et in his experiri li
cet ſi terſi & perpoliti aſtruātur/durabūt ille ſi cōtra tēpeſtates
qđ cui vis lapidum ęque eueniet/vt terſi ſcabritie nō exedātur.
Atqui teſtas quidē tergēdas putant/aut nuper exēptas ex for=
nace anteq̄ cōmaduerint/aut ſi madent anteq̄ ſicceſcant.Nā ſe=
mel madida atqꝫ rurſus exſiccata dureſcit teſta adeo vt ferri aciē
delimet atqꝫ cōſumat.Sed nos cōmodius ꝓxime ductam et ad

*Laterum tria genera.*

huc vrentē radimus.Atqui laterū tria apud veteres fuerunt ge
nera.Vnū longū ſexquipede: latū pedē.Alterū palmos quinqꝫ
quoquo verſus.Tertiū palmos non plus quattuor:Videmꝰ in
ędificijs teſtas pręſertim ad arcus et nexuras pedes quaſqꝫ ver
ſus latas binos.His non ęque vſos veteres publicis atqꝫ priua
tis operibꝰ recitāt:ſed maioribꝰ publica minoribꝰ priuata ſtru
xiſſe ędificia.De his quoqꝫ annotaui cū alibi in veterum monu
mētis:tū via Appia alia atqꝫ alia extare maiorū et minorū late=
rū genera:quibꝰ varie vterētur:vt nō modo quicquid ad vtili=
tatē/verū etiā quicquid ad gratiā aptum et cōdecens venerit in
mentem:id ſedulo voluiſſe perficere arbitror.Vt cętera omittā
lateres vidi longos digitos nō plus ſex/craſſos vnū/latos tris.
Sed his potiſſimū pauimenta ſpicatim inſternebāt.Pręcęteris
mihi ꝓbātur trianguli/quos faciebāt hūc in modum.Laterem
eni quoquo verſus pedali amplitudinē ducebant craſſum digi=
tum et ſemis/ hunc dū virebat duabꝰ lineis diametralibꝰ ab an
gulo ad oppoſitū angulū ſignabant linea ꝓfunda/quę vſqꝫ di=
midiā lateris craſſitudinē ſcinderet.Hinc igitur quattuor habe

*Lateres triāgulares et eorum vtilitas.*

bātur trianguli ęquales.Lateres has pręſtabāt commoditates.
Nā minus capiebāt cretę/coaptabātur in fornace/eximebanť/
deferebātur in opus habilius:puta qui vna manu quattuor ha
berētur.Hos faber leui ictu inter abſtruēdum alterū ab altero
diuidebat.Hiſqꝫ per frontes parietū ordines inducebat latere
pedali extrinſecus vt pateret.Angulo vero introrſus obiecto.
Ex quo impenſa quidē minor/opus gratius/ſtructura firmior

reddebãt. Nam cum toto pariete nulli nõ integri adeſſe lateres
apparerẽt: tũ anguli dentatim in farcturis parietũ illigati opus
firmiſſimũ reddebãt. Ductos lateres ne illico in fornacẽ impo=
nas iubẽt/ ni perſicci ſint: et non ante biennũ ſiccos reddi: et in
vmbra cõmodius ſiccari q̃ in ſole aſſerũt. Sed de his quoq; ha=
ctenus/ ni forte addas/ qđ annotauere terrã ad hmõi opera quę
plaſtica nũcupãtur ꝓbari inter egregias Samiã Arretinam/ et Terra pla
Mutinenſem. In Hiſpania Pergameã. In Aſia vnũ hic bre uita ſtica.
tis gratia non prętermittam. Quęq; de laterib⁹ vſq; dicta ſunt Samia.
eadem in tegulis tectorum atq; imbricibus: atq; tubulis atq; Arretina.
omni deniq; plaſtico fictiliq; opere fore obſeruanda. Diximus Mutinen
de lapide. Sequitur vt de calce dicendum ſit. ſis.

¶ Calcis et Gipſi varię ſpecies et naturę cõuenientię et differen
tię: et circa hęc nõnulla ſcitu haud indigna. Caput. XI.

CAlcem ex vario lapide Cato Cẽſorius improbat. Et Cato.
calcẽ quę fiat ex ſilice ad om̃e opus dãnat. Tum et ad
calcem efficiendã vehemẽter eſt inutilis lapis q̃ſquis
exhauſtus/ arridus/ putrẽs/ inquo excoquẽdo ignis
nõ inueniat quid abſummat: quales ſunt tofinei: et q circa Ro=
mã agro Fidenate atq; Albano ſubruffi atq; pallẽtes ſunt. Ter=
tia enĩ parte ſui põderis q̃ ſuus fuerat lapis leuior ſit calx opor Calx.
tet ea/ quã periti ꝓbent. Quin et lapis nimiũ ſiccoſus et natura
madens/ qđ ſub igne vitreſcat/ haud quaq̃ eſt ad calcem efficien
dam vtilis. Viridis (inquit Plini⁹) lapis igni vehementer reſi=
ſtit. At nos de porphirite lapide cõpertũ habemus/ non modo
flãmis nõ excoqui/ verũ et cõtigua quęq; circũhereant ſaxa in=
tra fornacẽ reddere/ vt ignib⁹ ne quicq̃ ſatis excoquant. Atqui
& terricoſum quoq; lapidẽ/ qđ calcem impurã reddat/ reſpuũt.
Sed calcem in primis laudant veteres architecti: quæ de lapide
fiat pręduro et admodum ſpiſſo et pręſertim albo. Hanc enim
cum cęteris vſibus non incõmodam: tum maxime teſtudinib⁹
firmiſſimam ducunt. Secũdo loco probant calcem eam: quę ſit
ex lapide alioquin non leui & putri: ſed fiſtuloſo. Hanc enĩ ad
opus tectorum eſſe omniũ pręcipuam & cęteris ductibiliorem
et reddere opera ſplendidiora cẽſent. Vidim⁹ & in Gallia vſos
architectos calce non alia/ q̃ quę facta ſit ex collectitio torrẽtiũ
ſaxo globoſo/ fuſco / p̃duro et eiuſmodi/ vt poſſis putare ſilicẽ
eam tamen in opere tum ſaxo/ tum lateribus multa per tẽpora

egregiam preſtitiſſe firmitate ꝯſtat. Inuenio apud Pliniũ eam quæ fiat ex molari lapide calcẽ eſſe natura pingulentam: idcirco ad omnes vſus percõmodam. Nos experto intelleximꝰ eũ molarem lapidẽ qui guttatim ſale aſperſꝰ eſt cũ rudior ac perinde aridior ſit non ſuccedere. Eũ vero alterũ ſalibus nõ miſtũ qui ſpiſſior et limacũ frangatur tenuiore eſt puluere ſuccedere. Sed lapis vticunq; ſit ad calcẽ effoſſus vtilior erit q̃ collectitiꝰ: et ex vmbroſa humentiq; fodina exemptus/ q̃ ex arenti: et ex albo ductibilior q̃ ex fuſco. In Gallijs apud maritimas Eduorum regiones calcem lapidis inopia oſtreaceis concluſijſq; efficiunt

Gipſum. Eſt et calcis genus gipſum: fit enim et ipſum lapide excocto: tã etſi Cypro et Thebis fodi gipſum referũt ſũma tellure ſolibus cõcrematum. Sed gipſeus oĩs lapis a calcis lapidibꝰ differt/ qđ tenerrimus ſit/ friabilis/ præter vnũ/ qui in Syria foditur. Nam ꝑ̨durus quidem eſt. Differunt etiã quod gipſeus lapis horis non plus viginti: qui vero lapis ad calcẽ eſt horis non minꝰ ſexaginta coquitur. Gipſi quattuor aduerti eſſe per Italiã ſpecies harum duę tralucidæ/ duæ nõ tralucide. Tralucidarũ vna glebis aluminis/ ſeu potius alabaſtro eſt ſimilis: hanc Squameolã nũcupant/ qnod tenuiſſimis quaſi ſquamis coherentibus et paginatim cõpreſſis ꝯſtet. Altera ſquameoſa quoq; eſt: ſed magis ſali ſimilis fuſco q̃ alumini. Non tralucidarũ aũt ſpecies ambæ cretã obdenſatam imitantur. Sed eſt altera albicans et ſuppallens: altera pallori ſuffuſum colorẽ habet ruffũ. Poſtremę prioribus dẽſiores inter poſtremas ſubruffa tenacior. Inter priores quæ purior/ ea cãdidiora et ſplendidiora in dealbarijs operibꝰ ſigilla et coronas preſtat. Apud Ariminum gipſũ inuenies ſolidum/ vt dicas eſſe id marmor: aut alabaſtrũ: ex eo iuſſi tabulas ſerra dentata ſerrari ad opus cruſtationum cõmodiſſimas. Omne gipſũ nequid ꝑtermittã/ malleis ligneis affligi et cõteri/ vſq; in farinã reddaĩ: loco ſicciſſimo accumulatum ſeruari/ ſtatim ꝓduci/ aqua celerrime infundi/ confeſtim ad opus adigi oportet.

Squameola.

Gipſum Arimiũ.

Gipſi cõfectura.

Itẽ calcis. Calx contra: nõ enĩ tunſã verũ ex gleba infundi: et multo quidem ante cõmacerari oportet aqua exuberante prius q̃ in opus pręſertim tectorũ immiſceas/ quo ſiqua fortaſſis gleba parũ fuerit ignibus excocta maceratiõe diutina ſoluatur atq; liqueſcat. Nã cũ recens et non penitus proluta et ꝯmacerata ſũmitur/ qđ in ea ſit latentes ſubcrudi aliq calculi/ euenit vt hi quidẽ indies

putreſcant:et ſubinde emittant puſtulas/quibus omnis expoli
tio vitietur. Adde quod calce non vno ſimul vt ita loquar ,plu
uio infũdere ſed ſenſim oportet madefacere alteris atq; alteris/
atq; itẽ alteris aſpſionib⁹/ quoad plane ſit ebria reddita. Dehĩc
loco humecto et ſub vmbra pura ſine vlla rerum aliaꝝ miſtura
et nihil pluſq̃ ſũmotenus leui opta harena aſſeruãda eſt/quoad
temporis mora liquidius fermenteẽ. Et ꝯpertũ quidẽ habẽt cal
cem diuturna huiuſmodi fermentatione multũ ad virtutẽ au=
gere. Nos qdẽ veterib⁹ ac deſtitutiſſimis in ſcriptis relictã/poſt
annos vti ex multis ꝯiecturis pſpicue patebat/quingẽtos nup
inuentã vidim⁹ madidã et liquentẽ/et vt ita loquar maturam
adeo vt mollitie mella oſſiumq; medullas lõge ſuperaret: Atq;
ea quidẽ ad queuis vſum nõ eſt vt putes ꝯmodi⁹ poſſe quippiã
inuediri. Duplum refert ſic habita harenaꝝ q̃ quæ recenter ex=
tincta miſceatur. In his igitur calx atq; gipſum nõ ꝯueniunt in
ceteris ꝯueniũt. Illico eñ eximas ex fornace: ac ſub vmbra & ſic=
co in loco habeas/mox infundas oportet. Nã ſiue fornace ipſa
ſiue alibi ad auram ad lunã/ ad ſolem adſeruetur: p̃ſertim æſta
ſte ociſſime reſolueẽ in cinerẽ/et fiet inutilis. Hactenus de his.
Fornacib⁹ lapidẽ ne imponas monent ni cõfregeris/ita vt ſint
fruſta glebis nõ minora/ſino illud quod facilius coquãtur. Cõ
pertum quidẽ eſt medijs in lapidib⁹ p̃ſertim globoſis interdu3
adeſſe vacuas aliquas cõcauitates: quib⁹ aer incluſus plurimu3
afferat detrimenti. Nã ſuccenſo fornacibus igne fit vt iſtic ſeu
frigore introrſus abſcendente aer perſtringatur/ſeu in caleſcen
te demũ lapide idẽ aer in vaporẽ exaugeatur/fit inq̃ vt cõtume
ſcat et quaq; verſus pfracto carcere quo cohercebatur imani ſo
nitu acriq; impetu erumpat/totãq; fornacis congeriẽ diſturbet
atq; peruertat. Et ſunt qui lapidibus iſtiuſmodi viderũt media Vermes í
intus vigere animantia cũ alia et diuerſa/tũ vermes piloſo dor lapidib⁹.
ſo et multipedes/qui quidẽ fornacibus ſoleãt diſpendiũ afferre
Neq; hic nõ ſub:ugã digna quædã memoratu de reb⁹ iſtiuſmo
di/quę nr̃a etate viſa ſunt. Nõ eñ hęc ſcribim⁹ ſolũ fabris/verũ Anguis
et ſtudioſis etiã reꝝ dignarũ. Qua de re iuuat intermiſcere inter viu⁹ in va
dum quę delectent:& ab re tñ atq; inſtituto aliena nõ ſint. Mar ſto lapide
tino quinto põtifice maximo/allatus extitit anguis reptus La ſpiramen
tio a fabris apud fodinas vitã ducẽs in vaſto quodã lapide cir= tis obſtru
cũ omnib⁹ aſpiramẽtis obſtruſis. Repertę et aliquot ranę/& itẽ ſo reptus.

cancri/ſed hi qdē mortui. Tū et cādidiſſimo marmore in medio
Ve linus mons. per hæc tēpora frondes arborū repertas teſtor. Vellin⁹ mons/
qui Brutios a Marcis diuidit/oim pręcelſus totovertice calue-
ſcit lapide albo/et rediuiuo illic q̄ pte in brutios ſpectat paſſim
videbis diffractos lapides refertos ſigillis conchiliorū mariti-
morū: nō amplioribꝰ q̄vt ea ſub vola manꝰ capias. Quid illud/
Saxa veronenſia. Ex agro Veronēſi īdies colligūtur ſaxa cælo ſtrata ſigno quiq̄
folio certis et cōparibus lineis aptiſſime pſcripta atq; belliſſi-
me imbricata naturæ arte admirabili et pfinita vt imitari ſub-
tilitatē operis poſſit prorſꝰ mortaliū nemo. Et quod magis mi
rere nullū huiuſmodi inuenies lapidē niſi inuerſū ĩpreſſāq; ſi-
gni formā obtegentē: q̄ facile putes naturā nō admirationi ho
minū ſed ſibi effinxiſſe tantas delitias artificij ſui. Ad rē redeo.
Nō hic inſiſtā referēs quo pacto fociveſtibulū ꝑfurniūq; teſtu-
dinare/et interiorē igniū ſedē coaptare oporteat/vt extuās flā-
ma reſpiret vt ſuis quaſi limitibus coherceat̄ vt in vnū ad opꝰ
coquendi cōfluat tota igniū vis atq; ꝯſpiret. Neq; ꝓſequar quo
pacto ſenſim ſuccēdere & ignē nō intermittere vſq; dū flāma ad
ſupremū vſq; nequicq̄ fumoſa exeat: et ſūmi intra fornacē lapi
des candeſcāt et coctū lapidē nō eſſe niſi cū flāmis turgefacta q̄
circūliarat fornax ſeſe receperit atq; perſtrinxerit. Mirū inquo
naturā ſpectes elementi. Nā ſi calce cocta ignē ſubdemeris/fiet
calcaria ſēſim minus in imo calens in ſūmo vero magis multo
reddetur ignita. Nunc qm̄ his operibus perficiendis nō calce tā
tū verū et harena opus eſt: de harena ipſa nobis dicendū eſt.

¶ Harenarū tria genera diuerſa quoq; varijs in locis edificandi materia. Capitulum. XII.

Harena H Arenarū tria ſunt genera Foſſicea/Fluuiatilis/ Ma-
rina. Omniū optima foſſicea. Atq; ea qdē multiplex
eſt Nigra/ Cana rubra et carbūculus et glareoſa. Si
quis me roget quidnā eſſe harenā ſtatuā: fortaſſis di-
xero eā eſſe/quę maioribꝰ ꝯfractis lapidibꝰ minutulis ꝯſtet lapi
lliſculis. Tametſi Vitruuio placuit harenā & ꝓſertī ī Aetruria
quā carbunculū dicūt/genus eſſe quoddā reræ ignibꝰ a rerū na-
tura intra mōtes incluſis peruſte et redditæ/vt ſit iā terra nō co
cta ſolidior et roſo ipſo mollior. Veruʒ inter haſce oēs harenas
præferunt carbūculū. Aduerti romę publicis ædificijs vſos nō
in poſtremis rubra. Caua intra foſſiceas vltima eſt. Glareoſa ſū

damedis farciũdis cõmoda eſt. Sed inter primarias ꝓximo loco annumerãt glareã tenuiorẽ pręſertim quę angularis & ab oĩ terræ imiſtione imunis ſit: vti eſt quę apud Vilumbros abũde ſuppeditat. Subinde harenã ꝓbant/quæ ex fluento poſt primã ſupremã cutẽ abrepta eximatur. Et inter fluuiatiles torrentiũ/ et inter haſce vtilior quę intra mõtes ꝓniorib⁹ profluuijs ſubſtitit. Extremo venit loco harena q̃ ex mari excepta ſit: et inter maritimas nigrantẽ ac vitroſã nõ omninovituperãt. Apud Picẽtes agro ſalernitano harenã ex mari ſũptam foſſiceę nõ poſt ponũt. Sed eius regionis nõ oĩ ex littore deſũptam ꝓbant. Nã cõpertũ quidẽ habent littorib⁹/quæ ad auſtros excipiendos pateant/harenã eſſe oĩm deterrimam. Que vero ad libycũ ſpectẽt littora/ea quidẽ harenã ferre minime peſſimã. At inter maritimas harenas eſſe cõmodiorẽ ꝯſtat/quæ ad rupes ſubſideat: grano ve craſſiore ſit. Atqui habẽt harenę quiddã quoetiã differãt inter ſe. Nãq; marina inareſcit difficile & ſalſugine diſſolubilis madeſcit cõtinuo atq; ſubfluit. Inde igitur onera ęgre et nunq̃ fidiſſime ſuſtinet. Fluuiatilis q̃q; humectior eſt q̃ foſſicea: eaq; de re ductibilior et tectorijs habilior. Foſſicea ꝓpter pinguedinẽ tenacior: ſed facit rimas: ea de re cõcamerationib⁹ adigũt/nõ ad tectoria. Sed erit harena optima ſuo in gñe quęq; fricata et ꝓſtricta manib⁹ ſtridorẽ faciat: et quæ in candidã veſtẽ excepta nõ coinquinabit: neq; terrã ſubſidentẽ relinquet. Cõtra erit harena nõ bona: quæ p ſe lenis et nequicq̃ aſpa: et colore odoreq; luteã terrã imiteť: quę ve intra aquã exagitata aquã reddet plurimum turbulentam et limoſam: quæ ve ĩ area relicta ilico herbeſcet: eritq; non bona/que dudum conuecta diu extiterit ſub aere ad ſolem et lunam et pruinas: nam terricoſa efficitur et putris: et perinde cum ad producenda arbuſcula et caprificos parata: tum ad continendam ſtructuram infirmiſſima. Diximus de materia/lapide/calce/et harena: quę a maioribus ꝓbarentur Sed locis non omnibus dabitur/vt ea pro inſtituto rebus agẽdis cõmoda et parabilia inueniamus. Aſiam aiebat Cicero pro ꝓpter copiã marmoris/ſemper ædificiorum et ſignorum gloria floruiſſe. At marmora locis oĩb⁹ nõ inuenies: alibi aut nullus eſt lapis: aut ſi eſt/is quidẽ non ad oẽm vſum eſt habilis. Tota Italia ab ea ea parte quæ ad meridiẽ vergit/foſſiceã reperiri harenã teſtantur: ab Apẽnino citra nõ reperiri. Babylones inquit

Harenarũ differẽtia

Mos edificandi apd diuerſas gentes.

Plinius bitumine Carthaginieſes luto vtũtur. Alibi oĩno lapidis inopia cratib⁹ et argilla ędificãt. Budinos refert Herodotus cũ priuatas / tum etiã publicas ędes nõ re alia ędificare q̃ ligno: vt etiã vrbis mœnia atq; ipſa deorũ ſimulacra ſint apud eos lignea. Neuros ligno penit⁹ carere ait Mella: vt lignorũ loco ſuccedere cogãtur oſſa. Aegypto iumentorũ ſegeſtionib⁹ focum fouẽt. Hinc eſt vt alij alia ſibi habere ꝓ neceſſitate et rerũ oportunitate diuerſoria cogãtur. Apud ęgyptios ſunt qui vel regias domos harundinib⁹: apud Indos qui cætarũ coſtis ſibi ędificẽt. Apud Dedaliã in Sardis ſuffoſſa tellure habitare ſcribit Diodorus. Carris Arabiæ oppido muros / domoſq; maſſis efficiũt ſalis. Sed de his alias. Itaq; vt dixim⁹ nõ oĩu loco eadẽ lapidis harenęq; et hmõi eſt copia. Sed diuerſis diuerſa et naturę et rerũ exiſtit ratio atq; modus. Iccirco his vti oportet q̃ ſuppeditant: & in his ipſis adhibẽda eſt cautio: primo vt habiliores & cõmodiores / ſelectos paratoſq; habeam⁹: ꝓxime vt ędificãdo aptiorib⁹ vtamur / ſuis q̃buſq; locis cũcta recte diſptiẽdo.

¶ An inchoãdorũ ędificiorũ tẽporis obſeruãtia conducat: quibuſq; precibus augurijs / ſeu veneratione captãdum ſit initiũ.

Caput. XIII.

gypſo/aut etiã creta argentaria: Ea vt cohæreſcat aptius inter cõponẽdum teſtacea ſunt fragmenta/rimulis iuncturarũ ſparſim interſerenda: quæ veluti dẽticuli promineãt: vt eis cruſtula firmius ꝯtineatur. Nudũ lapidẽ cum quadratum eſſe oportꝫ tum et præ alijs grandẽ atqꝫ etiã ſolidum et firmiſſimũ: Hic nulla infarcinamenta/ æquatiſſimi ordines/ perpetua nexura exigũtur: crebraqꝫ debentur anſarum clauiculorũqꝫ illigamenta. Anſæ ſunt quibus æquate appoſiti lapides binatim iũgantur: et cõtinuatũ in ordinem couniantur. Clauiculi ſunt qui inferiores et vna ſuperiores inlapides infixi cauẽt nequid forte protruſi ordines alteri ab alteris diſtrahantur. Anſas clauiculoſqꝫ ferreos non reprobãt. Sed nos ex veterũ operibus intelleximꝰ ferrũ corrumpi et nequicq̃ durare: æs vero durare et prope æternum eſſe: Quin et ferri rubigine marmora cõmacerari et circũrũpi aduerti. Viſunť et ligneę anſæ lapidibꝰ vetuſtiſſimorũ operũ interſertę: q̃s ego ferreis haud quaq̃ poſtponẽdas duco: ęreę ferreæqꝫ anſæ plumbo firmantur. ligneæ ſat firmæ ſunt ſuapte forma quæ ſic dolantur vt ſimilitudinis gratia caudæ hirundineæ nũcupenť. Inferendæ anſæ ſunt ita vt imbriũ ſtillæ ad eas vitiandas non penetrent. æneas contra vetuſtatem firmari putant/ſi dum cõflantur trigeſima ſtagni pars immiſceatur: Rubiginem minus verebuntur/ſi bitumine aut etiam oleo perungantur. Ferrum ceruſa gypſo et liquida pice temperari/ ne rubiginem ſentiat/ affirmant. Anſæ ligneæ cera pura et amurca illibutæ non putreſcunt: plurimũ liquẽtis plumbi et admodum feruentis/ad captas anſarum ꝙ infuderint lapides ſubcrepuiſſe video. Sola et infarctura ductos paſſim inuenies in veterum ædificijs parietes perq̃ firmiſſimos. Hi ducſitur queadmodum et terrei quibus Africa et Hiſpania vtebatur/duabꝰ vtrinqꝫ ſeu tabularũ ſeu craticiorũ ſpõdis adactis/ quæ pro cruſtis adſtent quoad infuſum opus duruerit. Sed in hoc differunt/ ꝙ hic cemẽtitiam pultem prope vndantem infundunt: illic terram lẽtoſam humectatione et ſubactione redditam ductibilem inculcant pede et planatorijs vectibus. Iſtic etiam pro nexura in pedes trinos quaſi ruderamẽta inſternũt maiuſculos lapides preſertim ordinarios: aut etiã fractitios angulares: Nã globolus et ſi cõtra iniurias plane ſit fortis: niſi tamen multa deuinctus erit ſuffragatione: in omni ſtructura lõge infidelẽ habebit ſe. Il

Anſę in parietibꝰ quæ. Item Clauiculi.

Ne rubigo innaſcatur.

hic vero terreis Africę parietib⁹ ſpartū aut maritimū iuncū luto
imiſcent/opus ductu mirabile: qđ vētis & imbrib⁹ incorruptū
duret. Ad Plinij tēpora turres & ſpeculę terreę iugis mōtiū im
Cruſtulę
poſitę vſq; ad Hānibalē ſpectabant. Solas inducim⁹ cruſtulas
vt ſic eas poti⁹ q̄ cortices appellē: craticijs atq; ſtorijs ex harūdi
ne nō recētibus opus illiberale. Sed quo paſſim vetus romana
plebs vteret. Illiniunt crates luto vna cū paleis triduo ſubacto
poſt veſtiūtur/vti mox dixi calce aut etiā gypſo: demū pictura
ſignis ve honeſtātur. Gypſo ſi teſtā tūſam ex tertia imiſcueris/
aſperuginē nimis verebit. Calce imiſtū maiorē in modū inuale
Nota leges pro parietib⁹ aſtruēdis
ſcit: in humido pruina et gelu gypſum oino inutile eſt. Reſtat
vt quaſi epilogū/legē referā apud architectos vetuſtiſſimā quā
ꝓ oraculo obſeruandā ſtatuo: ea eſt hmōi. Muro baſim ſubigi
to firmiſſimā: ſuperiora inferiorib⁹ medio cētro ad ꝑpendiculū
reſpōdeāt/ponito. Angulos oſſaq; parietū ab ſolo i ſublime ro
buſtiore lapide obfirmato. Calcē cōmacerato. Lapidē in opus
niſi madentē ponito: infeſtis offenſorib⁹ duriorē obijcito. Stru
cturā ad regulā et libellā & perpēdiculū ducito: cōmiſſuras an
tecedētiū medij deinceps lapides obtineāt curato. Integros or
dinib⁹ exponito: mediū parietē refractis farcito: ordines ordi
nib⁹ crebris traductis lapidū nexuris coadiugato. Hactenus de
pariete. Venio ad tectū. ❡ Sed nolim illud ꝑteriſſe: cui⁹ argu
mēta apud veteres maiorē in modū obſeruata intelligo. Sunt
Laurum/ Aquilā/ vitulum marinū: fulgur nō petit.
in rerū natura quib⁹ ꝓculdubio ineſt vis nō aſpernāda: laurū
arborē: aquilā alitē/vitulūq; maritimū piſcem aiūt fulgura nō
petere. Hęc ſi operi itercludātur: ſunt q fortaſſe putēt futurū in
tactū fulminib⁹ & imune. Equidē id ego eque poſſe videor ſpe
rare: atq; illud credere qđ aiūt ranā rubetā fictili incluſam me
dioq; defoſſam agro arcere alites ab ſemetis. Et oſtrim arborē
ſi in domū inferat/reddere part⁹ difficiles. Et enomion leſbiā
frondē ſub tectis habitā pręcipitare aluū & inanitate peſtem in
ferre. Redeo ad rē. Hic repetere oportet quę ſupra cum de linea
mentis ędificiorū tractaremus/perſtrinximus.

## ❡ De tectis/trabibus/& tignis/quorū ſeu lignea/ſiue lapidea fuerint: nunq̄ ab oſſib⁹ oſſa diſiūgenda. Caput. XII.

TEctorū igit alia ſub diuo: alia non ſub diuo. Et horū
aliqua lineis cōſtant rectis: aliqua flexis: aliq̄ miſtis.
His addito qđ hic faciat ad rē. Nā aut ex arborū ma

teria pone tectũ aut lapide. Ordiemur inde adeo rẽ pricipio hĩc ſumpto: vt ſtatuam⁹ quippiã eſſe/ qđ ipſum ad vniuerſi tecti ratiocinationẽ pertineat: et ſit hmõi. Tecto cuius et oſſa & neruos/ & compleměta/ et cortices/ et cruſtulas ineſſe ęque atq; in muro interptemur: tñ hoc ita ne ſit re ipſa conſideremus. Principio vt ab his qui rectis lineis ex materia ſiluarũ cõſtant incipiam⁹. Tectis quidẽ ferẽdis opus eſt firmiores a pariete ad parietẽ ſubſtituas trabes: atq; has vti modo cõmẽtabamur eſſe in trãſuerſũ poſitas colũnas nõ inficiabimur. Oſſis ergo loco erit trabs: qđ ſi p ipẽſę rõnes liceret: qs nõ optet totũ habere opus/ vt ita loquar oſſeũ & ſolidiſſimũ: hoc eſt cõtinuatis colũnis/ et counitis trabib⁹ cõpactũ et obfirmatũ? Sed parſimonię ꝓſpicimus/ ſuperfluũ putãtes qcqd ſeruata operis firmitate poſſit detrahi: ea de re trabiũ hic ſinũtur iterualla. Ex q̃ et trabib⁹ tranſuerſalia ĩponunť tigna: & abducuntur decurrẽtes q̃druli: & ſiq̃ ſunt iſtis ſiſa. Quę oia haud quaq̃ dedecet putaſſe illigamẽta. In his demũ aſſes/ tabulęq; ampliores coaptatę nimirũ cõplemẽti vicẽ tenebũt: pariq; ratiõe pauimẽtũ tegulaſq; corticẽ eſſe extimũ. Cœlũ vero tecti/ qđ ſupra caput pẽdeat intimũ eſſe corticẽ nõ negabim⁹. Ergo hęc ita eſſe ſi cõſtat/ inueſtigem⁹ ſiquid ſit/ qđ cuiq; horũ debeať: quo his recognitis facili⁹ q̃ lapideis tectis cõueniat intelligam⁹. ¶ De his igiť quoad res poſtulet breuiſſime trãſigam⁹. Sed faciat hoc ad rẽ/ hui⁹ ætatis architectos nõ laudo: q cõtignationib⁹ habẽdis/ vaſtas foraminũ lacerationes ipſis in oſſib⁹ parietũ relinquũt: qb⁹ abſoluto pariete trabiũ capita imittant. Ex qua re paries imbecillior atq; aduerſus ignũ populationes/ ędificiũ male tutum reddiť: q̃ pateãt inde ad ꝓximã aulã aditus incẽdio. Quare placẽt apud veteres qui aſſueuere parietib⁹ lapideos mutulos firmiſſimos bene cõmẽdare: quib⁹ q̃ dixi trabiũ capita ĩponanť: q̃ ſi cõcatenari trabeatione parietes velis/ nõ deerũt anſę & fibulæ ęneę/ et capt⁹ extãtes ex mutulo: qb⁹ cõmodiſſime ad eã rẽ vtare. Trabẽ oĩno integrã eſſe & admodũ ſincerã: mediaq; ꝑſertim lõgitudine ſui vacare mẽda oportet. Aure ad alterũ caput poſita ictus altero ex capite reſonãtes accepti ſi erũt iquaſſi: & obtuſi ĩtimũ latere morbũ indicabũt. Nodoſitas in trabe lõge repudiãda: ꝑerti ſi erũt nodi crebri & vnũ in cumulũ cõtuberoſi. Quę ligni ps me trabe redullę adiit ꝓxĩa dolabiť/ vt ſtet in ope ſupma. Ex inferiore aũt pudiãd⁹. Mutuli. Nodus i

q̄ futura eſt trabis ſupficie dedolata/p̄ter corticē/aut nihil aut q̄ id queat minimū. Quo aūt in latere tranſuerſi aliqd apparuit vitij:ponito id vt ſtet ſupremū. Oblōga ſiqua excurret directā per trabē fiſſura/lateribus ne cōmittito. Sed aut ſupremæ/aut potius infimæ mandato ſuperficiei. Siqua pterebrāda aut forſtaſſis cōuulneranda ſit:parcito mediæ lōgitudini: infimāq; ne lædito ſuperficiem. Si aūt vti in baſilicis obſeruarunt/binatim erunt trabes ponēde laxamenta digitorū aliquot intermittito qua reſpirēt/nequid mutuo incaleſcēdo inficiant. Et conferet quidē p ſingulū par trabes ipſas alternatas collocaſſe: ne iuxta eodē in cubili amborū capita ꝯquieſcāt. Sed vbi iſtius pes/iſtic alterius caput incumbat. Sic eñ mutuo firmiore pedis robore mutuæ leuioris partis imbecillitati ſubuenient:et trabes ipſas cognitas eſſe hoc eſt vno materiæ genere/vnaq; ſilua/vna cœli frōte adultas/ſi fieri poteſt eadēq; die abſciſſas oportet. Quo paribus naturæ viribus par officiū gerant. Cubilia trabibus ad libellam ſternito:ita vt ſit eoꝝ quodq; ſolidū et firmiſſimū. Caue toq; ponendis trabibus/nequid materies calcē attingat: et ſinito circūaperta et libera ſpiramenta:nequid vllius penitus cōtactu vitietur aut cōcluſa tabeſcat. Ad trabis puluillū ſubſternito filicē herbā arentē/aut carbones/aut potius amurcā ſuis cōmiſtam nucleis. Sin aūt erūt arbores minores q̄ vt queas integrā vnico ex trūco trabē ponere:plures in vnā cōpacturā coagmentato/ita vt inſe artius vim obtineāt:hoc eſt vt ſuperior cōpactę trabis linea fieri nequicq̄ poſſit ponderū preſſura breuior:et contra inferior linea fieri haud poſſit lōgior. Sed quaſi corda ad ſupadactos/qui ſeſe ꝯtrarijs frontibꝰ ꝓtrudēt/trūcos obfirmandos neruoſo ſiſtat captu. Tigna ꝓxime o ïſq; reliqua materies q̄ ex trabe ſecta expediantur trabis ſinceritate integritateq; ꝓbabuntur. Tabulas nimiū ſpiſſas putāt nō ꝯmodas qm̄ detorqueri cū occeperint clauos extrudant:et aſſeribꝰ q̄uis tenuioribus clauos apponi iubēt duplices:p̄ſertim ſub diualibus coaſſationibus qbus tabularū anguli et media lateraq; firmentur. Clauos qui pondera in tranſuerſū ferant craſſiores fieri iubent. Alios aūt graciliores vbi ſint/nō reprobant. Sed longiores eſſe hos et capite dilatatiores ꝯuenit. æneos clauos ſubdiuo et in humecto penniores:ferrei inteſtino in opere et ſicco neruoſiores fore cōpertū habeo. Vbi ex vſu ad firmandam con

Cubilia ꝓ trabibꝰ qualia eē debent.

Tabule i tignis.

Claui.

tignationē veniat/ligneis clauiculis delectantur.Quæ aūt de ligneis tectis diximꝰ:eadē et in lapideis trabibꝰ obſeruabuntur. Trāſuerſę eni et venę et mēdę a trabiū vſu reijciētur ad eficiundas colūnas:aut ſi erūt mendę moderatę et leues latera lapidis quibꝰ apparuerint/cū in opus ponētur reſupinabūtur.Per lōgum excurrētes venę quibꝰ vis in trabibꝰ tolerabiliores habebūtur q̄ trāſuerſę.Tabulę itē lapideę cū alias ob res:tū et pōderis grā minime craſſiores ponentur.Quę demū in tectis aut ligneis/aut lapideis apponentur aſſeres/tigna/trabes/neq; adeo graciles/neq; adeo rari ponētur vt ad ſeſe onuſq; ferēdū ſint inualidi.Et cōtra neq; adeo craſſi/neq; adeo cōferti vt opus illepidū et informe reddāt. Sed de operis forma & grā alibi. Itaq; de rectilineo tecto q̄ vſq; dicta ſunt/ſufficiāt.Ni forte illud deſit vt moneā qđ quidē oīni opere vehemēter obſeruādū cenſeo Aduerterunt phyſici in corporibꝰ aīantiū naturā aſſueſſe opus ſuū ita pfinire:vt nunq̄ oſſa ab oſſibꝰ ſeparata aut diſiūcta eſſe vſpiā voluerit:ſic etiā nos oſſa oſſibꝰ cōiungemꝰ/& neruis/illigamētiſq; belliſſime affirmabimꝰ:vt ſit oſſiū ſeries & ꝯpactura: q̄ ſola etiā ſi deſint cætera ſtet opus ſuis perfinitū mēbris atq; firmitatibus.

Oſſa oſſibus compingēda.

¶De flexilineis tectis/arcubꝰ eorū drīa & extructiōe.Ca.XIII

Venio ad tecta flexilinea.Atqui ea quidē q̄ oēs ad numeros rectilineis tectis plene reſpōdeāt cōſideremus Flexilineū tectū cōſtituūt arcꝰ:& arcū eſſe trabē inflexam ſuaſimꝰ.Procurrūt etiā hic illigamēta: addūt & q̄ interuacua cōpleāt.Sed velim apertiꝰ intelligi qđ arcus ipſe ſit/quibuſue ꝯſtet partibus.Eteni ducēdi arcus rationē traxiſſe hoīes hinc puto.Nā cū viderēt trabes duas iūctis capitibus poſſe īmis pedibꝰ diuaricatis ita firmari/vt mutuo innexu paribuſq; cōtra ſe pōderibꝰ iſſterent:placuit inuētum/et cœperunt iſtoc opere diſpluuia ędificijs tecta apponere. Poſt id fortaſſe cū ex inſtituto maiorē cooperire areā trabiū breuitate nequiuiſſent:intermediū ad ſublimia truncorū capita aliquid interpoſuere:vt eſſet prope atq; apud græcos littera.π.Appoſitūq; ipſum id fortaſſis cuneū appellauere. Succedente inde argumento multiplicatis cuneis iſtiuſmodi arcus effigie effectam ſpectātes ꝓbauere:eamq; ducēdi arcus rationē ad opera lapidea trāſferentes/integrū additamentis arcū effecere:vt iam fateri opor

teat arcū ipſum cuneorū pluſculorū cōpactione cōſtare. Quorū
alij capitib⁹ infimis ad arcū ipſum ſubſideāt:alij ad dorſum in
ſidentes nodū ſpinę obtineant:alij reliquū expleant ambitū co
ſtarū. Non ſit ab re eadē repetere:quę primo in libro receſuim⁹
Arcus inter ſe differūt.Nā eſt quidem rectus/quē integer ſemi-
circulus ꝯſtituit:hui⁹ corda per circuli centrū dirigiť.Eſt & qui
trabis naturā magis q̃ arcus ſapiat:hunc cōminutū dicimus ꝙ
ſit nō integer ſemicirculus:ſed ſit eius quota aliqua pars: hui⁹
corda a cētro diſtat et ſupra eſt.Eſt et cōpoſitus arcus:quē eun
dem alij angularē alij arcū dicūt:qui ex arcubus duobus cōmi
nutis cōponitur:habetq; ſua in corda duo duarū flexarum ſeſe
Arcus re mutuo ſecātium linearū centra.Rectū arcū oim eſſe firmiſſimū
ctus. cū re ipſa cenſet:tū et ratione argumentoq; monſtrať.Et diſſol
ui quidē ſpōte quo poſſit pacto nō video:niſi cuneorū alter al-
terū extrudat:ab qua quidē iniuria tam lōge abſunt/vt etiā al-
ter alteri⁹ ope cōfirmetur.Quinetiā vbi forte id moliri aggredi
antur ponderū natura quib⁹ aut ſubſiſtūt/aut imbuti ipſi ſunt
cunei vetantur.Hinc illud Varronis qđ ait in arcuatis operib⁹
dextra non magis ſtare ex ſiniſtris/q̃ ſiniſtra ex dextris.Et ſpe-
ctare licet rem.Suprem⁹ quidē cuneus/qui ad ſpinā mediā vni-
cus ſit quo nam modo erit validus cuneos ꝓpellere collatera-
les?aut illis ipſis pręmētibus quādo poterit is quidē ex ſede iā
occupata ꝓtrudi?Qui vero ꝓximi per coſtas ſuccedūt cunei li-
bramētis ponderꝫ facile in officio cōtinētur.Demū et alterutra
ad capita qui ſubſideāt cunei/quid erit cur moueātur ſuperiori
bus in officio perſiſtētibus.Ergo rectis arcubus/qui ſeſe facile
tueanť cordam nō exigimus:in cōminutis autē ferreā catenā/
aut ꝙ cordę vim obtineat parietū extenſionib⁹ hinc atq; hinc
cōfirmamus:haſq; eſſe extenſiones optamus non breuiores q̃
quibus cōminutus/qui deeſt ambit⁹ queat integrari.Qđ ipſum
facere veteres architecti nunq̃ neglexere:et cōminutos omnes
arcus vbi id licuit nunq̃ non intra parietū latera integrarunt.
Arcus cō Quin et pręclare illud obſeruarūt/vt rectis trabib⁹ vbi occaſio
minuti. ꝑſtabať cōminutum arcū ſuperadducerēt. Tum et cōminutis
ipſis arcubus rectos arcus etiam ſuperadigerēt:qui ſub ſe poſi-
tos cōminutos cōfouerent:& ponderū moleſtias interciperēt.
Cōpoſiti arcus apud veteres nō viſuntur.Sūt qui turriū aper-
tionibus inducēdos putent:quo nimia ſuperimpoſita pōdera

quaſi prora obiecta diffindant. Tam etſi ꝓpoſiti arcus iſtiuſmodi põderibus cõfirmẽtur ſuperadiectis magis q̃ opprimantur. Cuneos quib⁹ arcus ducaꝫ omnes de lato/et quoad fieri poſſit prægrãdi velim eſſe ex lapide. Nã eſt quidem cuiuſq; corporis pars indiſſolubilior: quę a natura cõcreta et counita eſt: q̃ quæ in arcub⁹ hoĩm manu et arte cõiuncta atq; cõpacta eſt. Eſſe etiã oportet mutuo coequales/vt quaſi in libra dextera ſiniſtris reſpõdeant facie/magnitudine/põdere et eiuſmodi. Arcus plures ſi ad porticus per aptiones cõtinuatas a colũnis et capitulis duxeris: facito cunei vnde bini aut plures arcus iuncti inſurgũt/nõ duo: aut ꝑ arcuũ numero totidem ſint lapides et diſſecti. Sed vnic⁹ atq; idem ꝓrſus integer: quo hui⁹ et iſtius arcus capita cõtineãtur. Qui vero ſecũdi proximi in hos primos inſurgent cunei/ſi pręgrãdi erũt ex lapide curato ambo/alter ad alterũ ſuis hęreat iunctis ad lineã renibus. Terti⁹ q ſecundos hoſce operiet lapis ad murorũ leges libella coaptabiꝫ nexura cõparili: ita vt iũctis ambob⁹ arcubus ſeruiat: amborũq; cuneos detineat captu. Toto in arcu facito vt iunctionũ adheſiones/et cõclauſurę ſuũ ad cẽtrum dirigãtur. Spine cuneũ periti vnico & integro et ꝑgrandi ſemp lapide appoſuere: qꝛ ſi erit muri craſſitudo maior q̃ vt cuneos iſtiuſmodi queas integros ponere: is demum iã non arcus: ſed eſſe teſtudo poti⁹ īcipiet: quã nos fornicẽ appellabim⁹.

Cuneorũ cõpoſitio

¶Teſtudinũ genera: quę/quot/qualia/qualiterq; rectius et vtilius conſumẽtur. Capitulum.XIIII.

TEſtudinũ varia ſunt genera.. Diſquirẽdũ qd inter ſe differãt/et quib⁹ lineis cõſtituantur. Fingenda mihi erũt noĩa: quo ſim/quẽ eſſe me his libris maxime elaborandũ inſtitui: facilis & minime obſcur⁹. Neq; me ꝑterit Enniũ poetã maximas cœli appellaſſe fornices: & Seruium cauernas dixiſſe eas eſſe q̃ in carinarũ ſint factæ modũ. Sed peto hãc veniã/vt his libris id tandẽ ſatis putem⁹ dictũ latine: qd cũ apte ad rẽ: tũ et apertiſſime intelligaꝫ. Teſtudinũ iſta ſunt genera/fornix/camera/et recta ſpherica: et ſi quę iſtarũ quota ſunt pars. Ex his recta ſpherica ſui natura nõ niſi parietib⁹ a circulari area ſurgẽtib⁹ imponiꝫ. Camera vero teſtudo quadratis debeꝫ areis. Fornicib⁹ autẽ areę angulorũ quattuor: ſeu breuiores illę quidẽ/ſeu oblõgę ſint: quales videmus criptoporticus operiũtur. Teſtudo ea q̃ perforati ad mõtis ſimilitudinẽ ducat.

Teſtudinũ gña.

Verbi etiã ſimilitudine apud nos fornix appellabitur. Erit igitur id veluti vnum atq; item alteros ad arcũ arcus adegeris: aut quaſi flexæ trabis latitudinẽ extenſã multo ac ꝓtinus dilatataʒ reddideris. Ex qua re aſſequemur vt quaſi inflexus paries in caput pro tecto adſtet. Sin aũt fornicẽ hãc fortaſſis a ſeptẽtrione ad meridiẽ ꝓtenſã tranſuerſa altera fornix ab oriente ad occidentẽ ſolẽ peruadens totis lineis ſecuerit teſtudinẽ cõſtituent: quã iflexorũ cornuũ ſimilitudine: quæ in angulos ꝓcurrant cameram nũcupabim⁹. Qđ ſi arcus ipſi cõplures et coæquales mutuo vnicũ in punctũ medij culminis ſeſe interſecuerint: teſtudinem cõſtituent cœlo ſimilem: rectã inde ſphericã appellari hãc placuit. Quę teſtudines aliqua iſtarũ e partibus cõſtet hæ ſunt. Nã ſi cœli hemiſpherum natura perpẽdiculari et recta ſectione ab oriente ad occidentẽ verſus duas in partes diuiſerit. Teſtudines dabit geminas: quæ quidẽ ſcaphis hemicicloꝝ ꝓ tecto ſũt. Sin aũt ab orientis augulo ad angulũ meridiei: et a meridiano iſtoc ad angulum occidentis: et ab iſto ad angulũ ſeptẽtrionis: et a ſeptentrionali quoq; iſtoc ad primariũ illud oriẽtis angulum pari ratione natura circũſeptum et cõmutilatum cœli hemiſpheriũ reddiderit: teſtudinẽ tũ quidem in medio relinquet: quã nos turgidi veli ſimilitudine auleã nũcupabim⁹. In qua vero perficiunda plures fornicis partes cõueniãt: quales videm⁹ ſex octo ve angulorũ areas teſtudinari: hãc nos ſphericã angularem appellabimus. Teſtudinũ aſtruendarũ ratio eadẽ quæ in muris aſſeruabit̃. Oſſa enĩ integra ad ſũmum vſque teſtudinis ex oſſib⁹ parietis inſurgent: et ꝓ illorũ modo iſtic impoſita perducentur: et inter ſe quota aliqua diſtabunt parte. Ab oſſib⁹ vero ad oſſa illigamẽta protrahentur: et media cõplementa infarcientur. Sed in hoc differunt: q᷑ in pariete ad rectã regulã normãq; et libellã lapides et ſinguli ordines coagmentantur atq; componũtur. In teſtudine aũt ordines ad flexã regulã et lapides oẽs conclauſuræ ad ſui arcus cẽtrum dirigũtur. Oſſa ferme nuſquã induxere veteres niſi cocto ex latere / eodẽq; vt plurimũ bipedali: monẽtq; teſtudinũ ꝯplementa abſoluas lapide leuiſſimo nequid muri iniquo abhinc pondere fatigentur. Conſueſſe tñ aduerti aliquos nõ ſolidiſſima ſemp oſſa ꝑducere. Sed oſſiũ loco ſparſim ſtantes in latus lateres interſeruiſſe capitibus pectinatim in ſe iunctis: vti ſi quis dexterę manus ſũmos digitos

Teſtudo recta ſphęrica.

Aulea teſtudinea.

ſũmis ſiniſtris digitis interſtringat. Et intermedia complere ce mẽtitio congeſtu: et preſerti pumice cõſueuerunt: quẽ oĩm lapidem teſtudinationibus cõplendis cõmodiſſimũ eſſe oẽs ꝓfitentur. Sed arcubus et teſtudinibꝰ ſtruendis armamẽto opꝰ eſt: id rudis et tẽporanea quędã eſt ꝯtignatio ad flexę linee ambitũ diffinita: cui ꝓ corio et cute aut crates aut harũdines/aut vilia iſtiuſmodi ꝯſternũtur/ſuſtinendę coaggerationis in teſtudine quoad duruerit. Eſt tamen inter teſtudines vna oĩm recta ſphe rica quæ armamenta nõ poſtulet: quãdo ea quidẽ nõ ex arcubꝰ ſolum cõſtat: verũ etiã coronis. Et quis poſſit referre aut meditari/q̃ ſint horũ vterq; ĩnumerabiles hẽrẽtes adacti ſeſe mutuo interſecãtes/ad pares angulos et ad ĩpares: vt quotocũq; loco ꝑ vniuerſã teſtudinẽ iſtiuſmodi aliquẽ interſecueris lapidẽ plurimorũ intelligas te et arcuũ & coronaru; cuneũ appoſuiſſe: et coronã qui coronæ ſupaſtruxerit: et iã arcũ/qui alteꝝ arcũ ꝑduxerit/fingito velle id opus labeſcere/vnde incipiet? Cunctis p̃ſertim cuneis vnũ centrũ petentibus pari et viribꝰ et inixu. Huius teſtudinis firmitate pleriq; apud veteres adeo abuſi ſũt: vt ſolum in quotos aliquos pedes teſtaceas ſimplices coronas inſtrauerint. Cęterã vero teſtudinẽ opere tumultuario cementariam perfundẽdo materiẽ ꝑfecerint. Sed lõge eos ꝓbo q inter ducendũ opus curarint/vt qua arte lapides in pariete illigãtur eadẽ hic coronæ inferiores ꝓximis ſuperioribꝰ: et arcus inuicẽ arcubus locis nõ rariſſimis innectanť: p̃ſertim ſi harenæ foſſiceæ copia nõ ſuppeditabit: aut maritimis auſtrinis ve opꝰ obijciatur. Angularem quoq; teſtudinẽ ſphericã modo per eiꝰ iſtiꝰ craſſitudinẽ rectã ſphericã interſtruas/poteris attollere nullis armamentis. Sed iſtic nexura potiſſimũ opus eſt: qua huius imbecillæ partes partibus illius firmioribꝰ arctiſſime illigentur. Tamen conferet ductis iã vna atque alteris lapideis/et duratis coronis/leuia illic ſubillaqueare amenta et anſas: quibus tñ armamenti cõmittas: quãtum ſat ſit ferendis coronis his quę aliquot inde in pedes ſuperaſtruãtur quoad ſiccefiãt. Et deiceps cum hæ quoq; partes duruerint in quotos quoſq; ordines iſta hęc armamenti ſubſidia ad ſuprema ꝑficiunda trãſferre: quoad vſq; opꝰ abſolutũ reddideris. Teſtudo Camura/atq; itẽ fornix armamẽtis ſubſtitutis inducať neceſſe eſt. Sed velĩ iſtarĩ p̃mos ordines/et arcũ capita firmiſſimis ſedibꝰ cõmendari. Neq; pla-

Pumex teſtudinibus faciẽdis vtiliſſimus.

Teſtudinis recte ſphærice ſtabilitas ꝑintegra.

Angularis teſtudo ſpherica.

cent q pri⁹totos parietes extollũt ſolis pediculis mutulorũ reli ctis/qbus poſt tpa teſtudinẽ ꝯmittãt infirmũ op⁹atq; incõſtãs. Quare ſi me audiẽt vna hi qdẽ arc⁹& parib⁹ordinib⁹cũ ſuo pa riete:cui inhęreant/ducenẽ:q̃ id opus plurib⁹ per q̃valde id fieri põt firmiſſimis nexib⁹counianẽ. Vacua vero int aſſurgẽtes infle xus teſtudinũ et parietẽ cui adhæreãt relicta/quẽ locũ fabri co xam nũcupant/infarcianẽ nõ tellure aut ſolutis ruderib⁹ſiccis: ſed poti⁹ ſtructura ordinaria et ſtabili/parietiq; iterũ atq; iterũ cõnexa. Et placẽt qui leuãdi oneris gr̃a fictilia vaſa aquaria va cua p coxarũ craſſitudines indidere rimoſa atq; inuerſa: nequid collecta illic humiditate ingraueſcẽt. Et cemẽta ſupinfũdere ex lapide minime graui/ſed alioqui tenaci. Tota demũ in teſtudi ne vticũq; illa ſit/naturã imitabimur: q̃ qdẽ cũ oſſa adiũxit oſſi bus: tũ et carnes ipas intexuit villulis nexura p oẽs diametros interductis in lõgũ in latũ/in ꝓfundũ/in obliquũ. Hoc nobis artificiũ naturę lapidibus interferẽdis ad teſtudines imitandũ cenſeo. His abſolutis ꝓximũ eſt vt inſternãtur res in tota ædifi catione primaria/& nõ magis neceſſaria q̃ difficilis: in qua aſſe quẽda & pficiunda oĩs oĩm cura et diligẽtia iterũ atq; iterũ ela borauit. De his nobis dicendũ eſt. Sed pri⁹ illud interferendũ iuuat: quod ad teſtudinũ op⁹ in pͥmis ſpectat. Et enĩ inter teſtu dines abſoluẽdas differẽtia eſt. Nã q arc⁹ aut teſtudo ſubiectis armamẽtis faciẽda ſit ꝯfeſti atq; minime intermiſſo ope aſtrua tur neceſſe eſt. Quę vero ſine armamẽtis fiat intercalationib⁹ ꝓpe ſingulos in ordines indiget quoad ꝯgeſta firmenẽ: ne ptes nouiſſimę ſupadiectæ pͥſtinis nõ ſatiſ firmatis/reſolutæ defluãt Et p̃terea armamentaris teſtudinib⁹iuuat ilico/vbi ſũmis ꝯclu ſæ fuerit cuneis paulo/vt ita loquar/relentare ſubices/qbus ar mamẽta ſubſtineãtur. Id qdẽ vt recẽti adhuc in ope cõmiſſi cu nei nõ natẽt inter fomẽta et fultũ calcis. Sed coequabilẽ inter ſe acquieſcẽdi ſedẽ ſuis libratiſ põderib⁹ occupẽt. Alioqui inter ſiccandũ ꝯgeſta nõ vt op⁹poſtulat/ꝯſtipate cõgruerẽt: ſed rimas relinq̃rent ſedẽdo. Idcirco ſic fiat/nõ prorſ⁹adimanẽ: ſed indies ſẽſim relentẽtur armamẽta: ne ſi nõ attẽperate ſubdemas/cru dũ op⁹ſequaẽ. Poſt dies vero aliq̃s ꝓ opis magnitudine adhuc pluſculũ relẽtato. Sic deinceps facito quoad lapidei p teſtudinẽ

Relentãdi mod⁹. cunei ſeſe coaptẽt/et op⁹dureſcat. Relentãdi modus hic eſt. Nã cũ opis armamẽta in pilis aut vbi ꝓducat ꝯſtitueris: primũ illic

ſubigis/capitib⁹ipſis armamenti cuneos ligneos ad bipẽnis ſimilitudinẽ acuminatos. Cũ igit̃ relẽtare op⁹ libuerit/malleolo cuneos hoſce diſtrudes ſẽſim quoad voles/ſine piculo. Denicꝫ ſic ſtatuo/nõ añ integrã ꝑpeſſam hyemẽ armamẽta eſſe ſubdemenda. Id quidẽ cũ ob cæteras res: tũ ne imbriũ madefactione eneruatũ reſolutũcꝫ opus proruat. Tã etſi dari teſtudinib⁹nihil cõmodius poteſt: q̃ vt aquã abunde combibant/et nunq̃ ſitim ſentiant. Hactenus de his.

¶ De tectoꝝ cruſtis: et eoꝝ vtilitate: tegularũ generib⁹/formis et materia imbricibus et ſtillicidijs. Capitulũ.XV.

R Edeo ad tecti cruſtã Nẽpe ſi recte interꝑtamur/nihil eſt ĩ toto ædificio antiquis/q̃ hr̃e ſub quo vrẽtes ſoles atcꝫ e cœlo cadẽtes tẽpeſtates ꝓfugiens excipiare. Id adeo bñficiũ tibi vt penne ſit, ꝓſtat nõ paries/nõ area nõ q̃duis iſtorũ oĩm: ſed vna in primis quãtũ videre licet/extrema tecti cruſtula: quã ipſã hr̃e ꝯtra oẽs tẽpoꝝ iniurias validã/ꝓut rei neceſſitas poſtulat/atcꝫ ꝓſtantẽ hoĩm induſtria et artes facto reꝝ oĩm piculo vix dũ ſatis reptã reddidere. Necꝫ facile reperiri poſſe cõfido. Nã cũ nõ ſolũ imbrẽ: verũ et gelationes et æſtus/et oĩm itẽ infeſtiſſimi vẽti laceſſere nuſq̃ intermittãt: qs tã aſſiduos imo acerrimos hoſtes tolerare vſpiã diutius poſſit? Hinc eſt q̃ alia ilico putreſcũt: alia diſſoluũtur: alia parietes deprimũt: alia findunt̃/rũpunt̃: alia abſtergũt̃: vt ne metalla q̃dẽ alibi cõtra tẽpeſtatũ iniurias inuicta iſtic tã multas pferre offenſiones queãt. Sed hoĩes ꝓ locoꝝ natura copiã rerũ/quæ ad manus ſubueniret nõ aſpernati/quoad licuit neceſſitati ꝓuiderũt. Ergo variȩ cõtegendoꝝ operũ ortȩ obſeruationes. Pyrges inquit Vetruui⁹/harũdine: & apud Maſſiliã ſubacta cũ paleis terra operiũt. Thelophagi apud Garamãtas/vt refert Plinius/teſtudinũ ſupficiẽ cruſtis tegũt. Maxima ps Germaniæ aſſerulis vtit̃. In Belgica ꝓuincia candidũ facilius ſecant lapidẽ/q̃ lignũ tenues ĩ laminas: qs ꝓ tegulis exponũt. Ligures etruſcicꝫ tegẽdis ȩdib⁹ lataſtras adhibẽt cruſtoſo ex lapide diſceptas. Alij pauimẽta de qb⁹ mox referã expti tandẽ oĩbus piclitatj/nõdũ tñ ingenia et induſtria mortaliũ inuenere cõmodius tegula teſtacea. Nã pauimẽtoꝝ q̃dẽ op⁹ pruinis ſcabreſcit/findit̃ ſidet. Plũbũ feruoribus ſolis colliqueſcit. æs ſi graue eſt/magno ponit̃: ſi tenue/vẽtis deturbat̃/atcꝫ ȩrugine gracileſcit/ablacerat̃. Tegu-

Mos cõtegendarũ ædiũ apd diuerſas gentes

Crinia Ciprius tegulã inueniſſe fertur.

Iam Cipriũ quẽdam Criniã agricolæ filiũ inueniſſe ferũt. Eius
duo ſunt genera. Vnũ planũ latũ pedẽ longũ cubitum ſpõdis
hinc atqꝫ hinc hirtis extantibꝰ ad ſui latitudinẽ partẽ nonam.
Aliud aduolutũ et cruriũ tuendaꝝ arma imitet̃. Ambo qua im
brem defluentẽ capiãt apertiores: qua euomant arctiores. Sed
plani imbrices cõmodiores ſunt: modo ita iũgãtur ad regulam
et libellã ne in latus pẽdeãt: necubi lacunę intercurrant aut tu
muli extẽt: nequid trãſuerſi fluentẽ pluuiã interpellat: nequid
interuacuũ relinquat̃. Vaſta ſi erit tecti ſupficies ampliores exi
gẽtur tegulę: ne imbriũ riuuli canalibꝰ nõ recipientibus ſuper-
fundãtur. Tegulã ne turbines aſportent velim omnẽ fultu cal
cis affirmari: p̄ſertim in publicis operibꝰ. Nã in priuatis ſat erit
ſi prima ſtillicidia cõtra ventorũ impetũ affirmaris: tũ et ſoluti
aptius inſtaurãtur vbi vitiũ factũ ſit. Alioqui id hũc in modũ
fiet aptiſſime. Nã in tectis qdẽ ligneis aſſiũ loco teſtaceę tabel-
lulę ad decurrẽtes quadrulos extẽdentur vinctæ gypſo. In has
tabellulas ſupinſternẽtur plani imbrices & firmabũtur calce.
☞ Opus id cõtra ignes tutiſſimũ & ad vſum incolarũ accõmoda-
tiſſimũ. Et minore fiet impẽſa ſi tabellularũ loco cannã gręcã
ſubinſtraueris calceqꝫ firmaris. Tegulã quã p̄ſertim operibus
publicis calce affirmaris/velim nõ niſi biennio ſub gelu et ſole
habitã ſumas. Inualida enĩ ſi fuerit poſita nõ ſine operis diſpẽ
dio tollet̃. Subuenit vt illud referã qđ apud Diodorũ hiſtoricũ

Horti pẽſiles in Syria.

celebres illos ad hortos penſiles Syrię nouo et minime inutili
inuẽto factũ legimꝰ. Nã in trabibus quidẽ harũdines aſphalto
oblitas appoſuere: in eas coctos lapides coaptauere duplici in-
ſtratura vinctos gypſo. Tertio loco plũbeas adiunxere tegulas
ita conflatas atqꝫ coagmentatas vt nullus humor ad primos
lateres penetraret.

## ❡ De pauimentis ex Plinij Vitruuij et veterũ diligẽtiori colle ctione/variorũqꝫ incipiendorũ ac terminãdorũ operũ tẽporis/ anni/loci/aeris/modi et faciei annotatione. Capitulum. XVI.

VEnio ad pauimẽta: quando ea quidem tectorum na-
turã ſapiunt. Horum alia ſub diuo: alia contignatis:
alia non contignatis: vtriſqꝫ ſolidã & ad ſuas lineas
exactam eſſe oportet ſuperficiem: vbi inducantur.
Sub diuo ſuperficies faſtigiabitur: vt in denos quoſqꝫ pedes
nihil minus binum declinet digitum. Et habebit quo aqua de-

fluens: aut in ciſternas excipiatur: aut deriuetur in cloacas.
His ex cloacis ſi aut in mare aut in amnes nõ poterit refūdi/in=
fundito aptis locis puteos ad aquā vſq; ſcaturientē: foſſāq; re= Attende
pleto ſaxo globoſo. Id demū ſi nõ licebit/foueas inquiunt faci modū cõ
to capaces/et indito carbones: deinde cõpleto ſabulo/hæc hu= ficiendæ
moris exuberantiam ſorbebunt atq; abſument. Cæterū ſi erit a cloacæ
reæ ſolū ꝯgeſtitiū/feſtucabitur acuratiſſime et ſuperinduceť/cū
ſcatumine rudus. Sin aūt erit ſubcõtignata ſupficies: tunc alte
ra ſuperaffigatur tranſuerſa coaſſatio/& ſtatuminetur/et indu
catur rudus craſſū pede. Subrudus ſūt qui ſpartū aut filicē ſub
ſternendā putent: ne quid materia calcis cõtactu vitietur. Rud⁹
ſi erit nouū/ad tres ptes vna calcis miſceať: ſi reſiduū ad quīq;
duę: inductū conſpiſſetur/ cedendo vectib⁹ celeberrime. His ad
craſſitudinē digitorū ſenū addatur puls ex texta trita: q̄ ad tris
partis vnā habeat admiſtā calcis. Vltimo inferanť ſertilia/aut
teſta ſpicacea/aut teſſere ad lineam et regulā. Tutius erit opus/
ſi inter ſcatumen et pultē imbrices tegulę iunctæ calce ex oleo
inſternentur. Pauimentū nõ ſubdiuale/quod eius ob ſiccitateꝫ
egregie ꝓbāt/ſic fieri iubet Varro: fodito ad pedes binos/& fe= Varro.
ſtucato ſolū: et inducito aut rudus aut teſtaceū pauimentū. Di=
mittito apertas nares: vnde ſuos p canales humor extillet: cõ=
gerito carbones: hiſq; ꝓculcatis atq; admodum inſpiſſatis in=
ducito ſabulone et calce et fauilla mixtam offā craſſitudine ſe=
mipedali. Hæc quæ hactenus recenſuim⁹ ex Plinio atq; impri=
mis Vitruuio interpretati ſumus. Nunc quę de pauimentis ex Paumē=
veterū operib⁹ ſūma et cura et diligētia collegeri referaꝫ: a qb⁹ ta.
plura me longe q̄ a ſcriptorib⁹ ꝓfiteor didiciſſe. Atqui incipiaꝫ
quidē a ſūma cruſta/ quāq̄ non infirmā et rimoſā hr̄e pq̄ diffici
le quidem eſſe. Nā cū humore ꝑgnans eſt humida/fit ſole ven=
tis ve vt ſūmotenus ſiccefcat. Ex qua re vti in reſiduo alluuio=
nis videmus luto contrahitur cutis/atque fiſſuras pandit ine=
mendabiles. Nā illic partes quæ aruerint/quouis artificio am=
plius non cohærent. Humectæ vero ptes facile ꝓtrahentibus
cedūt et ſequūtur. Cruſtā video aut teſtaceā impoſuiſſe veteres/
aut lapideaꝫ. Nam tegulas quidem maxime vbi pedibus non
preſſētur/poſitas vidi quaq; verſus latas cubito iūctas calce ex
oleo: et viſuntur laterculi minuti craſſi vnum lati binum digi=
tum: longi duplo q̄ lati iuncti ſtantes in latus ad ſpicarū imita

tionē. Lapideas cruſtas videre paſſim licet ex tabulis marmoreis grandioribus: et itē ex reſectis minutioribus atq; teſſerulis Pręterea ſpectantur vetuſtæ cruſtæ ex ſola materia: quæ fiat iũcta calce/ harena et tunſa teſta minutiore quantũ ꝓiector ex tertia. Comperti habeo cruſtas haſce fore firmiores & ꝓſtātiores ſi partē adieceris quartā tunſi lapidis tyburtini. Sunt q puteolanũ puluerē/ quē rapillũ nũcupant huic operi ꝓbent mirũ in modũ. Cruſtas itē quæ ex ſola ſint materia obductę experiri licet verberatu crebriore et indies iterato acquirere ipiſſitudineꝫ et duritiem prope vt ſuperet lapidē. Et cruſtis iſtiuſmodi ꝓſtat ſi lotura calcis aſpergantur: ſi oleo linaceo oblinantur importari duritiē quandā vitreā et contra tēpeſtates illeſam. Calcem oleo ſubactā affirmāt nihil pauimentis nociuũ admittere. Sub cruſta video affuſā materiā ex calce et minutulis teſtæ ꝑfractæ ad craſſitudinē digitoꝝ binum trinumq;. Sub ea offēditur q̃ſi infarctura partim ex teſta perfracta: parti ex minutulis lapidũ/ que fabri excuſſerint ſcalpro: et hanc ferme craſſā pedē alibi inter ſuperiorē: atq; hāc inuenio teſtaceos laterculos ſubſtratos poſtremo infimũ ſaxa ſubſidũt pugnis nō maiora. Videre licet in torrente ſaxa quæ maſcula dicũtur: vti ſũt globoſa ſiliceа et vitraria/ ilico ex aquis ſiccari. Teſtā vero et tofum & iſtiuſmodi diu ſeruare cōceptũ humorē. Ex quo ſũt qui affirment nō penetrare admodũ ad cruſtas humorē ex tellure: vbi ſubinſtratum iſtud ſit ſaxo pauimentũ. Vidim⁹ etiam qui in puſillas pilas ſexquipedales quadrato ordine ꝑ ſoluꝫ binos in pedes diſpoſitas appoſuere tegulas teſtaceas: q̃bus inſtruxere quale diximus pauimentũ. Sed hoc pauimenti genus præcipue ad balneas pertinet: de quibus ſuo dicetur loco. Humore humectoq; aere gaudent pauimēta dũ fiunt. Et in vmbroſo atq; humido firmiora et integriora ſeruãtur. Et pauimētis nocua ĩprimis ſũt/ ſoli infirmitas/ et repens exſiccatio. Nā veluti reiteratis pluuiis denſatur in aruis tellus: ita et pauimenta abũde humectata in vnā et integrā ſoliditatē ferruminant. Quo in loco pauimēti ex fiſtulis tectorũ imber cadēs excipit/ lapideā poſuiſſe oportet cruſtā perq̃ integrā et admodũ ſolidā: ne importētium guttarũ aſſidua (vt ita loquar) improbitate refodiatur atq; vitietur. Præterea pauimentũ quod in materia et contignato inſternit curandũ eſt vt oſſa quib⁹ ſuſtineat/ viribus ſint valida et inter ſe coæq̃

Puluis rapillus

Attende quomō cruſtæ fiant optime.

lis. Queres ſi nō erit:puta ſi q̄ loco aut paries aut trabs valde robuſtior cæteris ſubiecta ſit:eo loci findetur pauimentū atq; vitiabitur. Nā cū materia nō ſemp eodē tenore vigoreq; conſiſtat/ſed tēpoꝝ varietatib⁹ moueatur/humidis molleſcit:ſiccis ad rigiditatem ſeſe reuocat atq; obfirmat: ea re partibus eneruatioribus ſub pondere laborantibus atque ſidentibus nimiꝝ finditur. De his hactenus. Sed illud noli præterijſſe quod ꝓbe faciat ad rē. Nāq; alia quidē fundamentis fodiundis:alia complendis. alia parietibus attollēdis:alia teſtudinibus imponēdis alia cruſtis obducēdis tēpora atq; anni aeriſq; modus et facies de bentur. Eteni fodiuntur quidē cōmodiſſime per caniculam atq; ipſum per autūnuꝫ tellure arenti et humoris exuberantia foſſiones nō impediente. Cōplent etiā haud omnino incōmode ad primū ver/maxime vbi ꝓfundiora ſint:nā ab æſtatis ardoribus ſatis ꝓtegentur tellure obſidente atque circūfouente. Sed lōge cōmodius cōplebuntur ad brumę initiū: modo ea regio non ſit ſub cœli axe et eiuſmodi: vt e veſtigio gelet potius q̄ cohæreat. Paries quoq; cū æſtus nimios: tū et acres algores atq; ſubitas gelationes atq; prę cæteris aquilones ventos odit. Et imprimis teſtudo oīm maxime æquabilē et contēperatam cœli tēpeſtatem optat: quoad obfirmauerit opus ſeſe/atque duruerit. Cruſtas per q̄ attēperate inducemus ad vergiliarū ortū: et per eos demū dies quibus multo afflarint humectarintq; auſtri. Nā ni prorſus humectuꝫ ſit quod cruſta aut ope dealbario veſtiatur/nō cohereſcēt appoſita: ſed paſſim diffiſſa diſcerptaq; decidēt: crebraq; ſcabritie op⁹ dehoneſtabitur. Sed de cruſta albarioq; opere ſuo loco diffuſius dicetur. Nūc abſolutis rerū dicendarum generib⁹/ad reliqua diſtinctius conſiderāda tranſeamus. Et primo de ædificiorū gn̄ibus & varietate. et qd cuiq; debeatur: ꝓxime de ædificiorum ornamentis: poſtremo de iſtoꝝ vitijs: quæ aut opificis errore/aut temporuꝫ iniuria facta ſint/ emendandis aut inſtaurandis tranſigemus.

Anni et aeris obſeruatio non contēnenda.

## LEONIS BAPTISTE ALBERTI DE VNIVERSORVM OEPRE LIBER.IIII

❡Aedificia hominū cauſa conſtituta: ſiue ad vitę neceſſitatem vius oportunitatem: ſeu tēporuꝫ voluptatē definita. Cętus hominū partitio varia: vnde et ædificiorū quoq; diuerſitas adinuenta: & a quibus deniq; ordiendum. Capitulū primum.

AEdificia nominũ eſſe cauſa conſtituta in prõ-
ptu eſt. Nã principio quidẽ/ſi recte interpre-
tamur facere op⁹ hoies cœpere: quo ſe ſuaqꝫ
ab aduerſis tẽpeſtatib⁹ tuerenť. Proxime item
ꝓſecuti ſunt nõ modo vellent q̃ ad ſalutem eſ
ſent neceſſaria: verum et ſi qua etiã ad expedi-
tas quaſqꝫ cõmoditates aſſequẽdas cõferrẽt:
ea nul q̃ eſſe prætermiſſa voluere. Inde adeo rerũ oportunitate
admoniti atqꝫ illecti eo deuenere: vt etiã quæ ad voluptates ex-
plendas facerent excogitarint indieſqꝫ vſurparit: vt ſi quis ita
dixerit ædificia fore aliq̃ ad vitæ neceſſitatẽ: alia ad vſus opor-
tunitatẽ: alia ad temporum voluptatẽ diffinita: fortaſſis apte
ad rem aliquid dixerit. Sed cũ ædificiorũ circũſpicimus copiam
et varietatẽ: facile intelligimus non tantũ hos eſſe ad vſus oĩa:
neqꝫ horũ tantum aut illorũ gratia cõparata. Sed pro hominũ
varietate imprimis fieri/vt habeamus opera varia et multipli-
cia. Quod ſi ædificiorum genera/et generum ipſorum partes
ſatis vti inſtituimus adnotaſſe voluerimus: omnis inueſtigã-
di ratio nobis hinc captanda ſit atqꝫ inchoanda: vt homines/
quorum cauſa conſtent ædificia et quorum ex vſu varientur ac
curati⁹ cõſiderem⁹ q̃d iter ſe differant: quo inde ſingula clarius
recognita diſtinctius pertractentur. Repetam⁹ ea de re/ quid de
Reip. apd̃ hominũ cætu patiundo veteres illi rerum publicarũ legũqꝫ cõ
diuerſas ditores viri peritiſſimi ſenſerint: qui ſtudio/ cura/ diligentiaqꝫ
gẽtes va- iſtiuſmodi rebus perſcrutandis atqꝫ recẽſendis ſumma cum lau
ria diui- de inuentorũqꝫ admiratione verſati ſunt. Theſeus inquit Plu-
ſio. tarcus rem publicã diuiſit in eos qui leges diuinas atqꝫ huma-
Theſeus. nas cõſtituerent atqꝫ interp̃tarẽtur: et eos qui artificio exercerẽ
Solon tur. Solon ꝓ cẽſus diuitiarũqꝫ copia et modo ſuorũ habuit ciui
um ordines diſtributos: ita vt qui min⁹. ccc. ex agris annua ex-
Atheniẽ- ciperent ꝓpe in ciuiũ numero cenſendos nõ putarit. Athenien
ſes. ſes primos ſibi habere viros doctrina & vſu rerũ cultos/ac peri
Romul⁹. tos: proximos oratores: poſtremo opifices. Romulus a plebe
Numa. equites & patritios diſcreuit. At Numa rex plebẽ diuiſam fecit
Galli. per artes. Apud Gallias p'ebs pene ſeruorũ ducebať ſorte. Re-
Druidę. liquos aut milites fuiſſe tradit Cęſar: aut ſapiẽtię religioniqꝫ de
Panthei. ditos: quos illi Druidę nũcupant. Apud Pãtheos ſupremi ſũt
ſacerdotes: ſecũdi agricolę: tertij milites: cũ quib⁹ et paſtores &

duces ouiũ. Britãni ſuos quattuor diuidebant generibꝰ. Primi · Britãni
erãt quibus fiãt reges: alteri ſacerdotes: tertio loco milites: po=
ſtremo vulgus. Aegyptij primos dedere gradus ſacerdoti: ſub · Aegyptij
inde reges/prȩfectoſqꝫ locarunt: tertio poſuere ordine bellato=
res: et multitudinẽ diuerſe itidem inter agricolas pecuarios ar
tificeſqꝫ/atqꝫ etiã (vt inqt Herodotus) mercennariũ et nautam.
Hippodamũ referunt ſuã quoqꝫ diuiſiſſe rem publicã in partes · Hippoda
tris: artificẽ/agricolã/et ꝓpulſatorẽ belli. Nõ improbaſſe Ari= · mus.
ſtoteles eos viſus eſt: qui a multitudine ſelegerit dignos: quos · Ariſtote=
cõſilijs/magiſtratibꝰ/iudicijs ve prȩficerent. Cȩterã vero plebẽ · les.
diuiſam reliquerint inter agricolas/artifices/mercatores/mer=
cẽnarios/ȩquites/pedites/et turbam naualem. Cui haud mul=
to diſſimilẽ ex Diodoro hiſtorico fuiſſe apud Indos rẽ publicã · Indi.
apparet. Nã illic ſacerdos/arator/paſtor/artifex/miles/effori:
et qui publicis cõſilijs prȩſunt. Plato rẽ publicã alterã dixit pa · Plato.
catam eſſe: et ocij quietiſqꝫ cupidã: alterã ardẽtem et bellatricẽ:
prout eorũ eſſent animi qui rebꝰ p̃eſſent. Exqꝫ animi partibus
oẽm ciuiũ multitudinẽ partitus eſt. Vnã eorũ qui ratione cõſi
lioqꝫ cũcta moderãtur. Alterã eorũ qui armis iniurias ꝓſequã-
tur. Tertiã eorũ qui alimẽta/quibꝰ patres & milites ſubſtẽtent̃/
prȩbeãt et ſubminiſtrẽt. Hȩc de multis veterũ cõmentarijs ex=
cerpta breuiſſime ꝑſtrinxi. Ex quibꝰ illud admoneri videor: vt
quas collegerim/oẽs eſſe rerũ publicarũ partes ſtatuã: ſingu=
liſqꝫ ſingula deberi ȩdificiorũ genera diiudicẽ. Sed nos quo ex
inſtituto rẽ totã diſtinctius trãſigamꝰ iuuet ſic diſſeruiſſe. Mor
taliũ numerũ ſiquis in partes diuiſurus ſit/quidnã huic aliud
principio veniet in mẽtem: q̃ vt ſentiat nõ eoſdẽ cẽſendos eſſe:
ſi vna loci alicuiꝰ incolas vniuerſos cõſideres: atqꝫ ſi partibꝰ ſe
paratos diſtinctoſqꝫ recẽſeas. Proxime naturã, ipſam cõtẽplatꝰ
num ſentiet illos quidẽ in qua potiſſimũ re alter ab altero diffe
rat: ex ea ſibi re notas captãdas eſſe: quibꝰ alteros ab alteris ſe= · Ratione
cernat. Atqui nihil eſt/quo magis homo quiſpiã differat ab ho · artiũ co=
mine q̃ vna illa in re: qua ab genere bȩluarũ lõgiſſime abeſt ra · gnitiõe/
tione et artiũ optimarũ cognitione: adde ſi velis fortunȩ ꝓſpe= · et fortu=
ritatẽ. Quibꝰ in dotibꝰ omnibꝰ pauci vna inter mortales præ= · nȩ ꝓſperi
ſtãt atqꝫ excellũt. Hinc igiť prima nobis patebit diuiſio: vt pau · tate hõ a
cos ex omni multitudine ſeligamus: quorũ alij ſapiẽtia/conſi- · bȩlua dif
lio/ingenioqꝫ illuſtres: alij vſu rerũ et peritia ꝓbati: alij opum · fert.

copia et fortunarũ affluentia exiſtãt celebres. His primarias rei publicę partes cõmittẽdas quis negetꝰ Ergo egregijs viris qui cõſilio polleãt prima et cura et moderatio reꝝ cõmendabitur. Hi rem diuinã religione ſtatuẽt: iuſti ęquiq; modũ lege conſtituent: bene beateq; viuẽdi viã mõſtrabunt: ꝓ auctoritate dignitateq; ſuorũ ciuiũ tuẽda indieſq; augẽda aduigilabũt. Atq; vbi quid cõmodũ/vtile neceſſariũ fore præſenſerint: cum ipſi ętate forte feſſi cõtemplãdis rebus occupari maluerint q̃ exequẽdis: demãdabunt peritis vſu rerum atq; ad agendũ expeditis: vt de patria bene mereri ꝓſequãtur. Hi vero alteri ſuſcepto negocio cum domi ſolertia & ſolicitudine: tũ foris labore et tolerantia rem ex officio ꝓcurabunt: dicẽt ius: ductitabunt militẽ: exercebunt ſeq; ſuorũq; manꝰ & induſtriã. Demũ cũ rebus perficiũdis intelligent fruſtra inniti: niſi & facultates adſint. Ad iſtos igit̃ proximi: quibꝰ aut ex agro aut mercatura facultates ſuppeditent. Cętera om̃is hoim manus & numerꝰ hiſce primarijs ꝓut vſus poſtulet obtẽperabũt atq; ſubminiſtrabũt. Hęc ſi ſatis cõuenĩũt ad rem cõpertum quidẽ habemꝰ ędificiorũ genera deberi alia ciuiũ cętui vniuerſo: alia primatibꝰ: alia multitudini. Tũ et primatibꝰ alia his qui domi conſilijſq; pręſunt: alia his q negocio exerceãtur: alia his qui facultates cõgerant. Quorũ oĩm quidem cum pars quędã ad neceſſitatem vti diximus pars ad cõmoditates referatur: ſit quoq; nobis qui ędificia commentamur par aliquid animi gratia dediſſe: dum pręmij loco iſtiuſmodi partitionũ exordia eſſe ex philoſophantiũ rudimẽtis repetẽda inſtituerimꝰ. De his igit̃ nobis dicẽdũ eſt quid vna vniuerſis: quid paucioribus primarijs ciuibus: quid minorũ multitudini conueniat. Sed exordiũ ad res tãtas vnde captabimꝰꝰ An vti homines iſta ſibi cõparare indies profecuti ſuntꝰ Ita et nos a priuatis egenorũ caſunculis rẽ inibimus: et inde ad ampliſſima iſta quę videmꝰ theatrorũ thermarũ templorũq; opera perueniemus. Nam conſtat quidem orbis gentes diu nullis

Gentes olim ſine vrbibus.

cinctas vrbiũ mœnibus degiſſe. Et ſcribũt quidẽ hiſtorici Dyoniſio Indiam peragrãte nullas fuiſſe apud eas gentes muro cinctas ciuitates. Grętiamq; olim nullis munitã fuiſſe muris ſcribit Tuchidides. Et ꝑ Gallias item ad Cęſaris tẽpora tota Burgundionum gens non vrbibus cogebantur: ſed paſſim in vico congruebãt. Quin et primam quidem fuiſſe vrbem comperio

Biblum a Fœnicibus occupatã: quã circũobducto ſuis ædibus muro cinxerit Saturnus. Tam etſi vſq; ante diluuiũ conditam Iopem dinumeret Põponius. Aethiopes inquit Herodot⁹/ cũ Saægyptũ occupaſſent nullũ delinquẽtium occidebãt: ſed erat vt terrę cumulos ad vicos quos incolebãt exaggerarẽt. Hinc per Aegyptum conſtitiſſe vrbes dicunt. At de his al'as. Nũc etſi natura quidem vti aiunt omnia quæ fiunt leuioribus principijs excreuiſſe videam: placet tamen a dignioribus ordiri.

Biblus vrbs primo a Saturno muro cincta fuit. Iope. Aethiopũ mos.

❡ Vrbis regio (collocatio/ſpecies/locus/ſitus/cõmoda) incommoda. An in mõtibus/in plano/vel ad littora melius tã philoſophorum ac veterũ/ꝗ propria authoritate/ſententia/et exemplis diffuſius. Caput.II.

Niuerſis vrbib⁹/et quę vrbis partes ſunt publica oĩa debẽtur. Vrbis habẽdę ſpeciẽ cauſamq; ſi ex philoſophorũ ſentẽtia eſſe hanc cõſtituem⁹: vt vitã eo ducãt accole pacatã et quoad ei⁹ fieri poſſit vacuã incõmodis/omniq; moleſtia liberã. Profecto iterũ atq; iterũ excogitaſſe oportet: qui ponat loco ſitu et linearũ ambitu. De his alij aliter ſenſere. Sũmam ſcribit Cęſar ad laudẽ/ſolitos Germanos ducere/vbi latiſſimas circũuaſtatis finib⁹ haberẽt ſolitudines. Id quidẽ ita ꝙ repentinas hoſtiũ excurſiones ea re maxime abuetari arbitrarent. Exercitũ in Aethiopiã Seſoſtrim Aegyptiorũ regẽ imittere deſtitiſſe putãt hiſtorici ꝙ frugũ inopia & locorũ difficultate abſterreret. Regẽ Aſſyrij aduenã deſertis et in aquoſis tutati locis paſſi ſunt nunꝗ. Arabes itidẽ ꝙ aꝗ et fructibus deficiãt/ab externorũ ĩpetu & iniuria ęternũ fuiſſe ĩmunes ferunt. Italiã nulla re alia ſępe a barbaris petitã armis ſcribit Plini⁹/ꝗ vini ficiq; voluptate. Adde ꝙ rerũ iſtarũ copia/ꝗ ad voluptates faciat/vti aiebat Crates/et ſenib⁹/& iuuenibus nocua eſt. Nã illos efferatos: hos effœminatos reddit. Apud Aemericos (inquit Liuius) regio fertiliſſima eſt. Sed ꝙ plerũq; vbere ſolet agro euenire/hoĩes alit imbelles. Cõtra Ligij ꝙ terrã incolãt lapidoſam/qua exerceri aſſiduo & extrema vict⁹ parcitate diẽ trahere oporteat: perꝗ induſtrij & robuſtiſſimi ſunt. Quę res cũ ita ſint hmõi fortaſſis regiones aſperas & difficiles cõdẽdis vrbib⁹ erũt qui nõ vituperẽt. Alij ſecus. Nãq; optabũt quidem agi apud ſe naturę beneficio & munere: vt cũ ad neceſſitates/tũ et ad voluptates et delitias addi ampli⁹ nihil poſſit.

Germanorũ ſolitud ies. Seſoſtris rex. Attende harũ gentium mores. Aſſyrij. Arabes. Italia. Americi. Ligij.

Bonis enim vt benevtamur/dari poſſe legibus et patrū inſtitu
tis. At vero quæ cōferāt in vita/iucūdiora quidē nimirū ea eſſe
ſi domi ſit, q̄ ſi aliunde quęſito opus ſit. Et cupient quidē agrū
dari/qualē apud Memphim: quē ſcribit Varro frui cœlo adeo
clementi vt nulli arborū ne vitib⁹ quidē folia integrū ꝑ annū
decidāt. Qualē ve ſub Tauro mōte locis quæ ad aqlonē ſpectāt
Nāq; illic Strabo racemos dari cubitorū binū atteſtat̃: et ſingu
lis a vitibus ſingulas vini amphoras: et vnica ex ficu modios
colligi. lxx. Qualē ve India Hyperboreaq; in inſula ad oceanū
colit: cuius agro bis annuos fructus capi pręḋicat Herodotus.
Qualē ve apud Luſitanos: vñ ex reciduis ſeminib⁹ alteras atq;
alteras capiāt meſſes. Aut poti⁹ qualē Talge Caſpio in mōte: q
ager fruges etiam incultus prębeat. Rara hæc: et quæ facili⁹ op
tes q̄ reperias. Ergo præſtātiſſimi veteres/qui de huiuſmodi re
bus ab alijs accepta/et ab ſe excogitata mādarunt litteris. Ciui
tatem ſtatuūt ita eſſe oportere poſitā: vt agro cōtenta ſuo: quā
tum rerū humanarū ratio et cōditio patitur nullis aliūde peti
tis indigeat. Et ita munitā finiū ambitu: vt cū ab hoſte nō faci
le poſſit inuadi: tū et alienā emittere in ꝓuinciā militē ad arbi
triū valeat hoſte etiā inuito. Sic enī habitā ciuitatē et libertatē
tueri/et ſe imperiūq; multo ꝓpagare poſſe cōſentiūt. Sed quid
ego hic dixerim Aegypto ad laudē in primis datur: ꝙ ſit quaq;
verſus mirū in modū munita/et penitus inacceſſibilis/hic ma
ri/illinc deſerti vaſtitate obiecta: dextera montibus abruptiſſi
mis: ſiniſtra paludibus diffuſiſſimis. Tū et agri tanta eſt fertili
tas vt eſſe Aegyptū veteres publicū orbis orreū dixerint. Sole
req; deos eo animi gratia et ſalutis cōfugere. Hanc tñ regionē
tā munitā tam fertilē: vt cunctos mortales paſcere deos ipſos
excipere hoſpitio ſaluareq; poſſe gloriēt̃: nunq̄ fuiſſe oī ab ęuo
liberā teſtatur Ioſeph⁹. Probe igit̃ ad rē admonēt qui res mor
taliū ipſius etiā Iouis in gremio tutas/nequicq̄ futuras fabulē
tur. Iuuet idcirco illud Platonis imitari/cū rogaret̃ vbinā eſſēt
pręclarā illā quā ſibi effinxiſſet ciuitatē inuenturi: nō inqt agi
mus iſtuc: ſed cuiuſmodi fore oīm optimā ſtatuiſſe deceat pue
ſtigam⁹: tu eā cæteris preferendā ducito: quę ab iſtius ſimilitu
dine min⁹ aberrarit. Sic et nos quaſi exēplaria afferētes eā p̄ſcri
bamus vrbē: quā oī ex parte futurā cōmodā doctiſſimi arbitrē
tur: in cæteris tpi et rerū neceſſitati obſequētes. Illud Socratis

Mēphitiſcus ager vberrim⁹

Racemi bicubitales.

Terra apud indos & Hyperboreos bifera

Itē apud Luſitanos.

Talge.

Quomō ciuitas ponenda.

Aegypti laus a poſitione et alijs.

tenebimus:vt quę res ita per ſe cōſtet/vt niſi in peius queat im-
mutari:eſſe hāc putem⁹ optimā. ¶Itaqȝ eſſe oportere vrbē ſta-
tuimus eiuſmodi:vt incōmodorū oīm quę primo recēſuimus
libro/nulla oīno adſint. Et ſi q̄ res ad vitę neceſſitatē optentur
nullę deſint. Habebit agrū ſalubrē/latiſſimū/variū/amœnū/fe-
racem/munitū/refertū/ornatū omni fructuū copia/omni fon-
tiū exuberātia. Aderūt flumina/lacus/mariſqȝ oportunitas pa
tebit:vnde cōmodiſſime ſi qua deſint cōuehātur:et q̄ ſuperſint
exportētur. Deniqȝ ad res ciuiles bellicaſqȝ p̄clare cōſtituendas
atqȝ augēdas oīa ſuppeditabūt:quib⁹ & ſuis p̄ſidio/et vrbi or
namēto/et amicis voluptati/et inimicis terrori ſit futura. Et bn̄
quidē agi cū ea ciuitate ſtatuā:quę bonā aliquā agri partē poſ-
ſit inuito hoſte colere. Cęterū locaſſe vrbē oportet agro in me-
dio:vnde ſpectare in oram ſuā/et diſcernere oportuna/et attē-
perate pręſto eſſe quo neceſſitas poſtulet: vnde villic⁹ aratorqȝ
ad opus ꝓdire frequēs & ex agro cū fructu & meſſe onuſtus mo
mēto reuerti poſſit. Sed patēti ne in cāpo an littore/an mōtib⁹
colloces maximi intereſt. Nā habȝ quidē horū quodqȝ qđ p̄ſtet:
et cōtra qđ min⁹ ꝓbes. Cū exercitū Dyoniſius per Indiā ageret
cōfectū ęſtu deduxit ad montes:illico ſalubri captata aura cō-
ualuit. Et mōtes occupaſſe vrbis cōditores viſi ſunt:ꝙ illic tu
tiores fortaſſis futuros intellexerit. Sed aquis deficiūt. Flumi-
nū aquarūqȝ cōmoditates p̄ſtabit planities. Sed eadē craſſiori
operit̄ cœlo q̄ ęſtate ferueat/hyeme algeat intēperāter:eſtqȝ ea-
dē ad īpetus aduerſos min⁹ valida. Littora ad ꝯtrahēdas mer-
ces oportuna. Sed qđ illi aiūt/maritima oīs vrbs rerū noua
rū illecebris/et nimia negociantium vi excitata atqȝ vexata aſſi
duo fluctuat:et ad multos periculorū externarūqȝ claſſiū caſus
et diſcrimina expoſita eſt. Quare ſic ſtatuo. Quocūqȝ ponas vr
bē loco/conandū vt iſtorū oīs cōmoditatis ſit particeps:incō-
modis vacet. Et velim mōtib⁹ dari planitiē/et planis tumulos
vbi vrbē ſtatuā. Id ex arbitrio aſſequi locorū varietate ſi non li
cebit/vtemur ad res neceſſarias captādas argumētis hmōi: vt
maritimis plagis vrbs nō littori nimiū vicina/ſi erit in plano:
neve nimiū ſemota:ſi erit in mōte ſita relinquat̄. Mutari litto-
ra teſtātur cū pleręqȝ alibi alię vrbes:tū in Italia Baiæ mari im
merſę. Apud Aegyptū Pharus quę prius mari fuerat circūda-
ta:nūc veluti Cherloneſſus ad continentē hęret. Sic et Tyrum

Marginal notes: Vrbs ponenda cuiuſmodi agrū habere debȝ — Itē & alia — Vrbs q̄modo ad mare ponenda. — Baię. — Pharus.

Tyrus. Clazomenę. et Clazomenas fuiſſe ſcribit Strabo. Quin et tẽplũ Ammonis olim fuiſſe ad mare ferũt ſeceſſu: q̄ maris lõge in mediterraneis reſtitiſſe. Atqui monẽt aut ipſum ad litt⁹ aut porro longe ab mari ponas. Nã maris quidẽ aurã videre licet ſale grauem eſſe atq; aſperã. Ergo cũ ad mediterranea p̄ſertim plana appulerit: humentẽ illic aerem offenderis inhauſto deliqueſcente ſale/nimirũ cœlũ reddit craſſum et ꝑpe muculentũ: vt plęriſq; iſtiuſmodi in locis volui nõnunq̄ aere telas aranearũ ſimiles videas Aiũtq; cũ aere nõ ſecus atq; cũ aquis agi: quas in prõptu eſt miſtione ſalitarũ corrũpi quoad etiã fœtore offendant. Probãt vrbem veteres p̄ſertim Plato: quæ a mari milia diſtet. x. Q̄ ſi ab mari lõge poſuiſſe non licebit: ſitu locabit̃ quo aurę iſtiuſmodi niſi diffractę & laſſę ac depuratę appellãt. Locabiturq; pone/vt mõtium intercurſu vis oĩs a mari noxia intercepta fruſtret̃. Ex littore aſpectus ipſe maris perq̄ iucũdus eſt: neq; itẽ nõ ſalubri luſtrat̃ cœlo. Quę enĩ aſſiduis vẽtis agitatæ cõtinuis momẽtis reſpirẽt: has eſſe Ariſtoteles ſaluberrimas regiones putat. Sed caueãt ne ſit mare iſtic herbidũ depręſſo littore et immerſo: ſed ꝓfundũ abruptis viuo ſaxo hirtiſq; ripis rigens. Ipſamq; vrbẽ ſupbo/vti loquũtur mõtis dorſo ſtatuiſſe cũ ad dignitatẽ/tum ad amœnitatẽ tũ & in primis ad ſalubritatẽ atq; ſalutẽ cõferet. Nã quo loci ad mare imineãt mõtes: nuſq̄ eſt illic mare nõ profundũ. Tum ex mari ſiqua vaporũ craſſitudo inſurgat/aſcenſu deficit. Et ſi quid repẽtina hoſtilis manus attulerit aduerſi/ma

Quo modo ĩ colle turius ꝓuidet̃/et tutius ſubmouet̃. Collibus poſitã vrbẽ ꝓbãt veteres: quę ad orientẽ vergat. Probãt etiã quã pertingat calida in regione boreas. Alij fortaſſ s eã probabũt: q̄ ad occidentẽ ꝓna ſit: ductiq; ea ſub cœli facie fertiliores eſſe cultus ſenſerint Atqui ſub Tauro monte q̄ partes ad aquilonẽ ſpectent/longe ante alias eſſe ſalubres: ea pręſertim re qua & fertiles prędicant

Quo modo in mõtibus. hiſtorici. Demũ ſicubi in mõtibus ponendũ ſit oppidum/in primis animaduertẽdũ eſt: ne quod iſtiuſmodi in locis aſſolet: maxime vbi celſiores c rcũ alij ſeſe attollãt colles: grauis & diutina nebularũ collectio atram diẽ et fuſcũ aſſiduo rigidũq; cœlũ prębeat. Tum et vento℞ immodica excurſitatio et moleſtia ne quid ĩmanius vexet prouidẽdum eſt: et præſertim boreas iſtic. Nam is qui dẽ inquit Heſiodus cũ cæteros tũ in primis ſenes reddit to pẽtes & inflexos. Incõmoda erit vrbis area/in quam

ſuperextẽſa rupes a ſole cõceptos vapores refundat: aut in quã
auernę cõualles auram acrius obfundant. Alij ꝑcipitijs locorũ
eſſe vrbis latus finiendũ monent. Sed ꝑcipitia ipſa ferme oĩa
qui ex ſe contra motus & tẽpeſtates inualida ſint mõſtrãt cum
alibi plęraq; oppida tum et in Aetruria Volaterrę: labunt̃ enĩ Volaterræ.
temporũ ductu: et quę impoſueris trahũt in ruinam. Et cauiſſe rę.
quidẽ oportet nequis ſupra imineat cõtiguus mons: quo occu
pato infeſtus hoſtis vrgeat: neve vlla ſubtendat̃ hoſti tuta pla
nities tanta: vt eo loci caſtra vallare ad obſidendum/aut aciem
ſtruere ad oppugnãdum poſſit. Vrbem cõdidiſſe Agrigẽtinam Agrigẽti
Dedalum legimus ardua in petra dificili aditu/vt tribus non na tribus
plus viris cuſtodiret̃ aptum pręſidiũ: modo nõ ęque paucis ob viris cu-
ſtruat̃ armis exitus atq; arceat̃ ingreſſus. Cingolum in Piceno ſtodiri
a Labieno cõditum/periti rei militaris vehemẽter cõprobant/ poterat.
cũ cęteras ob res: tũ ꝙ pleriſq; ferme oĩbus mõtanis oppidis Cingolũ
euenit/vt vbi cõſcenderis ęqua pateat dimicatio/id illic nõ ſit. oppidũ
Rupe enĩ educta et præcipiti refutant̃. Nec habet quidẽ hoſtis tutiſſimũ
qui agrũ vna circũ excurſione populari ac vaſtare ad arbitrium
poſſit: neq; oĩes vna obſidebit aditus: nec ſe iuxta caſtris poſi
tis tuto recipiet. Nec pabulatũ/lignatũ/ aquatum emittet ſine
periculo. Cõtra oppidanis ſit: nã ſubiectis ſubnexiſq; hinc atq;
hinc collibꝰ crebris iteriectis vallibꝰ habẽt qua eveſtigio egre
di laceſſere: atq; iprouiſum ad oẽm ſubitã ſpem et occaſionem
poſſint irrũpere atq; opprimere. Neq; minus ꝓbant in Marſis Biſſeium
oppidũ Biſſeiũ ipo in triuio cõfluentiũ hinc atq; hinc fluminũ: etiã oppi
atq; inde valliũ arcto ingreſſu/acceſſu difficili/aſperis/et inuijs dũ tutis.
circũſurgentibus mõtibus: ita vt neq; loco aſſidere hoſtis neq;
oẽs obſeruare valliũ fauces poſſit: oppidanis ad ſubſidia & cõ-
meatus recipiẽda atq; importanda/& ad laceſſendũ egregie ex-
peditis. ¶Hactenꝰ de mõtibꝰ. Qꝫ ſi plano poſueris loco: & vti Vrbs q̃
aſſolẽt ad fluẽtũ ita vt is quidẽ media fortaſſis ꝑuadat mœnia: mõ pla-
curato ne ab auſtro/aut in auſtrũ defluat. Nã illinc humiditas/ no in lo-
hinc frigiditas adaucta fluuij vaporibꝰ moleſtior infeſt. orq; p- co ponen
ueniet. Sin autẽ extra oppidi ſeptũ pręterlabet̃: pręſtãda erit cir da.
cũ regio/et quibꝰ eo ſit vẽtis aditus expeditior his muros obij
ciẽdos: fluuiꝰ habẽdus pone. In cęteris illud nautarũ faciet ad
rem ꝙ putant vẽtos quidẽ natura ſui admodũ ſubſequi ſolere
ſolẽ et orientales auras. Aiũt phyſici mane dici puriores eſſe:

Quales a diuerſis regioni- b⁹ auræ.

cadente ſole humidiores. Contra occidentales eſſe auras ſurgē te ſole ſpiſſiores: occidente leuiores. Quæ res ſi ita eſt / fluēta ad orientē atq; itē ad occidentē dimiſſa haud quaq̄ improbabunt. Nā cū ſole ipſo perueniens aura aut diſpellet ſiquid trans vrbē exhalarit vaporis nocui aut ſuo acceſſu minimum adaugebit. Poſtremo ad boream fluenta / lacū et eiuſmodi ſubtēdi maliq̄ ad auſtrū: modo ne ſit oppidū poſt vmbrā mōtis poſitum: quo quidē eſſet nihil triſtius. Si no cætera quæ ſupra diſſeruim⁹. Cō pertū habent auſtrū grauē quidē eſſe et natura moroſū: vt eius mole preſſis velis nauigia quaſi addito pōdere multo obmergā tur. At Borea cōtra mare proraſq; leuigari. Sed horū q̄duis prę ſtat ſubmotū eſſe ꝓcul q̄ aut imiſſum aut ad muros adiūctum atq; applicitū. Et ꝓferti reprobāt fluuiū q depreſſus ripis admo dū hirtis / ꝓfūdo alueo ſaxeo vmbroſoq; fluat: q̄ is q̄dē et po- tus det nocuos: et aerē inſalubrē: tū et a ſtagno paludeq; pigra et lutoſa lōge abfugiſſe oīno prudētis ac bene cōſulti eſt. Nō re peto cœli morbos qui infundūtur iſtinc inatas quidē habēt cū cæteras æſtiuas peſtes fœtoris culicū fœdiſſimorūq; vermiū et eiuſmodi. Tū & vbi altoqui terſiſſima ꝑpurgatiſſimaq; putes eſſe: illud nō deeſt vt quod de planis dixim⁹: multo iſta magis atq; magis hyeme a'geant: et ſub æſtu intēperanter ferueāt Po ſtremo iterū atq; iterꝫ ꝓuidiſſe oportet ne ſiue mōs ſiue rupes / ſiue lacus ſiue palus ſiue flumen ſiue fons ſiue quiduis horū ita ſe habent: vt hoſtē munire tutariq; aut vrbi et ciuibus affer re vlla ex parte incōmodum poſſit. Hæc de vrbium regione ac ſitu hactenus.

Auſter vē t⁹ grauis & moroſ⁹

¶ Vrbis ambit⁹ ſpaciū et āplitudo opidorꝫ atq; murorꝫ figurę. Rituales vrbiū vrbatiōes ſeu deſignatiōes et formę. Ca. III.

Ipſius vrbis ambitū et partiū diſtributionē intelligi mus ꝓ locorū varietate futurā eſſe oportere variam q̄nquidem mōtibus nō dari in prōptu eſt: vt ſeu ro- tundā ſeu quadrāgulam / aut quā aliā ꝓbes murorꝫ deſcriptionē poſſis ęque atq; aperto ī plano ducere. Veteres ar chitecti oppidis circundādis murorū angulos improbarūt: q̄ hoſtibus laceſſentibus magis q̄ incolis defendentibus opitulē tur: q̄ item ad machinarū iniurias tolerandas ſint nequaq̄ va- lidi. Et certe anguli ad inſidias atq; telorū miſſiones expugna toribus nonnihil cōferūt: vbi excurrēdi et ſeſe recipiendi facul

Anguli ī muris an cōferant.

tas preſtetur. Mōtanis tn̄ vrbibus ijdē maximo interdū ꝑſidio
ſunt: vbi ſe aduerſus viarū occurſus offerāt. Ad Peruſiā vrbem Peruſia.
celebrē / ꝙ vicos hac illac quaſi a manu diſpanſos digitos ꝑ ob
ductos colles porrigat: ſi volet hoſtis anguli frōtem petere nō
patebit illic vbi multa inceſſit manu / et quaſi aliqua ſub inſidē
te arce exceptꝰ / tela eruptioneſq; nō ꝑferet. Itaq; nō locis oībꝰ
circūdande vrbis vna eadēq; rō eſt. Poſtremo inquiūt veteres
vrbem atq; nauim haud quaꝗ̄ eſſe oportere tā amplā / vt vacil-
let vacua / aut nō ſufficiat plena. Sed alij ꝙ tutiorē putarint / cō
fertiſſimā voluere. Alij ꝙ optimā ſibi ſpē pollicerenť in poſte- vrbes ſpa
rum / laxioribus ſpatijs delectati ſunt. Alij fortaſſis celebritati tio quam
et nominis poſteritati cōſuluerunt. Nāq; vrbem quidē ſolis a maximę.
Buſiride conditā quā Thebem nuncupāt. CXL. Memphim cē- Thebe
tena et quinquaginta. Babylonē ſupra trecenta itē quinquagī- Mēphis.
ta. Niniuē bis ducēta atq;. lxxx. circuiſſe ſtadia ex veterū hiſto- Babylo.
riis cōperio. Et fuerunt qui tantū cōcluſerint areæ: vt intra ſe- Niniue.
ptum ex vrbis ſolo annua alimenta colligerēt. Hic ex vetere ꝓ
uerbio illud ꝓbarim qđ aiunt oīa vt nihil nimis: aut ſi in alte-
rā peccaſſe partē iuuet: hanc malim quæ ad auctū ciuiū numeꝝ
percōmode poſſit excipere: ꝗ quę ſuos honeſte nō capiat. Adde
ꝙ nō ad tectorū modo vſū et neceſſitatē vrbs habēda eſt: verū
et ita habēda vt a curis ciuilibus ad platearū / curriculorū / orto
rūq; et ambulationū et natationū et huiuſmodi ornamēta deli
tiaſq; grauiſſima pateant ſpatia et diuerſiones. Referūt veteres Mos an-
Varro / Plutarcus alijq;: ſolitos maiores vrbiū mœnia ritu et re tiquoꝝ ī
ligione diffinire. Iugatis enī bobus mare et fœmina diu auſpi- vrbe deſi
cato æneū aratrū trahebāt: fiebatq; ſulcus ꝓmigenꝰ: ꝗ̂ mœniū gnanda.
ambitꝰ deſignareť. Boue fęmella iteriore: maſculo exteriore ſe-
quebanť aratrū. Coloni patres glebas ſubmotas et ſparſas pro
ſciſſum in ſulcū refūdētes / incumulanteſq; neqđ diſſeminareť.
cū ad locos portarū ventū erat aratrū manibꝰ ſuſtinebāt: ꝗ̂ inta
ctū portaꝝ limē relinꝗreť. Ea re ꝑter portas totos murorū ābi
tus et opꝰ ſacratū ducebat. Portas ne appellare qdē ſacras erat
fas. Per Romuli tpa inquit. Dyoniſiꝰ Alicarnaſſeus / patres in-
choandis vrbibus ſolitos facto ſacrificio ignes ante tabernacu
la incēdere: eoq; ppl'm educere: vt expiationis gr̄a flāmas tran-
ſilirent. Pollutos nimirum ad eam rem ſacrā non admittēdos
arbitrabanť. Hæc illi. Alibi cōperio proſeminata puluere ex tel

lure alba quā purā nūcupant ſolitos ponendorū muroꝝ lineā

Pharos ab Alexādro deſignata.

deſignare. Et alexandrū in huius telluris locū/cū Pharon ꝓde
ret ꝙ pura defeciſſet farinā ſubieciſſe: quæ res vatibus futura
prędicendi occaſionē præſtitit: ꝙ iſtiuſmodi pręſagijs ꝑ nata-
les vrbiū dies annotatis certos putarent euentꝰ tēporum poſſe
predicari. Qui et apud Aetruſcos ritualibus libris docebantur
quænā forēt ex natali vrbiū die ſecula ſucceſſura. Id quidē non

Aetruſca diſciplina de vrbium die natali.

ſpectato cœlo dequa re ſupra ſecūdo diximus libro: ſed captis
ex præſentiū rerū argumentis atqꝫ coniectura. Sic eos ſcripſiſſe
meminit Cenſorius. Quo die vrbes conſtituanť/de his q eo die
nati ſunt: q diutiſſime vixerint die mortis ſue primi ſeculi mo-
dulū finire: eoqꝫ die qui eſſent reliqui in ciuitate: de his rurſum
eius mortē qui longiſſimā egiſſet ætatē finē eſſe ſeculi ſecundi
Sic deinceps tēpus reliquarū terminari: mitti a dijs portenta/
quibꝰ admoneremur quodqꝫ ſeculū eſſe finitū. Hæc illi. Tum et
addunt his argumentis Aetruſcos didiciſſe ꝑpulchre ſua ſecu-
la. Sic enī mandarūt memoriæ quattuor prima ſuoꝝ ſecula an
norū fuiſſe. C. Quintū. cxxiij. Sextū. xx. et. C. Septimū totidem
Octauū tū demū agi ꝑ tpa. Cæſarū. Nonū et decimū ſupereſſe.
Tum et ſecula ipſa qualia futura ſint nō ignorari arbitrabātur

Numa diem natalem cū vrbe Roma fertur habuiſſe.

hiſce inditijs. Romā quidē orbis imperiū habiturā ex eo conie
ctarunt: ꝙ qua die cōdita ſit ex natis per eā diē vnus regnū ade
ptus ſit. Hunc inuenio fuiſſe Numam Nā ꝯditā vrbem et natū
Numā. xiij. calendas maias meminit Plutarcus. At muro inci
ctam vrbē Lacenæ ꝙ nō haberent gloriabanť. Freti enī ſuoruꝫ
ciuiū armis et robore ſatis ſe quidē putabāt munitos eſſe legi-

vrbes muri ampliſſimis cinctæ.

bus. Aegyptij aūt Perſæqꝫ cōtra maiorē īmodū ſuas vrbes mu
rorū preſidijs muniēdas putarunt. Nāqꝫ cū alij tū et Niniues/
atqꝫ itē Semiramis murorū craſſitudinē ſuis eſſe vrbibꝰ volue
re vt iuncti currus ſupremā ꝑ operis amplitudinē traherentur
Altitudineqꝫ tāta eduxere/vt centenū excederēt cubitū. Apud
Tyrum alta fuiſſe mœnia pedes. CL. meminit Arrianus. Et cō
perti qui ne vnis tantū cōtenti fuerint mœnibus. Carthaginē-
ſes triplici vrbē cinxere muro. Deioces vrbem Cebatanā/tā etſi
eſſet in ædito poſita ſeptimo cinxiſſe orbe ait Herodotus. Nos
vero quādo ad tuendā ſalutē et libertatē hoſtibus aut fortuna
aut numero ſupantibꝰ potiſſima ineſſe ipſis in muris preſidia
intelligimus. Neqꝫ iſtos probamus/qui prorſus nudā volue-

rint vrbem eſſe:neq; illos qui omnem tuendi ſui ſpem/ipſa in mœniũ extructione poſuiſſe videant. Platoni tamen aſſentior. Nam eſſe quidem ciuitati cuius inſitum atq; innatũ/ vt ſingulis momentis temporis ſit periculis proxima captiuitatis:quãdo ita ſeu natura/ſeu hominũ moribus comparatum ſit:vt habendi terminos et cupiſcendi fines/nullius ratio ſibi neq; publice neq; priuatim præſcripſerit. Ex qua vna potiſſimum re armorum omnis iniuria oborta eſt. Quæ ſi ita ſint/vtiq; cuſtodibus cuſtodias/et munitionibus munitiones addendas quis negabit? Cæterũ quod alibi dixim⁹/omniũ erit capaciſſima vrbs/ quæ ſit rotũda:tutiſſima quæ ſinuoſis anfractibus murorum obuallletur:qualẽ fuiſſe Hieroſolimam ſcribit. Tacitus. Nõ enim ſine diſcrimine hoſtem intra ſinus/aut certa cum ſpe frontibus machinas admoturũ ſtatuunt. Cõmoditatibus tamen ipſo ex oppido capiendis proſpiciemus:quam rem pro locorum opportunitate et neceſſitate feciſſe veteres aduertim⁹. Namq; Antiũ quidem vetuſtam vrbem latinam ad littoris ſinum amplexandam/oblongum fuiſſe ex veteris ruine reſiduis apparet. Carræ ad Nilum quoq; oblongũ tenduntur. Polumbotram vrbẽ Indorum in Graſijs longam fuiſſe ſcripſit. Megaſthenes ſtadia. lxxx. latam.xv. diſtentam ſm fluuium. Quadrangulum habuiſſe murorũ ductum Babylonẽ. Memphim vero in delta litteræ modum perfinitã referunt. Deniq; quãcumq; probaris ambitus deſcriptionẽ/ſat pro rei neceſſitate prouiſum putat Vegetius:ſi tã latos poſueris muros/vt ꝓpulſatores armati mutuo ſe obuia excurſione non impediant. Si excitarimus tam altos/ vt ſcalis admotis tranſcendi nequeant. Si ita calce ſtructuraq; firmarimus/vt arieti machiniſq; nõ cedant. Etenĩ machinarũ duo ſunt genera. Vnũ/quo ictu impulſuq; proſternũt opus. Alterũ quo ſuffodiunt muros atq; ſubruũt. Vtriſq; magna ex parte ꝓuidebitur nõ muro magis q̃ foſſa. Nã murũ iſtic niſi ab infima aqua aut firmo a lapide perductũ nõ ꝓbant:ſed ipſã foſſã et latam et admodum profundam exigũt. Nam ea quidẽ teſtudinẽ et turri ambulatoriã et iſtiuſmodi excludet:ne admoueri iuxta queant. Et inuenta aqua aut ſaxo omnis cuniculorũ agẽdorum conatus fruſtrabitur. Eſt apud militares quæſtio/foſſã ne præſtet aqua repletã habere:an ſiccam præferant. Incolarum enim valitudini/non in poſtremis conſulendũ ſtatuũt: tum et

Hieroſolima ſinuoſis ãfractib⁹ murorum oli tutiſſima

Vrbes lõgiſſimæ.

Antium.

Carræ.

Polũbotra.

Babylo vrbs quadrãgula.

Mẽphis triãgula.

hanc probant/in qua ſiquid miſſilium impetu corruerit/illico id tollere et purgare poſſis cōmode: ne iſtinc aggeratus ingreſſus hoſti relinquatur.

De mœnibus propugnaculis/turrib⁹ & portis. Caput. IIII.

Quō muri ſūt ponendi.

Sed redeo ad mœnia. De his ducēdis ſic monent veteres/interuallo vigenū pedū interpoſito duo intrinſecus muri fabricitētur: deinde terra ex foſſis egeſta intermittaī/vectibuſq; denſeī: tollēturq; muri iſtiuſmodi ita vt de plano ciuitatis ad ſimilitudinē gradus quaſi cliuo molli vſq; ad ꝓpugnacula poſſit aſcēdi. Alij ex foſſa inquiūt exemptā tellurē ꝓ aggere ad vrbis ambitū ponito: murūq; vnū ab ipſo foſſę alueo tollito craſſitudine vt terrę ſupurgētis on⁹ perq̄ valde ſuſtineat. Ab hoc item aliū intra vrbē verſus murum educito celſiorē a prioriq; diſtantē ſpacio nō anguſto: ſed quāto illic facta acie cohortes habeāt ſpacia dimicādi expedita Muros itidē ab exteriore ad interiorē murū trāſuerſos interiacito: quorū nexu et adminiculo primarij inter ſe his iunctideti neātur: et telluris intermiſſę vim vrgētem perferāt validi⁹. At nos quidē præter hęc eos muros ꝓbam⁹: qui ita ſtatuanī vt ſi tādem impetentiū machinarū vi ſternanī habeāt ſubſtitutum areę ſpaciū: quo loci mōtes aſſideant: et foſſas ruina ſui noncōpleant.

Vitruui⁹

In cęteris perplacet Vitruuius. Opus inquit muri ſic faciūdum cēſeo: vt ei⁹ per craſſitudinē tabulę oleaginęę vſtulatę pq̄ creberrimę interſtruātur: vt vtreq; muri frōtes inter ſe quēadmodū fibulis liſtaleis colligatę ęternā habeāt firmitatem.

Muri plateenſes.

Huiuſmodi ferme a Peloponeſſib⁹ obſeſſi Plateenſes obieciſſe hoſtib⁹ murū refert Tuchidides. Nā laterculis quidē ligna intermiſcuere atq; multo firmauere. Et muris om̄es inquit Cæſar apud Gallias hac fere forma ſunt. Trabes directæ ꝑpetuæ in lōgitudinē parib⁹ interuallis diſtātes īter ſe introrſus reuinciūtur: & grādib⁹ ſaxis effarciūtur: ita vt trabs trabē non cōtingat: hmōi ordinib⁹ coagmētandis iuſtā muri altitudinē explēt

Muri gallici ex deſcriptiōe Ceſaris.

Id opus & ſpecie nō deforme/et ad defenſionē eſt validū: nam ab incendio lapis/et ab ariete materia defendit. Haſce in muris cōnexiones ſunt q nō valde ꝓbēt: nāq; aiūt quidē calcē & materiē diu nō cōuenire q̄ vraī & abſumaī ſalib⁹ ardoreq; calcis. Tū ſi erit vt miſſilibus machinarū opus impetat fiet inquiunt vt vniuerſi muri ꝯnexa exaggeratio quaſſata ꝯmoueaī: et vna

omnis ad ruinã reddat̃ prona. At muros cõtra miſſilium iniu-
rias ſic pulcherrime firmari arbitramur. Anterides baſi triãgu Anteri-
la vno in hoſtes angulo ꝓiecto denũ interuallo cubitoꝝ inter des q̄mō
ſe diſtantes p muri directiones excitabimus: & arcus ab his ad excitãde.
alteras interducem⁹atq; teſtudinabimus. Et interuacua quæ il
lic veluti ſcaphæ relictę ſũt/ſubacta paleis argilla vectibus dẽ-
ſantes ꝯplebim⁹. Fiet hic vt tormentoꝝ vis & impetus appel-
lẽs lentitudine fruſtretur argillæ. Fiet etiã vt nõ niſi ſparſim &
ilico obſtruendis feneſtris murus tormẽtoꝝ aſſiduitate queat
debilitari. Apud Siculos pumicis copia perpulchre id p̄ſtabit:
quod iſtic q̄rimus. Alibi pumicis et argillæ loco nõ incõmode
vtũtur tofo. Gypſũ etiã huic opi nõ recuſabim⁹. Demũ ex his
ſiquid adſit/quod humoris auſtro nocturniſq; vaporibus obie
ctũ ſit/id lapidea cruſta atq; tectura veſtiatur. Et imprimis iu-
uabit ripã foſſe exteriorẽ paulo ponere elatiorẽ accliuitate q̄ cę
terũ agri ſolũ eſt. Sic enĩ miſſiliũ deſtinationes muros vrbis nõ
attingẽt: ſed ſupuolabũt. Et ſunt qui murũ cõtra machinamẽ-
ta miſſiliũ tutiſſimũ putent eũ: qui lineamento ita ducatur/vt
ferrę denticulos imitet̃. Atqui placẽt ad vrbẽ Romã muri: qui-
bus decurſoriũ ad mediã altitudinẽ ineſt. Suntq; p murũ aptis
locis relictę fiſſure/vnde furtĩ a ſagittarijs incautus et ꝓperãs
hoſtis ſautietur. Et ad murũ turres quĩquagenos in cubitos q̄-
ſi anterides adigendę ꝓdeuntibus in rotundũ frontib⁹et ꝓce-
ritate celſiores muro: vt qui ꝓpius applicuerit miſſilibus nudũ
obijciat latus et cõficiatur. Sic enĩ et murus a turrib⁹/et turris a
turre mutuo defendetur. Turres quo latere vrbẽ ſpectãt/muro Turres.
nudatas ponito et apertas: ne hoſtem fortaſſis ĩmiſſũ ꝓtegãt.
Turribus muriſq; coronæ et decori ſũt/et firmitatẽ ex nexura
afferunt: et admotarũ ſcalarũ irreptiones ꝓhibent. Sunt qui p
muros ſub ipſis præſertim turribus intermiſſa præcipitia relin
qui velint/et muniri pontibus ligneis: qui confeſtim aut redu
cti/aut deiecti prout res exigat vſui aut ſaluti ſunt. Ad portarũ Portæ.
vtrũq; latus/veteres aſſueuere geminas grãdiores turres p̄ſti
tuere multa ſui parte ſolidas: quę veluti brachia ſinus fauceſq;
ingreſſus foueant. Turribus nulla teſtudo ſed lignea tabulata
interſtruãtur: quæ vbi opus ſit et reuelli et igne abſumi queãt.
Turriũ tabulata clauis fig: vetant: quo maturius poſſint hoſte
peruincente deturbari. Tecta et receſſus non deerunt: quib⁹ ex-

cubiæ hybernas pruinas et eiuſmodi tēporū iniurias tolerent.
Propugnaculis pendētia ſubſint foramina: quibus lapidē & fa
Valuę co ces in hoſtē et aquā etiā ſiquid portā incenderit fūdas. Valuas
rio et fer= corio et ferro tectas ab igne vindicari ꝓdicāt. De his hacten⁹.
ro tegēdę

## ¶ Viarum tā militariū q̄ vrbanarū proinde et aliarū rerum magnitudo: forma et ratio. Capitulum. V.

POrtarum ratio pro viarū militarium numero haben
da eſt. Nā viarū quidē aliæ militares : aliæ nō milita=
res. Non hic illa iuriſconſultorū ꝓſequor: vt actus iu
mentorū iter hoim hri gratia viā vtrūq; cōplecti ſta=
tuam. Sunt quidē militares qua in ꝓuincia proficiſcimur cum
exercitu atq; impedimētis. Ergo militarē nō militarib⁹ multo
eſſe ſpacioſiorem oportet. Et aduerti aſſueſce veteres ponere vt
Viæ lati= eſſent cubitos nuſquā minus octo. Ex lege.xij.tabularꝫ viā ſic
tudo ex finiūt: vt quę in porrectū ſit latitudinē habeat pedes.xij. Quæ
xij.tabu= in anfractum ideſt vbi flexū eſt.xvj. Non militares ſūt quibus
larū con= a militari egredimur aut in villam oppidū ve: aut æque aliā in
ſtitutiōe. villam militarē: vti ſunt per agrū actus: per vrbem d uerticula
Eſt prætereaviarū quoddā genus/quod quidem plateæ naturā
ſapiat: vti ſunt quę ad certos aliquos vſus habeant pręſertim
publicos: puta quæ in tēplum/in curriculum in baſilicam du=
Via mili= cat. Viarum militarium ductus non eoſdem ipſum per agrum
taris eſſe atq; intra vrbem oportet. Extra vrbē omnino ſeruāda hæc
ſunt: vt patula et apertiſſima ad omnē circūaſpectum ſit: vt im
peditionib⁹ cum aquarum tum ruinarum ſit libera et expedi=
tiſſima: vt latronibus ad inſidias captādas nullæ penitus late=
bræ nulli ſeceſſus relinquant: vt in eā non paſſim vnde vis adi
tus ad populationes pateāt. Poſtremo vt directa breuiſſimaq;
ſit: oīm erit breuiſſima non vt illi quæ rectiſſima: ſed quæ tutiſ
ſima. Maloq; ꝓlixiorē paulo q̄ parum cōmodam. Sunt qui pu
tent agrum priuernatem eſſe tutiſſimum q; cum profundæ vię
quaſi dimerſæ foſſæ perſeccent ingreſſu ambiguæ ꝓgreſſu in=
certæ et minime tutæ: ripis extātibus: vnde hoſtis facile poſſit
obteri peritiores tutiſſimam putant: que coequatum per colli=
culorum dorſum agitur. Proxime ad hanc accedit quæ ex vete
re more extructo aggere medios per campos dirigitur. Quin &
illam veteres ea de re aggerum nūcuparunt: et protecta ſic per=
ducta multas de ſe prebebit cōmoditates: nam cum ex proſpe=

etus amenitate per celſam exaggerationem ambulantes viato
res ab itineris labore & moleſtia plurimum leuentur:tū et mul
to intereſt hoſtē longe præuidiſſe:et habere qui poſſis infeſtuꝫ
vrgentem aut modica manu diſtinere:aut nulla tuorum iactu
ra ſi ſuperet cedere:et ad rem ſit quod ad viā portuenſem anno
taui.quādo enim Aegypto/Affrica/Libya Hiſpanijs Germa
nia inſulis hominū ingens numerus:mercium maxima vis cō
fluebat:ſtratam effecere duplam:et in medio lapidū ordo emi=
nens vti limes extabat pedem/vt prodirent altera:redirent al=
tera vitata properantium offenſione:huiuſmodi eſſe militarē
viam extra vrbem oportet/expeditam directam atqꝫ tutiſſimā
Cum ad vrbem applicuerit ſi erit ciuitas clara et prępotēs vias
habere directas ampliſſimas condecet:quę ad dignitatem maie
ſtatemqꝫ vrbis faciant.Sinautem erit colonia/aut oppidum tu
tiſſimos pręſtabit aditus : ſi non expedito in portam rectabit:
ſed in dextram aut ſiniſtraꝫ prope mœnia ac preſertim ſub ipſis
murorum propugnaculis diducetur.intra vrbem vero non di=
recta/ſed fluentū more in hāc atqꝫ in hāc/atqꝫ iterato in hāc ip=
ſam eſſe partem molli flexu ſinuoſam condecet.Nam pręter il
lud ꝙ ea quidem vbi prolixior videbitur:illic vrbis amplitudi
nem opinione adaugebit : profecto vehementer quoqꝫ cōfert
ad gratiam ad vſus cōmoditates/ad temporumqꝫ caſus/et ne=
ceſſitates.Etenim et quanti erit hoc et rectantibus ad ſingulos
gradus:ſenſim nouæ ædificiorū facies obijciātur:vt cuiuſqꝫ do
mus egreſſio et proſpectus ex media viæ ipſius amplitudine di
rigat̃:vt cum alibi nimia laxitas indecora ſit et etiā inſalubris:
hic ipſa quoqꝫ vaſtitas coducat. Vrbem Romam ſcribit Corne
lius/dilatatis a Nerone vijs effectā feruidiorem:et ea de re mi=
nus ſalubrem:alibi contra in arctis viarum crudeſcunt : eſtate
nunquā erit nō vmbroſa:nulla itē aderit domꝰ quā nō diei ra=
dius ingrediat̃.Et aura nunq̄ erit imunis.Nā vn̄ vis mota ap=
pulerit rectā & magna ex p̄te expeditā p̄terfluēdi areā inueniet
Et ventos eadē nunq̄ infeſtos experietur:illico enim retundē=
tur parietum obiectu.Adde ꝙ ſi ingredietur hoſtis : non minꝰ
a fronte atqꝫ lateribus/q̄ a tergo laceſſitus periclitabitur.

Nero vr= bē Romā dilatatis Vijs ferui diorē red didit.

¶De militaribus hactenꝰ:nō militares haſce imitabunt̃ ni for
taſſis hoc interſit ꝙ iſtic quidē ad lineā directe ſi erunt:cum an
gulis parietū et partibꝰ ędificiorū magis cōuenient. Sed intra

Viȩ colla vrbē placuiſſe cōperio veterib⁹ vias adeſſe aliquas inextricabi
terales & les atqꝫ aliquas nullius exitus quas ingrediēs hoſtis noxiusve
minutio= anceps ſuiqꝫ diffiſus heſitet: aut ſi eſſe audacior perſeueret: ma=
res. ture periclitet̃. Eſſe et minutiores vias cōferet / nō in longū ꝓ=
ductas: ſed in primā tranſuerſam viā terminatas: vt quaſi non
publicū expeditūqꝫ iter: ſed potius obiectȩ domus aditū ꝑbeāt
nam id et domib⁹ lumina paratiora: et vrbi quā volunt hoſti=
Platonis lem excurſionē impeditiorē ꝑſtabit. Vicis intra vrbē diſparſis
ſnia de vi et minime cōtinuis habitā fuiſſe Babilonē ſcribit Curtius Pla
cis vrbiū. toni cōtra nō vicos modo ſed parietes etiā domorū haberi cō=
iunctos placuit idqꝫ opus vrbi eſſe ꝓ muro voluit.

¶ De ligneis / lapideiſqꝫ pontib⁹: eorū pilis fornicibus / arcub⁹
pilis angulis / ripaꝝ ſubicibus / cuneis ſeu ſpinis arcub⁹ / anſis /
ſtratura et faſtigiatione. Caput. VI.

POns quidē potiſſima viȩ pars eſt. Pōtis habendi lo=
cus erit idoneus nō oīmis. nā prȩter id ꝙ nō extremū
Pons vbi ſeclusumqꝫ in angulū paucorū cōmoditatibus relin=
locādus. qui: ſed medias in regiones vſibus vniuerſorū patere
pontē cōuenit. Profecto locādus is quidē erit / vbi et facile po=
nere: & impēſa nō grauiſſima ꝑficere: et ȩternū futurū ſperaſſe
liceat. Captāda igit̃ vada nō ꝓfundiora: nō abruta: nō incerta:
nō mobilia. ſed coequata et māſura. Vitādi vortices / gurgites /
voragines et eiuſmodi: ꝗ mala per fluenta verſant̃. Vitādiqꝫ in
ꝑrimis anfractib⁹ riparū cubiti: cū cȩteras ob res ſunt eni iſtic
ripȩ vt videre licet ruinis obnoxiȩ: tū ꝙ per eos ipſos cubitos
alluuionū tempeſtatib⁹ rapta ex agris materia et trūci et ſyluæ
non recto expeditoqꝫ lapſu deuehūtur ſed obuerſantur: aliaqꝫ
alias retartādo glomerātibus cōgruūt: vaſtūqꝫ coactȩ in cumu
Pons li= lum hæreſcūt pilis: vnde fauces arcuū obſtipatæ ſuccūbūt quo
gneus. ad mole prȩſſantiū aquarū deturbat̃ opus / atqꝫ diruit̃. Sed ſunt
pontiū alij lapidei / alij lignei. De ligneis prius ꝙ opere ſint fa=
ciliores: poſt de lapideis tranſigemus. Vtrūqꝫ firmiſſimnm eſſe
oportet. Ergo is multa et valida lignorū copia corroborabit̃.
Mos Cæ Quā ad rē pulchre exequēdam / illud Cȩſaris maiorē in modū
ſaris in cōfert. Nam pōtis quidē efficiēdi rationē ſic inſtituit. Tigna bi
pontis na ſexquipedalia paululum ab imo præacuto dimerſa ad alti=
aſtructio tudinem fluminis / interuallo pedum duoꝝ inter ſe iungebat.
ne. Hȩc cum machinationibus immiſſa in flumen defixerat: figi=

ſticiſq; adegerat nõ directe ad perpẽdiculũ/ſed ꝓna ac faſtigiata:vt ſm naturã fluminis procũberẽt. His item cõtraria duo inter ſe ad eundem modũ iuncta:interuallo pedũ quadragenũ ab inferiore parte cõtra vim atq; impetũ fluminis cõuerſa ſtatuebat. Hęc vtraq; vti diximꝰ cõſtituta bipedalibꝰ trabibus ſuperimmiſſis iungebat longis quãtũ inſtitorũ tignorũ iunctura diſtabat. Huiuſmodi autẽ imiſſæ trabes binis vtrinq; fibulis ab extrema parte deſtinabãtur:quibꝰ diſcluſis atq; in cõtrariã partem reiunctis/tãta erat operis firmitudo atq; ea rerũ natura:vt quo maior vis aquę ſe incitaſſet/hoc arctius colligata tenerent iuga. Hæc materia iniecta cõtexebãtur longurijs:cratibuſq; cõſternebantur:ac nihilo ſegnius graciliores trabes quas ſubijciendo ſubucas nũcupãt/ad inferiorem partẽ fluminis obliquæ agebãtur/quo pro ariete ſubiectę/et cum omĩ opere coniunctæ vim fluminis exciperẽt. Et alię item trabes ſupra pontem extabant fluuio mediocri ſpacio infixę:vt ſi arborũ trunci ſiue naues deijciẽdi operis cauſa eſſent a barbaris miſſę:his defenſoribus earũ rerũ vis minueretur:neu ponti nocerent. Hæc Cæſar. Non ſit ab re qđ apud Veronam aſſueuere ligneos pontes inſternere ferreis virgis:ea præſertim parte qua redam et carros trahebãt. ¶ Sequit̃ lapideus pons:eiꝰ ptes hę ſunt. Subices ripariũ pilę:fornix inſtratura. Inter ſubices riparũ atq; pilas hoc intereſt:ꝙ hę valido penitus obnixu perſtent neceſſe eſt. Nam ad ſuſtinẽda modo ſuperiniectę forni is põdera vti et pilę:verum et amplius ad prima põtis capita et arcuũ vim arcendam et cõtinendã nequid pandãr. Ergo eligẽdæ ripæ vel potius rupes lapideę nãq; obfirmiſſimæ:quibꝰ pontis capita cõmittas. Pilarũ numerus ad fluuij latitudinẽ referetur. Arcꝰ ipares cũ delectant numero:tũ et cõducũt firmitati. Nam medius fluenti curſus quo a cohertione riparũ remotior eſt/eo et liberior:et quo liberior/eo et cõcitatior atq; ipetuoſior deuoluitur. Ergo is quidẽ linquẽdus eſt vagus:ne pilarũ firmitati officiat illuctãdo. Et locandę per fluuiũ pilæ quidẽ ſunt/vbi caſtigatiores et vt ita loquar deſidioſiores vndę ꝑterlabãtur. Huius argumenta loci dinoſcendi alluuiones mõſtrabũt:alioquin ſic rem captabimus. Eos enĩ imitati qui nucem flumine ſparſere: quibꝰ collectis obſeſſi veſcerẽtur/perpetuũ fluminis tranſitum ſupra longe ad paſſus puta mille quingentos:quo prẽſertim tẽpore Pons lapideus.

fluuius excreuerit: quippiam tale quod aquas ſupernatet deiſ-
ciemus. Inditio erit aquas maiore illic ſe cōcitare impetu: quo
loci quæ ieceris plurimum conueniant. Ponendis igitur pilis
hunc vitabimus locum: eum captabimus ad quem iacta ra-
riora tardioraq; deuenerint. Mina rex cum ad memphim pō-
tem facere inſtituiſſet: Nilum deduxit alio per montes: abſo-
lutoq; opere ſuum in alueum reſtituit. Nicoris Aſſyorum regi-
na paratis omnibus quæ ad pontem inſtruendum facerent: ef-
foſſo lacu ampliſſimo fluuium diuertit eo: atq; interea dum la-
cus impletur ſicco fluminis alueo pilas extruxit. Hęc illi. ¶ At
nos ſic rem ꝓſequemur. Pilarũ fundamēta per autumnũ aquis
deficiētibus ſiſtētur: ſepto circũacto. Septi faciundi modus hic
eſt. Pali nō infrequētes duplici ordine figũtur: vt capitibus ab
aqua emergãt in vallorũ ſpeciẽ: obducũturq; introrſum ad pi-
las pro vallorũ ambitu crates: et cōplentur ordinũ interualla:
alga et luto: inſpiſſanturq; cōculcatione q: influere amplius aqua
nequicq̃ poſſit. Moxq; intra ſinum ſepti reſident: ſeu aqua ſeu
pręter aquam limus harenave ſit ſeu quid aliud operi incōmo
dũ ſit eximitur. Cętera perficiũtur vti libro ſuperiore perſcripſi-
mus. Ad ſolidũ enī defoditur: vel potius palis pręuſtis ſolũ ar-
ctiſſime cōſpiſſantur. Iſtic aduerti egregios architectos aſſueſſe
perpetuo pōtis ipſius tractu perpetuã ſubſtituiſſe baſim eã effe-
cere nō vna oēm clauſo flumine vnico ſepto. Sed additamētis
nouiſſima iam tũ poſitis adigendo. Tota enī vis aquę oīno ar-
ceri et cōtineri nequicq̃ poteſt. Ergo ſinenda fluēto dum opus
ducimus ęſtuaria ſunt quibus laſſeſcat contumacia ꝓturgentiũ vn-
darũ. Aeſtuaria iſtęc aut ipſo in vado aperta dimittent aut vbi
cōferat parabũtur formę lignee/et canales penſiles/quibus exu-
berans fluētis aqua ſuperfluēdo labat. Quod ſi tantę piguerit im-
pēſe ſingulis baſis pilis baſes ponito ſimplices vt ſint ex libur-
nę ſimilitudine oblōgę prora et puppi in angulũ ꝓmiſſa & p-
finita atq; ſm aquę ipſius decurſum ad lineam dirigito/vt pręp-
potentiũ aquarũ vim diſpartiũdo comminuant. Meminiſſe
oportet vndas puppibus pilarũ q̃ proris eſſe infeſtatiores. Id
mōſtratur ex ea re q: ad puppes pilarũ fecũdior illuctatur aqua
q̃ ad proras. Tum et viſuntur illic gurgites in ꝓfundum exca-
uari: cum proræ ipſæ alueo harena oppletiore perſiſtant. Quæ
quom ita ſint has eſſe partes in oīni operis mole munitiſſimas

Mina rex

Nicoris regina.

Baſis pilarũ quo modo aſtruēda.

et ad tolerandas aquarũ aſſiduas moleſtias firmatiſſimas opor
tet.Ad rem igitur vehementer confert/ſi profundum opus ip=
ſum pedamenti multo quaq; verſus et maxime ad puppim ꝑ=
tendetur quoad etiã quouis caſu ſubdẽpta pedamentoꝝ par
te/multa ſuperſint quę oneri pilarũ ferendo nõ deficiant.Con=
fertq; in primis q̃uis baſim iſtic ipſo a primordio ꝑducere inac
cliue:vt aquę ſuperuadẽtes nõ prerupto irruãt:ſed lapſu mol
li facile dilabiť. Nam precipiti cadens aqua fundum cõmouet/
et inde facta turbidior aſportat cõmota:et locũ momẽtis exca=
uat. Pilas aſtruemus lapide q̃ id queat pręgrandi longitudine Pilę qb⁹
et latitudine eximia:q natura ſui gelicidijs reſiſtat:et aquis nõ reb⁹aſtru
maceretur:neq; alioquin facile diſſoluať:neq; faceſcat ſub one endę.
re:coagmentabitq; omni diligentia ad regulã/ad perpendiculũ/
ad libellã nexuris nunq̃ intermiſſis/in lõgum/in tranſuerſum
iuncturis mutuo complicitis ſpreta omni minorum lapidum
infractura.Adigenturq; ex ęre acus et anſę crebrę eorum locu
lis ita preſſis et ita diſpoſitis vt vlceribus non debilitentur la=
pides:ſed firmentur captu:tolleturq; in altum opus prora et
puppi angulari:toto vertice eminenti vſq; etiam exuberantes
alluuiones pilarum frontes ſuperet.Pilarum craſſitudo ad põ
tis altitudinem erit ſub quadrupla.Fuere qui non in angulum
proras iſtiuſmodi et puppim ſed emiciclo finierunt ductos cre
do liniamenti venuſtate.Et ciclum tametſi habere anguli vi=
res dixerim angulum tamen iſtic in primis probo: modo non
ita acuminetur:vt ad omnes leues iniurias decuſſatus dehone
ſtetur.Quin et is quidem ciclo decuſſatus/detonſuſq; placebit:
ſi erit non ita obtuſus relictus et impetentis vndæ celeritas in=
fenſa reſiſtet.Iuſtum pilis angulum ſtatuemus fore cui rectus
angulus ſexquitertius ſit: aut ſi minus delectet ſexquialter.
Hæc de pilis.¶Ad riparum ſubices ſi quales optamus na=
tura loci non præſtabuntur: pilarum opere firmabimus:no=
uiſſimaſq; ad ripam pilas ipõ in ſicco arcuſq; aliquos protende Fornices
mus:vt ſi quid forte vndarũ aſſiduitas tempeſtatum ſucceſſu et arc⁹ põ
ex ripa abſterſerit/via tamen producto in agrũ ponte minime tiũ:obfir
interſecetur. Fornices et arcus cum cæteras ob res : tũ propter matione
acres et nuſq̃ intermiſſas carrorũ intremitationes eſſe oportet mirifica
per q̃ egregie validas et mirifice obfirmatas. Adde q̈ interdũ ſubſtitui
trahenda per pontem ſunt vaſtiſſima fortaſſis põdera coloſſo. debent.

rum obeliſcorū et eiuſmodi: vtq; Scauro limitarem lapidē trahenti euenit: redemptores publici damna infecta metuāt: ea re pons et lineamento & omni opere ad perpetuitatem erit accomodandus contra carrorū incuſſiones crebras atq; moleſtiſſimas. Deberi pontibus integros lapides pręgrandes inducit ratio: facile vt aſſentiamur incudis exemplo. Nā ſi grādis et perinde grauis illa quidem ſit: malleorum incuſſationes facile ſuſtinet. ſed ſi leuior. ictibus reſultat et cōmouetur. Diximus fornicem arcubus complimentiſq; contineri: et arcum eſſe firmiſſimum eum qui ſit rectus. Quod ſi ex pilarum diſpoſitione ita reſpōdeat rectus: vt eius nimirum procera incuruitate offēdare: vtemur cōminuto: riparum ſubicibus maiori craſſitudine multo confirmatis. Deniq; arcus quiuis qui ad fornicis iſtius frontes extabit coaptabitur ipſo ex lapide præduro & pręgrādi nihiloſegnius q̄ is quem pilis mandandum duxeris. Et ne erunt quidem gratiliores in arcu lapides: q̄ vt craſſitudine ad cordam ſui ex decupla reſpondeant. Corda ne erit quidem longior q̄ vt ad pilæ craſſitudinē ſexcupla: ne breuior q̄ vt quadrupla reſpōdeat: aderunt quę ad cuneos iſtiuſmodi mutuo innectēdos acærei inſiti: atq; anſæ minime inualidæ: tū ad arcū ſupremus cuneus qui ſpina dicitur, erit cum ad compares lineas cum cæteris dolatus: tū habebit amplius quippiā altero ſui capite craſſitudinis: quo non niſi fiſtigica inſeri: et leui ariete poſſit intrudi Sic enim ſubinde reliqui per arcum ſubiecti cunei arctius perſtricti conſtantius in officio perdurabunt. Complementa omnia interſtruentur lapide quo null⁹ integrior nexura, qua nulla ꝯiunctior afferri poſſit. Quod ſi firmiſſimi lapidis copia vſq; non ſuppeditabit complementis perficiundis imbecilliores ꝑ neceſſitate non recuſabo modo toto ipſius fornicis dorſo ſpina et vtrinque contigui ad ſpinā adacti ordines nequicq̄ niſi ex præduro lapide aſciſcātur. Sequitur vt inſternatur id opus nō magis pontibus q̄ perpetuis quidem vijs denſandum eſt ſoluꝫ inſpargendumq; glarea, ad cubiti craſſitudinem: poſt ſuperinſtruendus lapis fultu harenæ purę fluuiatilis aut marinę. Pōtibus autē ſubſtratura et ſolū cementio opere ad ſui arcus parē craſſitudinē erit coequandum. Poſt id quæ inſtraueris calce fulcienda ſunt. In ceteris par ambobus erit ratio. Nā munientur quidem latera ſtructura firmiſſima, et ſuperinſternētur lapide,

Arcus.

nec puſillo/nec volubili: qui leui appulſu duellatur: nec item ampliſſimo adeo vt illic veluti in lubrico ꝓlabi iumentũ ſi ceperit ruat: priuſq̃ fixurã inueniat vbi vngula reſtitet. Atq plurimũ quidẽ intereſt quo inſternãtur lapide: aut quid putas longo et aſſiduo iumẽtoꝝ rotarũq; attritu fieri: quando formicas ipſũ ꝑ ſilicẽ pedũ attritu excauaſſe callẽ admoneamur? Sed veteres aduerti: cũ alibi: tũ ad Tiburtinam viæ mediũ ſiliceo lapide inſtrauiſſe. Latera vero hinc atq; hinc operuiſſe glarea minuta. Id quidẽ quo iſtic rotę inſtrata corrũperent minus recuteret iumentoꝝ vngulas: alibi et præſertim pontibus ſublatos lapideis gradib⁹ toto põtis tractu calles habuere ad ſpõdas quib⁹ ambularent pedites nitidius. Mediũ aũt plauſtris equitibus ue relinqueretur. Cæterũ veteres huic operi ſiliceũ lapidẽ egregie ꝓbauerũt. Inter ſilices fiſtuloſus ɔmodior: nõ quia durior ſed quia veſtigijs minus lubricus. Qualicũq; dabitur lapide ꝓ rerũ copia vtemur: modo præduriſſimi ſeligant̃ quibus ea ſaltẽ vię pars inſternatur: quã potiſſimũ iumenta reptãdo petant. Et petunt quidẽ æquabiliorẽ: accliuiorẽ penitus recuſãt: poneturq; ſeu ſilex/ſeu quiuis lapis latus/cubitu; craſſus ne minus pede. Suprema ſuperficie æquabili/lateribus cohærentib⁹ nullis intermiſſis hiatibus diſpoſitus ad faſtigiũ quo exceptus iber diffundatur. Faſtigiatio triplex. Nam aut in mediũ ſtratæ decurret accliuitas ꝙ latioribus debet̃ vijs: aut in latera ꝙ arctiores minus impedit: aut rectã ꝑ lõgitudinẽ perducet̃. Iſta quidẽ moderantur prout cloacarũ riuulorũq; exitus in mare: in lacum: aut in fluentũ ꝓſtant̃. Iuſta erit faſtigatio binos in cubitos digitum ſemis. Aduerti veterũ accliuia q̃bus in montes aſcenderẽt triginta quouſq; in pedes pedẽ faſtigiaſſe vnũ. Et locis nõnullis vtputa ad pontiũ capita viſuntur faſtigiata altitudine vt ſit ſingulos in cubitos palmo: ſed ſunt ea quidẽ breuia: quæ onuſtum iumentũ vno innixu præteruolet. Faſtigiatio.

De cloacis earum vſu: & ſpeciebus: deq; fluminibus et foſſis aquarijs nauigijs deſeruientibus. Capituũ. VII.

Cloacas ad opus viarum ſpectare arbitrantur: ꝙ ſubtermedias per vias ducendæ ſint: ꝙ ad inſternendas/coæquãdas/purgatioreſq; reddẽdas vias ꝓferãt. Has ea de re hic nõ negligamus. Eniuero cloacã quid eſſe ego aliud dixerim q̃ põtem/vel poti⁹ arcũ aliquẽ lõge latiſſimũ. Cloaca quid.

nimirũ idcirco in his cloacis ↄſtituendis quæ hactenus de põte ipſo aſtruendo receſſimus: oĩa admodũ obſeruabunt. Atq; cloacarum quidẽ uſũ veteres tanti fecere: ut in nullo ope abſoluẽdo tm̃ impenſæ et diligẽtię adhibuiſſe uſpiã videãtur. Cloacas inter mirifica urbis romæ opera primas annumerant. Nõ hic inſiſto quãtas afferant cloacæ cõmoditates ad urbis lautitia; ad publicarũ priuatarũq; ædium mũdiciem ad aeris ſalubritatem et ſinceritatẽ nõ inficiendã.

Smyrna. Smyrnam urbẽ in qua Trebonijũ Dolobella obſidione liberauit viarũ directione et operũ ornamentis alioquin fuiſſe pulcherrimã ferunt: ſed cloacę ꝙ non adeſſent: quib9 ſordes emiſſæ exciperent̃ feditate hoſpites offẽdebat.

Senæ. Senis in Ethruria ad lautitiem deeſt ꝙ deſũt cloacę. Ex quo fit ut non ſolũ prima ultimaq; noctis vigilia quibus horis collectarũ ſordiũ vaſa ex feneſtris fundunt̃ tota feteat: verum et inde iterdũ obſcena et grauiter humectata ſit. Cloacarũ aliæ ſunt quas diffuſorias appello ꝙ immiſſas aquas in fluentũ in lacũ aut in mare defundãt. Aliæ ſubdiuæ quib9 ↄceptæ aquarũ ſordes non alio euomantur: ſed quaſi terræ alueo inhauſtæ ſidendo conficiantur.

Cloacæ diffuſoriæ. Diffuſorias eſſe ſubſtratas oportet ſtratura decliui ac prona & ſolida · q̃ liberrime difluat: & q̃ illic ſtructa ſint aſſidua humectatione nõ macerent̃. Et haſce cõfert habere a fluuio ſublatas: quoad turbidis alluuionibus non compleatur: et limo minime obſtruat̃. Sub diuis ipõ nudo erimus ↄtenti ſolo.

Terra oĩa vorat et cõſumit. Nã terrã q̃ idẽ poetæ cerberũ: philoſophi lupũ eſſe deorũ prędicãt ꝙ oĩa voret: oĩa cõſumat. Igitur ſpurcities et q̃ immiſſa concipientur tellure cõficiente euaneſcent: et min9 vaporũ ad fęditatẽ odoris exalabunt. Sed veli cloacas in quibus vrina fundenda ſit ꝓcul abduci a parietibus. Ardoribus eni ſolis maiorem in modum inficiũtur atq; vitiantur. Flumina pręterea et foſſas aquarias quæ ꝑſertim ferendis nauigijs ſeruiant cũ viarũ rationib9 cenſendas puto quando inter vehiculorum genera nauium aſcribendã non inficient̃. Tũ et mare ipſũ natura ſui quid erit aliud demũ q̃ multo patens via. Sed de his nihil eſt hoc loco quod ꝓlixius differuiſſe conferat. Quod ſi quid acciderit ut hoim uſibus iſta hæc minus ſuppeditent: erit tunc ut manu et arte quæ forte offẽderint vitia emendẽtur: et q̃ deſint cõmoditates parentur: quarũ rerũ ſuo tractabitur loco ratio.

¶ De portubus · ubi et qualiter melius extruẽdi · deque plateis

et locis publicis in vrbe partiũdis atq; linquẽdis .Capi.VIII

NVnc ſi qua eſt vrbis ps quæ cũ his cõueniat de quib⁹ hic agendũ eſt: ea nimirũ erit portus. Atqui port⁹ qui dem veluti ĩ curriculo eſſe carcer videbitur: a quo viç curſũ ineas: aut peracta excurſione deſinas & cõquieſcas. Alij portũ fortaſſis nauigij ſtabulum eſſe interp̃tabuntur. Eſto id vti vis: et carcer et ſtabulũ et ꝓceptaculũ. Certe ſi port⁹ cuiuſq; ꝓpriũ eſt/nauium a ꝓcellaꝝ impetu ad ſe recipere: tueri ꝓfecto neceſſe eſt: adſint latera valida et alta. Tũ et coaptatum habeat ſpatiũ oportet: ita vt illic nauigia et grãdia et onuſta excipi cõmode/et acquieſcere tuto poſſint: quas res ſi pręſtabit ipſa per ſe locorũ oportunitas: nihil erit quod amplius deſideres niſi forte veluti apud Athenas: quã tris habuiſſe portus naturales ſcribit. Tuchidides animi dubius ſis quẽ nam ex pluribus tibi præcipuũ captes vbi terras quas portus poſtulet ꝑſequare At conſtat quidẽ ex his quæ primo in libro diximus regiones eſſe alias quib⁹ venti nõ oẽs poſſũt: alias quib⁹ eoꝝ aliq ꝑmoleſti et peraſſidui vigeãt. Hũc igiť præferemus portũ: q faucibus mitiores et ſeditiores auras ſpirat: quẽ ve ingredi et egredi volentibus ventis neq; dudũ longũ expectatis valeas. Oẽs inter ventos placidiſſimũ eſſe boreã arbitrantur: tũ et aquilone motum mare illico ceſſante vẽto quieſcere auſtro ceſſante poſtdiu fluctuare aſſeuerant. Sed ꝓ locoꝝ varietate ad nauiũ vſũ quæ cõmodiora et expeditiora ſint eligentur: optatur et ꝓfunditas cũ faucibus tũ ſinu tũ ripis: quæ nauim onerariã grauẽ ꝯuectis rebus nõ refutet: et fundo eſſe purgato nequicq̃ hærboſo conuenit. Tametſi plurimũ interdũ cõmoditatis afferant hærbaꝝ denſæ cõplexeq; radices ad ancoras obfirmãdas. Malim tamẽ huiuſmodi eſſe portũ: vt nihil in ſe concipiat quod puritatẽ aeris cõtaminet: aut naues ledat: vti ſunt alga hærbęq; aquis ortæ. Nam infeſtiſſimos carinis vermes tineas atq; lumbriculos et putreſcentib⁹ littoribus peſtilentes fetores excitant. Portuũ quoq; tabificũ et peſtilentẽ reddent dulces immiſtæ aquæ: preſertim quas montes a nimbis conceptas dederint: habere tamẽ conterminos proximoſq; fontes ac riuos. Vnde puram et nauiſeruabilem deſumas aquam: et velim expeditos et directos et certos egreſſus habeat immunes ſyrtibus: liberos impedimentis: tutus ab iſidijs hoſtium & pyratarum: tũ & in caput iuxta

Portus.

Athenis tres portus naturales.

celſos et cõſpicuos velim aliquos vertices mõtium īminere in ſignes notabiles quos nautę procul dinoſcẽtes veluti deſtinatum velificationis ſignũ petant. Intra portũ ducẽda eſt ripa & pons: quo nauis exonerandę cõmoditas ſit ꝓximior. Hęc opera veteres fecere. Alij aliter: de quib⁹ nõ eſt hic ediſſerendi loc⁹ Nam eorũ quidem ratio ad portũ emẽdandũ moléq; ducendã pertinet: quę ſuo dicẽtur loco. Habebit etiã portus circũambulationẽ et porticum et templũ: qua egreſſi naui excipiãtur. Nõ deerunt colũnę et anſę et anuli ferrei quibus nauis illigeẽ. Crebri ſtatuẽtur fornices: quib⁹ importata cõdantur. Suſcitabunẽ et turres ꝓ faucib⁹ altę et munitę: vt ea ex ſpecula velorũ aduẽtus pręuideãt: et nocturnis ignib⁹ certos nautis ingreſſus mõſtrent: et ꝓpugnaculis nauigia ſociorum tueãtur et tranſuerſę adijciẽtur catenę quibus hoſtis excludatur et a portu mediãq; in vrbẽ dirigeẽ via militaris: cõfluentq; vici nõ pauci: quib⁹ vndequaq; inſolẽtem in claſſem hoſtium fiat irruptio: habebitq; introrſus ſeductos ſinus minores: vbi debilitata nauigia iſtaurentur. Sed hoc qđ ad portum pertineat non prętermittaẽ. Celebres et fuere et ſunt ciuitates ea re tutiores q̀ fauces et ꝓ faucibus ingreſſum incertũ habeant et vix in oculis mobiles canalium diuerſiones in ſingulas horas annatantibus cognitũ.

Plateę. Hęc ſunt quę de publicis vniuerſorum rebus dicenda videbantur ni illud addideris q̀ partiri plateas iubeant: quibus in pace conuecta mercẽtur: et iuuentus exerceatur: et in bello lignationes pabulationes/et iſtiuſmodi tolerandę obſidionis remedia ſeruentur. Templum vero delubra et baſilica et ſpectaculum et eiuſmodi mag's cõmunia ſunt q̃ propria non multoꝝ: ſed ſacerdotes illi quidem ſeu magiſtratus ſint. De his igitur ſuo dicetur loco.

# LEONIS BAPTISTAE ALBERTI DE SINGVLORVM OPERIBVS. LIBER QVINTVS.

¶ Epilogo pręmiſſo a dignioribus ordiens. De regia et tyrannica munitione ſeu habitatione earũq; differentijs et partib⁹ in genere nonnihil adducit. Capitu um primum.

OPerum Varietates cū intra vrbem, tum et in
agro ad ciuiū/incolarūq; rationes accōmoda
ri oportere/proximo ſuperiore libro differui
mus:cōperumq; fecimus alia ciuiū cetui vni
uerſo:alia dignioribꝰ/alia ignobilioribus de
beri ędificia. Quę autē vniuerſorū gratia con
uenirent abſoluimus. Singulorū neceſſitati
quintus hic liber cōmodiſq; cōparabitur. Qua in re et varia et
ampla et difficili exp'icanda quoad nobis erit ingenij indu=
ſtrięq; enitemur:vt intelligas voluiſſe me nihil prętermittere:
qđ aptum ad rem deſiderare quiſpiam poſſit:et nihil afferre qđ
magis ad exornandam orationē q̃ ad exequēdum inſtitutum
faceret. Ordiendum quidē a dignioribus. Digniſſimi omnium
ſunt:quibus rerū ſumma et moderatio cōmittatꝛ. Hi quidē plu
res erūt aut vnus. Digniſſimum nimirum oportet eſſe hūc qui
cęteris pręſit ſolus. Quę igitur iſtius vnius gratia fiant cōſide=
remus. Si maximi intereſt cuiuſmodi fore ipſum hūc cōſtitua=
mꝰ/illiꝰ ne ſimilē/qui ſancte pieq; imperet volētibus:quiue nō
magis ſuis emolumentis q̃ ſuorū ciuiū ſalute et cōmodis mo=
ueatur? an contra eiuſmodi qui ſibi paratā eſſe cū ſubditis velit
rem:ita vt etiā inuitis imperet. Nam cū cętera pleraq; oīa ędi
ficia/tū et vrbem ipſam nō eādem oportet eorꝫ eſſe quos tyrā=
nos nūcupant:atq; eorū qui imperiū quaſi cōceſſum magiſtra
tum inierint ac tueantur. Regū enim erit vrbs munita plus ſa
tis:vbi aduentitium arcere hoſtē valeat. Tyranno cū ſui nihilo
ſegnius hoſtes ſint q̃ alieni:vtrimq; muniēda ei ciuitas eſt/ad
uerſus alienos/aduerſuſq; ſuos et ita muniēda vt alienis atq;
etiā ſuis cōtra ſuos vti ſubſidijs valeat. ¶In hoſtes vrbem ſu=
periore libro munitā fecimus:in ſuos quid expediat conſidere
mus. Perualidum putat Euripides aduerſarium eſſe multitu=
dinem natura ſui:eāq; ſi fraudem dolūq; in vnū contulerit red
di oīno inexpugnabilē. ¶Carras apud Aegyptū vrbē popu Carræ
loſiſſimam/adeo vt cum in diem defunctorꝫ capita ſi non plus vrbs ægy
mille efferantur ſoſpitē et optime valere arbitrētur. Prudentiſ pti popu
ſimi reges crebra foſſa aquaria ita diuiſere:vt iam non vnā ſed loſiſſima.
plurimas eſſe puſillas iunctas vrbes dicas. Id ita fecerūt credo
vt niſi cōmoditas paſſim diffunderetꝛ. Sed ea re imprimis affe
cuti ſunt vt graues multorꝫ motus nō vereātur:et q moueanꝛ

leuiſſime cōprimant: vti ſi quis ex magno coloſſo duas plures ve effecerit ſtatuas tractabiles atq; portabiles. ¶ Romani nullū ſenatorē mittebant pconſulē in Aegyptū: ſed equeſtres viros ſingulis locis diſtribuebāt. Id quidē ea de re inſtituiſſe aiebat Arrianus: ne tā apta ad res nouas puincia vni9 iperio ageretur. Et annotarūt quidē vrbem nullā ciuiū diſſidi,s immunē dari: cui9 aream natura diſcreuerit/ vti ſi peruadat fluentū/ aut ſi plures emineāt colles aut ſi pars colle pars iaceat plano muro interducto cōmodiſſime diuidet. Ducēdum puto non quia Diametrū trāſuerſam per areā: ſed veluti circulo circulū includas: nam ditiores quidē laxiorib9 delectati ſpacijs: facile priore a muro excludi ſe patiētur. macellūq; medialq; vrbis officinas nō inuiti circūforaneis cupidenarijs relinquēt: ignauiaq; illa terrentiani gnatonis turba fartorū laniorum coquorum & eiuſmodi plus ſecuritatis & minus ſuſpitionis afferet q̄ ſi ab ea primarij ciues nō excluderētur. illud nō ſit ab re qd apud Feſtū legimus. Ser. Tullium patritios vico iuſſiſſe habitare: in quo ſi quid molirētur: ex loco ſuperiore poſſet opprimere. Murū hūc interiorē oportet ita ducere vt nulla ſit vrbis regio qua is quidem nō pertingat: et oportet cū ceteros vrbis muros: tū maxime hunc craſſitudine om̄iq; operis artificio validiſſimū attollere et ſublimē: quo ad priuata cunctorū tecta excellat minisq; et ppugnaculis atq; fortaſſis etiā foſſa cōuenit hinc atq; hinc munire: vt per eū ſatellites vtroq; protecti latere tutentur. Turres inſuper non ad apertas introrſum ſed circūtectas muro: et tam in ſuos q̄ in aduētitios hoſtes expoſitas eſſe locis oportet: preſertim quib9 vie aut alta templorū tecta dirigantur. In turres velim nullos niſi per murū ipſum cōſcenſus dari. Et in murum niſi qua pmiſerit princeps aditū patere ex arce per vrbē ad vias nulli arcus nulle vſpiam turres: relinquende phibende/ et mœnia ni piecture. Vnde miſſilibus decurſitantes per vicos milites poſſint ſubmouere. Denīq; ita paranda om̄is harū rerū edificatio eſt vt edita om̄ia qui dominet poſſideat ſolus: et ſuis percurredi vniuerſam per vrbē facultatē remoret nemo. Itaq; his tyrannorū vrbs a regū vrbe differt. Fortaſſis ea etiā re differunt: q liberis populis plana cōmodiora ſint. Tyrann9 mōte ſit tutior. Cetera iſtorū ædificia q̄ inhabitēt et regis & tyranni: p'eriſq; in reb9 nō modo inter ſe verū & vna cū plebeis priuato

Mur9 vrbis interior.

rum ædificijs cōueniunt:nōnullis etiā ab his atq; inter ſe diffe rūt/prius dicendū qui cōueniant poſt quid cuiq; ſit proprium. Hoc genus ędiū neceſſitatis gratia cōſtitutū interp̄tanſ:inſunt tñ partes aliquæ alioquin cōmodæ quas vſus et cōſuetudo ita viuēdi efficit/vt putētur penitꝰ neceſſariæ vti eſt porticꝰ ambu latio geſtatio et eiuſmodi:ea nos qñ ſic ædificationis ratio ſua deat nō ita diſtinguemꝰ vt cōmoda ab ipſis neceſſarijs ſegrege mus. Sed ſic vt quēadmodū in vrbibꝰ:ita et in ædibꝰ iſtiuſmo di alia vniuerſorum eſſe alia paucoꝝ/alia ſingulorū dicamus.

¶De porticu veſtibulo/atrio ſala/ſcalis itionibus/ apertioni bus aditibꝰ vno vel pluribꝰ receſſibus/celatiſq; diffugijs prin= cipum ac priuatorū ędiū diſcriminę principis quoq; et eiꝰ vxo ris diſcreta cōiunctave habitatione. Caput.II.

PORticū quidem & veſtibulū nō ſeruoꝝ magis vti Dio dorus putat q̄ vniuerſorū ciuiū gratia poſitū arbitra= mur.Intra ędes ambulationē aream:atriū:ſalā quam (Sala vñ dicta.) a ſaltādo dictā puto ꝙ in ea nuptiarū & cōuiuarū a'a critas celebreſ non vniuerſorū/ſed potius incolarū ſunt.Cęna cula alia liberorū eſſe/alia ſeruorū conſtat tū dormitiones ma tronarū virginū hoſpitum/ſinguloꝝ ferme ſunt.De vniuerſa iſtorū partitione quoad generatim pertinebat diximꝰ libro pri mo:in lineamētis numero eni amplitudine/et ſitu pro cuiuſq; vſu apte expediātur neceſſe eſt:nūc iſta particulatim ꝓſeq̄mur

¶Porticus & veſtibulū aditu honeſtabiſ.Aditus cum via qua (Porticus Veſtibulum.) pateat honeſtaſ:tum & operis dignitate/qua ꝑfiniaſ interiora cęnacula et cellę et eiuſmodi locis diſponentur aptis vt immiſſa cōmode ſeruētur:vt bene cū aere ſolibꝰ ventiſq; cōueniant:vt ad vſus expetitos accōmodētur/diſtinguēturq; nequid cōmer- tia:aut hoſpitū aut aſſiduorū iſtis dignitatē cōmoditatē/volu ptatēve minuant:illis petulantiā augeant ac veluti in vrbe fo rū plateę/ita in ędibus atriū/ſala/et generis eiuſdē habebunſ: loco nō reiecto/nō abdito nec anguſto:ſʒ prōpta ſint vt cętera in eas mēbra expeditiſſime cōfluāt.In has quidē ſcalaꝝ & itio= num aptiones:in has conuiuarū ſalutationes & gratulationes terminabūt.Rurſus habebit ędes aditꝰ nō multiplices:ſed vni cū quo ianitore inſcio ingredi nemo aut aſportare quippiā poſ ſit.Apertiones cū hoſtiorū tū et feneſtrarū cauebimus: ne furi (Apertiones) bus neve item vicinis pateāt ad turbāda/ſpectanda noſcēdaq;

queę int⁹ aut dicanť aut geranť. Aegyptij ita domos p̄uatas ędificant vt extrinſecus nullæ feneſtrarꝫ aptiones appareãt. Optaret fortaſſis quiſpiã poſticã adeſſe ianuã: q̄ meſſes ſeu reda ſeu iumẽto ineherenť: neqd inquinamẽtis p̄maria veſtibula dehoneſtarentur: adderentq́ꝫ poſticulam ſecretiorem: qua inſcia familia ſolus dominus admittere occultos tabellarios et internuncios egrediq́ꝫ ex arbitrio poſſit prout tempora rerũq́ꝫ modus ferat. Hoſce non improbo illud peruelim non deeſſe abditiſſimas latebras occultiſſimos receſſus et celata diffugia ipſi patrifamilias vix agnita: quibus aduerſis caſibus argentũ/veſtem ſeq́ꝫ ſi id ita mala tempeſtas tulerit ſaluet. Fecerant ad ſepulchrum dauid loculos: quibus theſauros ex regis hæreditate conderent arte mirifica: ita vt nullatenus poſſent eſſe manifeſti. Ex quorum vno poſt annos. M.CCC. Hircanum pontificem ait Ioſephus auri talenta hauſiſſe tria milia vt obſidione ab Antiocho liberaret ciuitatẽ. Tum et poſt tempora Herodeꝫ ex altero magnam quoq́ꝫ rapuiſſe vim auri prędicãt. In his igitur ædes principum cum priuatis conueniunt. Inter principũ et priuatorum ædes hoc maxime intereſt ꝙ earum vtræq́ꝫ ſuam in primis naturam ſapiunt. In hac quidem quæ plurimoꝝ ſunt vſibus addicatæ numero et amplitudine excellere: in altera que paucorũ aut ſingulorum ſunt cultiora magis q̄ ampliſſima fieri cõuenit. Tum et hoc intereſt: ꝙ in his etiam ſingulorum receptus naturam ſapiant principum neceſſe eſt: quæ quidem plurimorum ſint quando nuſquam in regũ domibus nõ ſuperfluit multitudo: in alteris vero priuatis domibus partes quæ plurimorum ſunt ita quoq́ꝫ poſuiſſe iuuat vt ne plus quidem regia domus membra penitus diſtincta vxoris: viri: miniſtrorum: ita vt queq́ꝫ non modo ad vſum: verum et ad maieſtatem pertineãt vbiq́ꝫ ſuppeditent: et nulla ex domeſticoꝝ multitudine confuſio redundet. Difficile ſane id et q̄ haud queas vnico ſub tecto efficere. Ergo cuiq́ꝫ ſua et regio et area/ſuumq́ꝫ integrum tecti ſpatium et opus dabitur. Sed ita iungentur tecto et itionibus: vt ſeruorum domeſticorumq́ꝫ manus/dum p̄ſtandis operibus properant non veluti ex vicina aliqua domo acciti ſeſe præbeant: ſed præſentes pręſto et prompti ſint. Atq́ꝫ paruuli ancillæ graculæq́ꝫ cohortis ſtrepitus a virorũ cõmertijs ſecludantur: et miniſtrorum omnis illautities ſeparabitur

Poſtica.

Theſauri in ſepulchro Dauid.

Hircanus pontifex.

Principum conſeſſus et triclinia digniſſimo ſtatuentur loco. Dignitatem afferet loci celſitudo/et ſub oculis ſpectatum mare/colles/et ampla regio. Tota vxoris domus omnino a principis viri domo ſecernetur:præter id qđ vltimū conclaue et genitalis lecti dormitiones vtriſq; cōmunia patebunt. Hoſtio et ianitore eodē vno amborū domus claudetur atq; cuſtodietur. Cætera quibus eæ ab alijs differant magis propria ſunt priuatorum q̄ principum:de ipſis ergo ſuo dicemus loco. Rurſus inter ſe principum ædes in hoc cōueniunt. Nā præter ea que priuatis eorum vſibus debentur habere quidē oportet aditum ex ipſa militari via:ipſoq; preſertim fluuio aut mari:tū pro veſtibulo laxos receptus:quibus legatorū procerūq; cōmeatus ſeu Vehiculo ſeu iumento vecti excipiantur.

¶Porticus atrij:ſeu baſilice cōcænaculi æſtiualis aut hyemalis:locorum et ſpecularum cōmoditates:regiarū quoq; ædium a tyrannorū arcibus ſtructurā neceſſario diuerſā. Capi.III.

POrticum et tecta nō hoīm ſolū gratia/verum et iumētorum velim adeſſe:quibus a ſole et imbri contegant
Ad veſtibulum porticus:ambulatio:geſtatio:et eiuſ= Porticus
modi pergrata eſt:vbi iuuentus ſeniores a principis veſtibulū
colloquio redeuntes expectans exerceatur ſaltu:pila:diſco:lu
cta. Pro penetralibus ſubinde atrium/baſilicā ve:vbi clientes Atrium.
diſputādo patronos pręſtolentur:vbi & princeps ius dicturus Baſilica.
ad tribunal ſedē ſtatuat. Subinde concenaculum:vbi ſeniores Concæna
principum ſalutatū conueniant: et rogati ſententiam dicant. culum.
Idq; fortaſſis aliud æſtiuum/aliud eſſe hiemale cōuenit:et omnino patrum qui cōuenerint ætati feſſæ et delitijs proſpiciēdū eſt:nequid illic valitudini aduerſū influat. et quantum ratio et neceſſitas temporū poſtulat rebus diſceptādis ſtatuēdiſq; poſſint ſine vlla vel minima impeditione ꝑmorari. Cōperio apud Senecam primū omniū Gracchum/mox Liuiū Druſum inſtituiſſe nō vno loco audire omnes:ſed habere turbā ſegregatam et alios in ſecretis recipere:alios cum pluribꝰ:alios cum vniuerſis:vti amicos primos et ſecundos eo pacto notaret:id ſi iſtiuſmodi in fortuna aut licet aut placet:ianuæ diuerſæ fient et plures:quibꝰ alia atq; alia parte recipiant/ac receptos mittāt:et q̄s nolint excludant ſine cōtumacia. Aedibus ſpecula ſupemineat Specula.
qua e veſtigio cuiuſuis motus fiat certior. Itaq; in his et iſtorū

ſimilibus cõueniũt. In quibus vero differunt hæc ſunt. Nã re-

Regia. gum quidẽ ædes in media vrbe aditu facilis: ornatu venuſta: lautitię elegans magis q̃ ſuperba ſit condecet. Tyrãno nõ ædes magis q arx locanda eſt: vt ſit neq; in vrbe neq; ex vrbe. Adde q̧ ad regis ædes ſpectaculũ templũ procerũq; tecta pulcherrime

Tyrãni ſedes. adiungũtur. Tyrãnorũ ſedes quaq; circũ ſpatios in modico ſegregatis oĩm ædificijs ſeſe contineat neceſſe eſt. Honeſtiſſima et quę vtruq; deceat atq; iuuet erit ędificatio ſi neq; exponetur regia: patens adeo/ vt inſoleſcentes nequeat depellere: neq; diſtinguetur arx ita vt carcer magis q̃ lauti principis diuerſoriũ videatur. Vnum hic nolim prætertire. Nã cõmodiſſimæ quidẽ tyrãnis ſunt occultæ et latentes intra craſſitudinem parietis fi-

Fiſtuleauſcultatorię. ſtulæ auſcultatoriæ: quibus furtim captent quid ſeu hoſpites/ ſeu familiares inter ſe colloquantur. Sed quom regiæ dom⁹ ꝓprium ſit omnibus pene ac maxime primarijs in reb⁹ aliter ſe atq; arcem habere: officij erit arci regiam adiungere: quo et rex ſubitis caſibus: arcem veteres vrbibus ponere inſtituerunt: quo in aduerſis tempeſtatibus refugium haberent. Vbi virginũ matronarũq; pudicitiam cũ ſacrorum ſãctitate tutarentur. Meminit quidem Feſtus arcem apud veteres religioni ſacratam fuiſſe et appellari ſolitam augurialem: archanũq; illic fieri quoddam ſolitum per virgines ſacrificium occultũ longeq; a vulgi notitia remotũ. Ea de re priſcorum arcem nullã eſſe templis vacuã inuenies. Sed arcem tyranni ſibi vſurpauere: lociq; pietatẽ ac religionem ad ſcelus immanitatemq; verterunt: calamitatiſq; ſancrum illud refugiũ erũnarum fomentum reddidere. Nos rẽ

Arx amoniorum. proſequamur. Amonijs arx ad templũ muro circuibatur triplici. Prima extabat munitio tyrannorũ. Proxima coniugũ cũ liberis. Vltima ſatellitũ erat ſedes. Aptũ opus ni magis ſpectet qui toleret q̃ qui inferat vim. Ac mihi quidem vti eius militis fortitudo non ꝓbatur quidẽ: ſi nihilo plus præſtet q̃ vt inſultantem hoſtem obdurate perferat: ſic et ab arce expectandũ puto vt non modo ſuſtinere laceſſentẽ: verum et cõpeſcere impetentes valeat. Vtrũq; tamen ita curandũ vt vehementer ipſum ad ſolũ quæ ſiſſe videatur. Hæc vt aſſequamur loci ſit⁹ et murorum ratio præſtabit. Dubitare video peritos rei militarſ arcem ne eſſe firmiſſimam velit colle an plano collocet.

¶ Vbinã arx ipſa locanda percõmoda eius deſcriptio: ſeu mari

tima ſiue in plano fuerit ſita.Deq; palis:foſſis:pontib⁹ et turri
bus eiuſdem. Capitulum.IIII.

COllinas quidẽ nõ dari vbi vis eiuſmodi vt obſediſſe
et diruiſſe nequeas:neq; plana ſi recte aſtruantur/im
pune attentari armis.De his non diſputo.Tota nem
pe res locorum eſt oportunitatibus ɔmendanda/ita.
vt que de vrbe diximus oia ad ponendã arcẽ cõſumenẽ.Omni
no habeat arx oportet expeditas irruptiones: vnde in hoſtes/
in ciues/in ſuoſq; caſtrenſes:ſiqua ſeditio aut perfidia id exigat
et ſua et externa poſſit auxilia libere petere atq; imittere tellu-
re fluento lacu/mari.Percõmoda erit arcis deſcriptio quæ ſibi
iunget oẽs vrbis muros quaſi.o.littera ingẽtes.C.inflexis cor-
nibus præhendãt nõ circũcludant.ſic/aut a qua plures radij ve
luti ad circũferentiam exeant:ſic enim quod oportere nuper di
cebam⁹:neq; intra vrbem erit arx:neq; adeo extra vrbẽ. Quod Arx vr-
ſi qs arcẽ volet breuiſſime deſcribere fortaſſis nõ errabit/ſi eam bis poſti-
dixerit poſticã eſſe vrbis omni ex parte egregie munitiſſimam ca.
Sed ſit ea quidem vti volunt operũ ſupremus vertex & vrbis
nodus:minax:aſpera:rigidaq; ſit oportet.peruicax:inuicta:pu
ſilla q̄ ampla erit tutior.Nam hic paucorũ fide:illic multorum
officio indigebimus. Et quid ille apud Euripidem : nunq̄ fuit
multitudo non referta malis ingenijs:ita iſtic ĩ paucis fides mi
nus incerta erit q̄ in multis perfida. Arcis podium ponetur ſo- Podiũ ar
lidũ/vaſtis lapidibus/linea extrinſecus obliqua:quo ſcalæ ad- cis.
motæ curuatu debilitentur:et qui applicuerit hoſtis hærendo
ad murum dimiſſos lapides non euitet:et tormentis imiſſa nõ
vſq; arietẽt:ſed ex obliquo diſiliant. Area introrſus paſſim la Area.
tiſſimis et craſſis lapidibus duplici atq; etiam triplici ſolio di-
miſſis ſternetur ne quid cuniculis furtim obſidientes irreptẽt
Murus altiſſimus ſolidiſſimus craſſiſſimuſq; ad ſupremas vſq; Murus.
coronas attollatur:qui pulcherrime machinarum vim et miſſi
lia refutet:et ſcalis aut etiam aggere quoad in nos ſit minime
queat æquari.Cætera vti de vrbium muris diximus perficienẽ
Præcipua quidem ad tuendos vrbis et arcis muros in hoc erit
ratio:vt cures penitus ne hoſtis impune ꝓpius poſſit appelle-
re. Id fiet cũ foſſa qua diximus profundaq; lataq;:tum et furta Furtariæ
rijs vt ita loquar ſub fiſſuris per ipſũ imũ podij diſpoſitis. Vn fiſſuræ
de hoſtis dũ ſe ſcuto superne ꝓteget/qua ſit parte nõ tectus trãſ

ueheret. Hoc eni genus defenſionis oibus ante eſt. Tutius enī iſtic occaſionem cōficiēdi hoſtis captant/ breuiore finiūt linea/ raro petūt hoſtem fruſtra: cui totū corpus operire difficile eſt: vnūq; obuiū hoſtem ſi præterit tælū: petet ꝓximū/ aut interdū vnū et item alterū et alterū. Supne autē immiſſa nō ſine periculo deſtinātur. Vix vnū tantū petūt: qui et pręuidiſſe et leui momento declinaſſe/ et breui ſcuto refutaſſe immiſſa queat. Si erit arx maritima circūuada impedientur palis ſaxis/ ne nonnunq̄ machinaméta ꝓpius poſſint appellere. Si erit plano: foſſa aqua circūdabit: ſed ea ne quid putidi aeris afferat vſq; fodietur/ quo ſcaturiat viuā aquā. Si erit monte pręcipitijs vallabitur: vbi licebit hiſce oībus vtemur. Quibꝰ vero ex locis tormētorū miſſilia poſſint impetere: cycli aut potius anguli murorum veluti prorę in acutū obijciētur. Non me fugit ꝙ periti aliqui militia aſſerūt cōtra miſſiliū impetū muros præaltos fore non vtiles. Horū enī ruina ęquatis foſſis expeditiſſimū pręberi hoſtibus irruētibus aditū. Hoc nō eueniet ſi quę ſupra diximꝰ obſeruabūtur. Redeo ad rē.

Ad arcē turrꝭ vna primaria excitāda.

¶ Ad arcem turris vna primaria excitabit/ multa ſui parte ſolida: toto opere robuſta: vndiq; munita: cæteris celſior: acceſſu ardua: ingreſſu nō niſi ponte mobili. Mobiliū pontiū duo ſunt genera. Alterū quo inuerſo claudit egreſſus. Alterū quo porrecto atq; retracto vtimur: vbi acres laſciuiunt venti. Poſterior cōmodior eſt. Turres quæ circūpetere hanc miſſilibus poſſunt parte huic verſa nudæ habebūtur: aut muro tecte relinquentur gracili.

¶ Excubiarꝭ in arce ſtationes et fori trabes/ tecta/ aqua/ miles/ arma frumēta perna/ acetū/ ligna/ ciſterna/ loculi aditus/ cuniculi/ cloacę abdita cum cęteris monarchię deſideratis. Ca. V.

EXcubiarū ſtationes et propugnatorū fori diſtribuentur: vt alij infimas arcis p̄tes: alij ſupremas: alij alias diſtinctis muneribꝰ ſedibuſq; curent: demū aditus & egreſſus et oīs partitio ſic habebit et parata & munita: vt neq; amicorū perfidia neq; inimicorū vis fraus ve poſſit ledere. Arcis tecta ne tormentorū ponderibus obruātur/ ad acutū angulū finiētur aut valido opere et ſpiſſiſſimis trabibus obfirmabūtur: poſt imponet cruſta/ et in eā præterea tubuli: ꝑ quorū vacua exceptus imber ꝑfluat/ nullo calcis/ aut limi fultu illiti inſternētur. Poſtremo teſtaceis fragmentis/ vel potius

pumice ſuperinſparſis operiẽtur binũ ad cubitum craſſitudine. Sic neq; ruentiũ ponderũ in ſe/neq; ignium iniuriã verebũtur. Sũmatim quidẽ erit arx perficiẽda:vti ſi puſillam quãdã vrbẽ coẽdifices:pari igiť atq; vrbs ipſa muniť opere et arte: cęteraq; coaptabũtur quę vſui ſint.Nõ deerit aqua ſuppeditabit vbi militem arma/frumẽta/pernam/acetũ/et in primis ligna colloces atq; aſſerues:et in arce ipſa turris iſtæc primaria quã dicimus/ veluti minutior quędã aderit arx:cui prorſus deſit nihil eorũ quę arcibus deſiderẽtur.Habebit ciſternã/et loculos rerũ quib⁹ ſeſe abunde alat et tueať.Habebit aditus vnde in ſuos etiã inuitos irrũpat:et vnde petita ſubſidia imittat.Illud hic non prætereo cuniculis aquarijs arces interdũ defenſas : interdũ vrbes cloacis captas fuiſſe.Horũ vtrũq; iuuat nũcijs emittẽdis.At curaſſe oportet/vt iſtiuſmodi res multo min⁹ ledere poſſint q̃ iuuare.Fiẽt igitur aptiſſimi:ducẽtur tortuoſi:excipiẽtur ꝓfundo vt neq; armat⁹ ꝑuadere:neq; inermis in arcem euadere/niſi vocatus admiſſuſq; ſit potis.Fiunt belliſſime cloaca/aut potius deſerta et ignota in arenaria/aut ſecretis tẽploꝝ faniſcis ac buſtuarijs.Tum ſi humanos caſus nequicq̃ neglexiſſe oportet nimirũ iuuabit notos ſibi habere ingreſſus intimã in arcẽ:quib⁹ ſi quãdo euenit vt excludať/poſſit attẽperate irrũpere cum armatis:et fortaſſis cõferet ad hanc rẽ/partẽ habere aliquam murorũ abditiſſimã:quę nõ ex calce ſed creta obſtructa ſit. Vnius tantũ gratia qui cęteris pręſit/ſeu ſit ille quidẽ rex / ſeu tyrãn⁹ quid feciſſe oporteat diximus.

Quę in arce ſuppeditare debent.

¶Quales/vbi rẽpublicã aminiſtrabũt deceãt habitationes/et vbi.An ſemote curia/baſilica/pretorium/caſtra/templa/delubra/ſacella. Caput.VI.

SEquitur vt ea trãſigamus/quę hi requirãt/q̃ nõ vnici tm̃ ꝑſunt:ſed ſimul plures gubernẽt rẽ.His aut tota.r.p.quaſi vnus magiſtratus integra cõmitteť: aut partibus diſtribueť.Conſtat.r.p.ſacris quib⁹ ſuperos colim⁹/his põtifices pręſunt:et ꝓphanis quib⁹ hoïm ſocietas et ſalus cõtineať.His domi ſenator iudex:foris caſtrorũ dux & claſſis ꝑfectus et hmõi.Cui vis iſtorũ duo debenť genera domicilij:alterũ qd ad ſuũ pertineat officiũ:alteꝝ quo ſe familiamq; ſuã recipiat.Larem quidẽ familiarẽ habebit quiſq; ſilẽm huic: cui ſeſe ꝓ vitę inſtituto eſſe velit ſimilem/aut regi/aut tyrãno/

Domus priuata q̃ modo cõſtituẽda.

aut demũ priuato. Sunt tamen aliqua quę huic hoium generi
apprime debeãtur. Pręclare Virgili⁹. Secreta inquit erat patris
Anchiſę domus: arboribuſq; obtecta receſſerat. Intellexit qui-
dem primatũ ędes et ſua et familię gratia a v ulgi ignobilitate/
et fal rorũ tumultu lõge abeſſe conuenire: cũ cæteras ob res ob
delitias cõmoditateſq; ſpaciorũ hortorũ amœnitatũ: tũ ne tã-
ta in familia tam multiplici tam varia: laſciuiens iuuentus dũ
oĩm ferme nemo viuat ſibi cibo potuq; alieno plerũq; inſani-
at: maritorũ querimonias excitet tũ etiam nequid ĩproba ſalu
tãtiũ ambitio plus ſatis patronos inquietet. Et prudẽtiſſimos
video principes non modo extra vulgi frequentiam ve℞ et ab
vrbe ſeceſſiſſe: ne quis plebeius niſi magna impulſus re mole-
ſtiore aſſiduitate infeſtet. Aut quid tãti erunt iſtorũ opes: ſi nõ
licuerit interdũ ociari et pigreſcere. Iſto℞ quidẽ domus qualeſ-
cũq; ſint habere admodũ oportet ſalutatorũ cõceptacula capa-
cia: et egreſſum et viã qua ꝓdeat in forũ minime anguſtam: ne
qui ſectãtur familiares clientuli et cohortales et qui ſe cõgerũt
vt togatulorũ numerũ augeant inter ſtudia comitandi preſſu-
ris turbẽtur. Quę autẽ ſint ſeſe hi proceres pro ſuſcepto mune-
re exerceãt: in prõptu eſt ſenat⁹ curia iudex baſilica pretoriove
dux caſtris claſſeq; et eiuſmodi. Quid põtifex: huic quidem nõ
templũ ſolũ verũ et quę illi ſunt caſtrorũ inſtar apprime cõue-
niunt qñ militiã et põtifex et qui ſub põtifice ſacris adminiſtrã
dis additi ſunt: arcẽ et laborioſam agũt: qualẽ in eo libro q põ-
Templũ. tifex inſcribiť recẽſuimus: virtutis aduerſus vitia. Tẽplũ aliud
maximũ: quo ſummus antiſtes ſolẽni ritu ſtatas cerimonias et
ſacrũ faciat. Aliud cui minores põtifices pręſint: quo in nume-
ro per vrbẽ regiones ſacella/ et in agro delubra ſunt. Tẽplũ ma
ximũ media in vrbe fortaſſis cõmodius: ſeductum autẽ a cõfer
ta ciuiũ multitudine et frequẽtia honeſtius: colle dignius: pla-
no ſtabilius collocabitur ob terręmotus. Demum eo ponẽdũ
erit loco templum: quo ſit ſumma futurũ cum veneratione et
maieſtate. Inde adeo circũlonge a cõſpectu abigẽdę ſunt penit⁹
rerũ oĩm ſordes/ impuritates indecẽtięq;: quib⁹ patres matro
nę virgines ſupplicatum accedẽtes aut offendantur: aut a ſan
Nigrigeneus architectus ctimonię obeundę inſtituto preuertanť. Apud Nigrigeneũ ar-
chitectum qui de limitibus ſcripſit/ ſic inuenio: priſcos archite-
ctos putaſſe deorum tecta recte haberi quę frõtibus in occiden

tem vergerēt: ſed placuiſſe poſterioribus oēm eã religionē con
uertere. et qua cœli parte primũ terra illumineť: eo verſus tem-
pla et limites obijciēdos putaſſe: vt ſtatim ſurgētem ex aurora
ſolē cōſpicarētur. Illud tamen in delubris ſacelliſq; veteres ꝓ-
baſſe video: vt eorũ frōtes prodeũtibus aut ex mari aut ex flu
uio/aut ex via militari porrigantur. Poſtremo tale ipſum eſſe
oportet: atq; ita omĩ ex parte cōparatũ: vt abſentes ad ſe viſen-
dum illectet/pręſentes de'ectet atq; detineat operis admiratio
ne et raritate. Teſtudinatũ ab incēdio erit tutius: cōtignatũ ab
terręmotibus illeſ'us: ſed cōtra vetuſtatē hoc robuſtiꝰ: ad grãm
alterũ hoc venuſtius. De tēplis hactenus. Nam ꝑmulta q̃ dicen
da videbãtur ad ornamēta magis q̃ ad vſum tēplorũ pertinēt:
de quibꝰ alibi trãſigemus. Minora templa et ſacella pro loci di
gnitate et vſu maximi templi rationes imitabũtur.

¶ Pontificũ clauſtra ad pietatē/et ex officio caſtra/ad philoſo-
phia'n virtutē/& miſericordiã. Clauſtrorũ genera/mariũ vide
licet et fœminarũ: vel in vrbe/vel extra/Theatra Circi et pla-
teę concionandi gratia. Caput. VII.

PÕntificis caſtra quidē ſunt clauſtra quibꝰ aut pietatis/
aut virtutis gratia plurimi cōuenere: quales ſunt q ſe
ſacris addixere: et q virginitatē ſuperis vouere. Sunt
et caſtra pōtificia: quibꝰ ſtudioſorũ ingenia in rerũ hu
manarũ/diuinarũq; cognitione aſſequēda verſanť. Nã ſi pōtifi
cis officiũ eſt cetus hominum ad vitã omĩ ex parte perfectam:
quoad in ſe ſit perducere. Id non re alia fiet pulchrius q̃ philo-
ſophia. Quom enĩ in hoĩm natura duo ſint quę nobis id pręſta Virtus et
re poſſint: virtus ſc; et veritas. Quãdo fiet quidē vt hęc pertur- veritas.
bationes animi ſedet atq; excludat. Illa vero naturę opus atq;
rationes explicet: nobiſq; cōmunicet: ex quibus rebus ingeniũ
ab ignorantia: mens a corporis cōtagione purgeť. Per hanc ni
mirũ inimus vitã beatiſſimã prope vt ſimus dijs redditi perſi-
miles. Adde qđ bonorũ eſt quales et eſſe/et haberi pōtifices vo
lunt ea meditari: ſtudere: ꝓſequi quę hominũ generi ab homi-
ne deberi intelligãt: egrotos imbelles/deſtitutos: et eiuſmodi
officio beneficio miſericordia/leuando iuuando. In his enim
ſeſe/ſuoſq; exer eat pontifex officij eſt. De his nobis ſeu ad
maiores pontifices/ſeu potius ad minores pertineat dicēdum

Clauſtrorum gña
Clauſtro videtur. Atqui a clauſtris incipiem⁹. Clauſtrorũ genera alia cõcluſorum/ita vt nuſq̃ in publicum prodeant/ preterq̃ fortaſſis in templo/et luſtrationũ põpa. Alia nõ vſq; concluſa/ita vt ꝑpetuis tẽporib⁹ arceantur. Hoꝝ itẽ alio mares alio feminæ cõtinentur. Virginũ clauſtra neq; intra vrbẽ ſi poſita ſint vitupero: neq; omnino extra vrbẽ laudo. Illic ſane ſolitudo minus ꝓbebit infeſtatorũ: ſed qui ſe ingeſſerint plus habebunt ocij et licentiæ ad facinus/vbi nulli aſſiſteret arbitri q̃ hic inter multos ſceleris ſpectatores atq; dehortatores. In vtriſq; ꝓuidẽdũ quidem eſt: nevelint de caſtitate mereri male: ſed in primis ne poſſint. Qua de re ita præcludendi adit⁹oẽs ſunt: vt nemini pateãt obſeruandi/vt circũuolitare attẽtator poſſit nemo ſine pręſentis ignominiæ ſuſpitione. Neq; tam munita eſſe legionũ caſtra vallo foſſaq; oportet q̃ iſtaꝝ ſepta ſunt muris obuallanda/altj integris/nullis vſpiã aptionibus relictis: quib⁹ non dico caſtimoniæ expugnatores/ſed ne oculorũ autverborũ quidẽ faces et veneres ad animos labefactãdos poſſint imitti. Lumina introrſus p areã ſubdiualẽ excip ẽt. Circũ areã porticus/ambulatio/celle/cęnaculũ conclaue et quęvſui ſũt ex priuatorũ ædiũ rationibus aptis locis diſponenť. Neq; deeſſe velim ortuli ſpatia/et pratuli: que ad recreãdos animos magis q̃ ad fouẽdas voluptates valeant: q̃ quom ita ſint non incõſulte ex media incolarum frequẽtia ſũmouebuntur. Vtroꝝ ſepta ſi ex vrbe cõceſſerint cõferet id quidẽ. Nam eorũ ad ſcripta ſanctimonie aſſiduitas et animi pacata religio: cui ſeſe totos dedicarunt/minus vexabitur ſalutatoꝝ frequẽtia. Sed iſtorũ tecta ſeu mares ſeu fæminæ ſintvelim occupent loca q̃ id fieri poſſit ſaluberrima/nec clauſtro incluſi/dũ ſolũ vacant animo: corpore aũt multa macredine et vigilijs affecti torpent: vitã durius trahãt egrotationibus q̃ ſit par. His demũ quos vrbs excluſit in primis locũ dari velim natura munitũ: quẽ repẽtina latronũ vis/aut excurrẽs hoſtis leui manu ad arbitriũ nequeat populari: eaq; de re vallo muro turriq; pulchre munietur: quod loci religio patietur. Eorum vero cõcluſorũ ſedes qui ſtudia bonarũ artiũ cum religione cõiunxerint/quo illi quidẽ ꝓ ſuſcepto officio ꝯmodi⁹ queãt hoĩm rebus conſulere/non omnino medios inter artificũ tumultus ac ſtrepitũ/ſed ne etiã ab ciuiũ frequentia ſeductos longe eſſe oportet: id quidẽ cum alias ob res tum ꝙ ſunt eoꝝ fami

lię grandes:tum etiã ꝙ multi ad ſe concionantes/ differenteſqꝫ
de rebus ſacris cōfluant.Quibꝰ rebus ꝓculdubio tecto indigēt
immodico.Recte locabunt apud diuerſoria publicoꝝ operum
theatri/circi plateę quo multitudo ſponte ſua ſeſe animi gra=
tia perlubenter conferens facilius patiatur iſtorū perſuaſione/
hortatione/admonitione a vitijs ad virtutem:ab imperitia ad
rerum optimarum cognitionem euocari.

¶ De paleſtris/diſputatorijſqꝫ ædificijs publicis auditorijs & ſcholis/imbecilliū locis et hoſpitarijs egrorūqꝫ tam marium q̃ fœminarū diuerſorijs. Caput.VIII.

APud veteres pręſertim græcos aſſueuere vrbe in me=
dia ponere ędificia:quas paleſtras appellarūt:vbi po Paleſtrę.
pulantes diſputādo verſarent. Illic quidē inerant ſpa
cia feneſtrata et apertionū ꝓſpectus:et ſedēdi ordines
aderāt et porticus:virentē hęrbis areā et floribꝰ veſtitā circuen
tes hmōi opera perq̃ belle cōducunt huic religioſorū generi:ac
velim quidem vt qui ſtudijs bonis delectent aſſidui apud artiū
ꝓfeſſores cōmorētur/ſumma voluptate/nullo cū faſtidio præ
ſentiū rerū aut ſatiate ea de re:ita iſtic parabo et porticū & areā
et eiuſmodi:vt nihil ampliꝰ ad diuerſandi vſum optes. Lenes
excipiēt ſoles hyeme:ęſtate vero vmbrā/aurāqꝫ q̃ id fieri queat
gratiſſimā. ¶ Sed de his ędificationū delitijs ſuo diſtinctius lo
co ꝓſequemur. Qꝫ ſi iuuat publica ſtatuere auditoria & ſcholas Scholę.
vbi ſapiētes doctoreſqꝫ conuenias:ea ponito loco/vt ſint inco
lis oibus ęque oportuna. Ceſſent fabrorū ſtrepitus: abſint ni=
dores:fetores:nō admittat ocioſorū laſciuias: ſapiat ſolitudi=
nem grauibus et circa res maximas et rariſſimas occupatis cō=
dignam:habeatqꝫ auctoritatis in ſe magis q̃ venuſtatis. Cæte=
rum quo pietatē aduerſus imbecilles et deſtitutos exerceat pō= Hoſpita
tifex:locus erit et varius et ſumma diligētia cōſtituēdus. Nam ria.
alibi deſtitutos/alibi egrotantes ſuſcipias et foueas neceſſe eſt:
tū et inter egrotātes ſunt/quos cauiſſe oportet:ne dū paucis &
inutilibus ꝓſpicias:pluribꝰ et vtilibus periculū afferas. Fuere
in Italia principes qui ſuis in vrbibꝰ vetuerint genus illud ho=
minū veſte ac mēbris laceros/quos errones appellāt/precabū=
dos hoſtiatim petere. Illico eni vbi appulerant/monebātur ne
quid plus triduo ſeſe in vrbe videri ſinerent inertes:nullū eſſe
tā cōminutū quin aliqua in re hoīm cetui ſua poſſit opera pro=

deſſe: quin ceci funarijs ſaltē iuuādis ꝓſunt. Quos vero grauiſ- or aliquis morbꝰ oīno oppreſſerat: hos cōuenarū hoſpitum magiſtratꝰ apud minores pontifices legionibus diſtribuebant. Itaqꝫ illi neqꝫ pijſſimorū cōuicinorū opem fruſtra poſcebāt: nec ciuitas ea fediſſimorū obſcenitate offēdebat. Apud Etrichiam ꝓ vetere illo ſanctitatis & veriſſime religionis cultu quo ſemꝑ claruit mirifica viſunt hoſpitaria incredibili habita īpenſa: vbi ciuiū peregrinorūve quiuis nullā quæ ad ſalutē pertineat rem ſibi defuturā ſentiat. Sed quom ſint egroti alij morbidi: qui le- pra peſte/et huiuſmodi cōtagionū venenis beneualētes infici- ant: alij vero vt ita loquar ſanabiles ſint diſtincta hos habere velim diuerſoria. Veteres Aeſculapio Apollini / ſalutiqꝫ dijs: quorū artibus et numine genus hoīm bonā valitudinē recupe rare atqꝫ ſeruari arbitrabantur ędes loco non niſi ſaluberrimo aſtruebāt: vbi ſincerę aurę et purgatiſſimę aquę ſuppeditarēt: quo illic delati egrotantes non ope deū tantū verū etiā locorū beneficio prōptius cōualeſcerēt. Et nimirū ſaluberrima in pri- mis loca eſſe optabimꝰ: vbi aut publice aut priuatim egrotos habeas. Siccea fortaſſis eam ad rē atqꝫ ſaxoſa et ventis aſſiduo abſterſa: et ſolibus nō vſta: ſed facili tēpore illuſtrata ꝓlabun- tur: qn̄ humida putredinum fomenta ſunt. Sed palā eſt naturā in re oīni gaudere tēperamēto: quin et ſanitas ipſa haud aliud eſt q̄ cōplexi ex quibꝰ cōſtet temperamentū: et mediocria ſemꝑ delectant. In cęteris cōtagioſi nō vrbe modo verūetiam ab via publica lōge excludētur: reliqui vrbe aſſeruabūtur: iſtorū oīm tecta partiātur & diſtribuātur ſic/vt alibi ſe recipiāt qui curant alibi quos incurādos magis ſuſceperis: q̄ ſeruandos: quoad ſic ſeſe ſua tulerint fata: vti ſunt decrepiti & capti mente. Adde ꝙ alibi fœminas alibi mares ſiue egrotēt ſiue iſtos curent/ ſepa ratim habēdi ſunt. Adde etiā ꝙ veluti in famulis ſic & in his- aliorū alias ſecretiores alias comuniores eſſe diuerſorij partes cōuenit: prout ipſa curādi et cohabitādi ratio modusqꝫ mōſtra bit: de quibꝰ noſtrū non eſt ꝓlixius ꝓſequi. Tantū hoc faciat ad rem fore iſtiuſmodi omnia ſuis totis partibus ex priuatorum vſibus diffinienda. De his hactenus. Nunc qd̄ reliquum eſt ꝑ- ſequamur ordine vti inſtitueramus.

¶Repetitione preuia dicendorū (ſeu ad ſacra ſeu prophana) ſerie aperit: de ſenatu ſcꝫ ſenatoria iudiciariaqꝫ curia/templo/

pretorio/et his accõmodis. Caput.IX.

IAm eſſe quidẽ partes.R.P.duas diximus:alteram ſa
cram/alterã ꝓphanam. Sacra abſoluta eſt tũ et ꝓpha
na aliqua ex parte ꝑtracta:vbi de ſenatu et iudicio in
ædibus principis habẽdo differuimꝰ:illis quę adden=
da ſunt hic breuiſſime annumerabimꝰ:mox ad imperatoria ca
ſtra et claſſem deueniemꝰ:poſtremo priuata expediẽtur. Sena=
tũ veteres tẽplis cogere aſſueuere. Poſtea increbuit mos vt ex=
tra vrbẽ haberet. Demũ qđ ad maieſtatẽ atq; ad res agẽdas prę
ſtabat/ꝓpria huic habere muneri tecta voluere.Quibꝰ feſſi ęta Curia ſe=
te patres/neq; vitę ꝓlixitate deterrerẽtur: neq; loci incõmodi= natoria.
tate ꝓhiberẽtur:quominus & cõuenirent frequẽtes:et vna diu
tius adeſſent:media iccirco in vrbe curiã ſenatoriam locauere:
eiq; iudiciariã/et templũ ꝓxime adiungẽdum putarũt: non ea
re tantũ vt ambitionibus detenti/et cauſis foreñſibus occupati
cõmodius non intermiſſo/aut ſtudio/aut officio vtriſq; ſatiſfa
cerent:verũetiã vt patres ipſi vti ſunt ferme oẽs natu maio=
res admodum religioni dediti/ſalutatis dijs nõ intermiſſa ope
ra à templo ad negociũ ſe poſſint tranſferre oportune.Adde ꝙ
ſi quãdo aut legatos/aut principes exterarum gẽtium ſibi dari
copiã ſenatus petierint ex.R.P.eſt locũ habere vbi cũ dignita
te et hoſpitis et vrbis prędolantẽ excipias.Cæterũ huiuſcemo
di publicis diuerſorijs nihil quod ad ciuiũ multitudinẽ cõmo=
de excipiendã:honeſte detinendã:oportuneq; emittendã faci=
at/vlla ex parte negligendũ eſt:et pręſertim curandũ/vt itine
rũ & luminũ et ſpaciorum/& eiuſmodi:quę vſui ventura ſint/
ne vllę penitus cõmoditates deſint. Ac pretorio quidẽ:quo lo Pretoriũ
ci plurimi altercãtur/apertiones & plures/& ampliores/& prõ
ptiores adigẽdę ſunt/ꝙ̃ aut tẽplo aut curię. Tũ in ſenatũ aditꝰ
quidẽ munitꝰ nequicꝙ̃ minus ꝙ̃ honeſtius ſit/neceſſe eſt. Id qui
dẽ cũ cęteras ob res:tũ ne temerarius bachantiũ tumultus in=
ſana ex plebe ſeditioſo aliquo auctore cõcitatus in patrũ perni
tiem ad arbitriũ poſſit irrũpere:quin vel ea maxime re porticꝰ
ambulatio/& eiuſmodi adijciẽda ſũt:vbi ſeruitia cliẽtelę fami
lięq; ſuos pręſtolãtes in pręmeditatis caſibꝰ ſit pręſidio. Illud
nõ ꝑtermitto.Locis quidẽ oĩbus quibꝰ vox aut recitantiũ aut
canentiũ/aut diſputantiũ audiẽda eſt:teſtud nata haud vſq; cõ
ueniũt ꝙ vocẽ retũdant:cõtignata cõueniũt ꝙ ſonora ſint.

¶De terreſtrib⁹ caſtris ponēdis et eorū triplici gn̄e: tēporario: ſtatario: ſuſtētorio: et id qdē ex aliorꝫ opiniōe poti⁹. Capi. X.

Caſtris ponendis nimirū oīa repetēda penſādaqꝫ ſūt quæ libris ſuperiorib⁹ de vrbiū ponendarꝫ rationibus differuimus. Nā ſūt caſtra veluti vrbiū quædā ſeminaria: et cōſtitutas vrbes nō pauciſſimas cōperies illic/ vbi periti bellorū duces metarint. In caſtris tamē præcipua hæc ſūt: vt intelligamus caſtra ipſa quid ſpectēt. Caſtra quidē ni repētinos armorꝫ caſus et maiorē hoſtiū vim vererentur nō ponerent. Et penitus abre id opus eſſe arbitrētur: hoſtiū idcirco ratio habenda eſt. Hoſtiū alius armis et manu eſt par: ali⁹ cōcitatior et validior. Caſtrorꝫ hinc tria eſſe gn̄a ſtatuem⁹. Vnum tēporariū et momentis mutabile: quo inter agendā expediendamqꝫ rē aduerſus ꝑares armatos vtimur/ ꝑtim ꝯtinēdi in tuto militis: ꝑtim coaptādæ poſtulandæqꝫ occaſionis cauſa vt cœpta præclare ꝑficias. Alterū gen⁹ caſtrorꝫ erit ſtatariū: ſuiſqꝫ diffidentē copijs hoſtem: dū ſe munito aliquo in loco cōtinuerit premere et occupare inſtituas. Tertiū fortaſſis caſtrorū genus illud erit: quo impetentē vrgentēqꝫ hoſtē ſuſtineas q̄ad laceſſēdi ſatietate aut obſidionis tedio affectus diſcedat atqꝫ abeat. In hiſce omnib⁹ egregie curandū in primis ꝓuidēdum eſt: ſic ſe habeant omni ex parte vt eis nihil deſit rerū omniū quæ ad ſalutem/ ad ſe tuendū/ ad tolerandū frāgendūqꝫ hoſtē accomodēt. Et contra vt hoſti nihil quoad in te ſit rerꝫ oīm ſuppeditet: quibus aut te poſſit laceſſere: aut ſeſe ferre ſine incōmodo atqꝫ periculo. Ergo captāda in primis erit loci oportunitas: quo et inueniri abūde: et cōportari expedite: et excipi ad arbitriū ꝯmeatus ſubſidiaqꝫ poſſint. A qua nequicquā deerit papulū: ligna haud lōge aberunt ad tuos receptus liber in hoſtē egreſſus expedit⁹. Hoſti contra oīa ꝑpedita et difficilia relinquent. Extare velim caſtra quoad prorſus oēm hoſtiū regionē deſpectes: nequid conetur aut inchoet quiſpiā quod nō illico ꝑſpectū tibi et cognitum ſit. Locū deuexa/ deiecta ardua abrupta late circūmuniēt. Nequid aut multa manu circūuenire: aut vlla ex parte ſe inferre ſine graui diſcrimine hoſtis poſſit. Nequid vbi tādē appulerit poſſit aut tormenta libere imittere: aut ſine magno ſuo malo ꝑſiſtere. Hæc ſi dabuntur locorū oportunitates vſurpentur. Alioquin conſideraſſe oportebit/ et quæ tibi caſtra/ et quib⁹ lo-

Caſtrorū terreſtriū tria gn̄a.

cis pro exequenda expeditione ponenda ſint. Nam et ſtataria
caſtra munitiora multo eſſe q̃ temporaria oportet: et planis lo
cis diffuſiore artificio et ope indigẽt maiore q̃ in collibus.Nos
a tẽporarijs incipiemus:quãdo iſtorũ quidẽ vſus frequẽtior eſt
Quin et caſtra perſæpe mutaſſe valitudini militũ cõferre arbi-
trantur. Sed caſtris ponendis fortaſſis illud veniet in mentem
vt ambigamus/ſuis ne in finibus/an alieno agro cõmodius ha
beantur. Aiebat.Zenophon mutatione caſtroꝝ ledi hoſtes: iu
uari tuos ꝓculdubio ad fortitudinis decus faciet:aliena ꝓcul-
care:ad cõmoditates et ſecuritatem cõferet ſuo ſeſe in ſolo rece
piſſe. Sed ſic inſtituamus vt putem⁹caſtra ad totã quæ ſubſit &
pareat regionẽ eſſe quippiã ſimile atq̧ ad vrbem arx:que et in
ſuos contiguũ regreſſũ:et in externos perpromptũ et paratum
ꝓgreſſũ habeat neceſſe eſt.Cæterũ obuallandoꝝ caſtroꝝ varia Obuallã-
eſt ratio.Britãni ſubdibus decẽpedalibus præuſtis & ꝑacutis ſe dorum ca
ſe circũſæpiunt/altero capite intra ſolum infixo& exculcato:al ſtroꝝ mo
tero extanti et producto:vt hoſtẽ aduerſã ſpectent. Gallos re- res varij.
fert Cæſar pro vallo carros hoſti ſolitos obijcere.Iidẽ et traces
aduerſus Alexandrũ vſos meminit. Neruij quo præſertim eq
tem impediant teneris inciſis arboribus atq̧ mutuo inflexis/
crebriſq̧ inter ſe ramis reiũctis ſepem obducũt. Nearcũ præfe-
ctum Alexandri ꝑ indicũ mare nauigantẽ quo eſſet a barbaris
tutior muro muniuiſſe caſtra meminit Arrianus.Romani erat Romano
moris:ita caſibus ſingulis/et fortunæ et tpis ꝓuidiſſe vt nuſq̃ rũ mos ꝓ
ſui penitendũ foret/ac militẽ quidẽ nõ minus caſtris munien- caſtris
dis:q̃ omni reliqua militia exercebãt : neq̧ tãti hoſtiũ pernitiẽ muniẽdis
faciebant/q̃ curabant vt ſuos egregie tutarent̃:poſſeq̧ hoſtẽ fer
re/et ferendo fruſtrari:atq̧ refellere.id demũ ad victoriæ partẽ
non exiguã deputabãt. Ea re quicquid a quoquam:aut referri:
aut excogitari poſſit oĩa complecti/et exequi ad ſua cõmoda:
et ſalutem vſurparunt:edita et circũabrupta ſi deerãt foſſis ꝓ-
fundiſſimis et aggere accumulato/precipitia imitabantur:val
loq̧ et cratibus concingebant.

¶Terreſtrium caſtrorum ſalubrior locus:magnitudo:forma:
foſſæ:agger:vallum:pinnę.Cerui:turres:portæ:arx:oppugna
tio:circumuallatio:repugnatio:præmunitio ex propria ſentẽ-
tia magis. Capitulum.XI.

HOrum nos inſtituta ſic ſequemur: loco meditabimur nõ ſolum cõmodo/ſed quo pro agendis rebus preſẽtibus inueniri nullus poſſit accõmodatior: et preterea que recenſuimus erit is quidẽ ſiccus minime lutoſus alluuionibus ne quicq̃ infenſus/ſed ita poſitus: vt tuis nulla ex parte ſe habeat impeditũ. hoſti autem nihil præſtet quod tutum ſit: aquam neq; morboſam in proximo neq; ſalubrẽ lõge abeſſe patietur. fõtes intra caſtra puriſſimos excipiet/aut riuos: fluminaq; ꝑ caſtris obijciet. Id ſi minus licebit: curabit vt contigua cuiuſuis aquationis cõmoditas adſit. Tum erunt caſtra pro multitudine militum non laxiora q̃ vt diſtributis ex excubiarum teſſeris/cuſtodiri et intermiſſis ꝓpugnandi viciſſitudinib⁹: defendi ꝑ milites poſſit abſq; laſſitudine. Et cõtra ne erunt quidẽ cõtracta adeo et coarctata vt ad negociũ ſpacia militi nõ ſuppeditẽt. Angulos caſtris inutiles putauit Lycurgus in orbẽq; ponebat/ni aut montẽ aut flumẽ aut mœnia poſt ſe haberet. Alijs area caſtrorũ placuit quadrangula: ſed poſitiones finitioneſq; caſtrorum accõmodabimus cõditioni temporum ac locoꝝ naturæ prout rerũ agendarum hoſtiumq; petẽdorum aut ferendorũ ratio poſtulabit. foſſã ducemus tam amplã vt non niſi maxima vi aggeris. et multa ætate poſſint exæquari: aut potius binæ foſſæ ſpacio intromiſſo proſcindentur: putarunt veteres iſtiuſmodi quoq; in rebus numerum pedum imparem a religione pertinere et conſueuere latã ducere pedes xv. profundã. ix. directis proſcĩdetur foſſa lateribus vti pateat vno fundo quantum ſũma inter ſe diſtent labra. vbi vero labile fiet ſolũ paulatim anguſtiore ad infimũ faſtigio deprimet. Campeſtribus locis et demiſſis aqua ex fluẽto/aut ex lacu/aut ex mari deriuata et diducta complebuntur. id ſi non licebit ſudibus et truncis dedolatis et præacutis et itẽ ſtimulis et muricibus per alueum infẽſis ac diſſeminatis exaſperabitur. Foſſis productis & comparatis agger ſtatuetur tã craſſus vt muſculis proturbari tam altus vt non modo falces ad diripiendum adigi: ſed ne tela quidem ad militẽ deterrendũ facile manu poſſint mitti: preſentaneum eſt vt quæ foſſis eximantur: in aggerem coaccruentur. huic operi veteres probarunt ex pratis reſectam telluris cutem: que herbarum radicibus contineatur. Alij interperla conſtituunt viminavirentia ſalictarum que germinatu/

Caſtra terreſtria et ſtatiua vbi & q̃ modo locanda.

Foſſę pro caſtris ſtatiuis.

et fibrarum complicatu aggeſtum opus confirment per labra foſſæ interiora perq; extremũ aggerem: conſigentur ſpinæ ſti li erinatij hami et generis eiuſdem: quibus aſcenſus hoſtiũ re tardetur. Aggerem ſupremum robuſtei valli in coronam perfi xi: et tranſuerſarijs connexi/obcingentur crate et pluteis con geminatis/et creta intermiſſa atque exculcata locabuntur. Pi næ et cerui eminentes ſuper exporgentur. Deniq; oia in op⁹ cõ ferentur: quibus et minus ſubrui: proſcindiq; poſſit et minus tranſcendi: et ſit miles/ꝓ pugnaculo tectior atq; tutior. Turres in pedes centenos marginibus excitabuntur: et preſertim ipſis oppugnationũ locis crebriores/celſioreſq; parabuntur/vt etiã irrumpentem in caſtra hoſtẽ poſſint deprimere. Pretorium & quintanã portam et decumanam/& eiuſmodi quæ ſuis caſtren ſium nominibus appellãtur/habebit locis tutiſſimis: et ad eru ptiones fundendas/ad cõmeatus conuehendos ad militem re cuperandum expeditiſſima. Atqui hæc quidem vt dixi ſtatiuis caſtris magis debentur q̃ temporarijs: ſed cu; ſit officij omnes vereri caſus quos aut ſors/aut tẽpora valeant afferre/ipſis etiã momentaneis caſtris: minime quoad ex vſu ſit: quæ diximus negligentur. quæ autem ad ſtataria caſtra preſerti ferendis ob ſidionib⁹ poſita pertineant. his maxime ſimilia ſunt quæ de ty rannorum arce tranſigemus: obſidionariũ quoddam opus eſt arx: quando eam quidẽ ciues æternis odijs proſequãtur: et ob ſidionis acerrimũ genus eſt/perpetuo aduigilare occaſionemq; momentis aſſiduis preſtolari/qua poſſis in ea diruenda irrita mentis odij ſatiſfacere: ea re vti diximus curãdum eſt vt ſit ea quidem potens valida/ſtabilis/prompta ad ſe tuendu;: ad ho ſtem fruſtrandũ & propellendũ: et contra oẽs impetus/& obſi dionis peruicaciã tuta & illeſa. Cæterũ caſtris quibus concluſũ hoſtẽ premas atq; infeſtes: ne quicq̃ iſtiuſmodi omnia erũt in diligentius obſeruanda: & recte quidẽ quod quidẽ aiunt: rẽ bel li ita ſe haberi/vt obſidiones viciſſim et ipſi multa ex parte obſi deantur: quare non id ſolũ curandum eſt qui potiare q̃ cauen dum etiam ne opprimare vel hoſtiũ audacia et ſolertia vel tuo rum indiligentia: vt potiare iſta conferent oppugnatio circum uallatione opprimare itidẽ duo conferent repugnatio et præ munitio: oppugnationũ conatus omnis eo tendet vt in oppi

Turres.

Arx.

Oppugnatio. Repugnatio.

dum et munitiones irrumpas. non hic de ſcalis quibus etiam repugnante hoſte cõſcendas / nõ de cuniculis / non de ambulatorijs turrib⁹ non de tormẽtis / nõ de reliquo om̃i ledẽdi genere quo igne aqua om̃iq; naturę copia vtimur: nõ inquã eſt hoc loco de his vt proſequar: alibi de his caſtrẽſium machinamẽtis diſtinctius ꝓſequemur: ſed ſit hoc ad rem qđ monẽt cõtramiſſiliũ impetũ trabes / tigna pluteos / crates / rudentes faſciculos / ſaccos lana alga fœno ve infertos obijcito: pręſertimq; ponito / vt extent ꝓpendẽtes et deundãtes. cõtra ignes iſta hęc madefacito maxime aceto aut luto et crudo latere operito. cõtra aquas ne laterẽ ꝓluant pelles ſuperextẽdito: rurſus cõtra ictus ne pelles pertõſentur et collacerẽtur centonas infuſas et madẽtes adijcito. Circũuallatio obſeſſis mœnibus plurib⁹ de cauſis propinqua ſtatuet nõ incõſulte: nã breuiore ductu minore militũ labore leuiore materię copia atq; ĩpenſa perfinietur: et pacta paucioribus indigebit excubijs: ſed ne ita intra pomeria eſt ĩpingẽda vt oppidani muralibus tormẽtis militẽ in caſtris / aut in opere opprimãt: q̃ ſi fit quidẽ circũuallatio: vti obſeſſis præſidia: et cõmeatus aliunde petita abuetentur: certe modo hoc ĩpm ex inſtituto aſſequare vbi vis interceperis aditus atq; intercluſeris cõmodiſſime habebitur: ſiue põtes pręualaris / ſiue alibi vada et vias trabe aut maceria perſepieris ſiue ſtagna / lacus / paludes flumina / colles ve inter ſe opere perductovinxeris: ſiue dederis operã vt aquarũ vis recreſcat deuexaq; circũpleat: his adđẽda ſunt q̃ ad repugnationis et pręmunitionis vſum valeãt. nam foſſam aggerem turrimq; et eiuſmodi et contra oppidanos et cõtra ſubſidiarias prouincialiũ manus cõmuniſſe oportet: ne quid hi eruptione aut hi concurſu et inuaſione officiant ac ponẽtur quidẽ pręterea locis idoneis caſtella et ſpeculę quibus militi et iumentis aquatio lignatio pabulatioq; tutior / liberior cõmodiorq; ſit: ſed ne ita diſgregabũtur copię in partes varias vt nõ vno ĩperio regi vnis virib⁹ decertare vna cõſpiratione alter alteri ſubſidio eſſe extẽplo poſſit. Iuuat hic illud referre dignũ memoratu ex Apiano hiſtorico. nã apud Peruſiã quidẽ Octauian⁹ dũ Luciũ obſideret: foſſam duxit ſtadia qnq̃gunta & ſex ꝓtẽſam vſq; ad tyberi: latãq; ꝓfundãq; pedes. xxx. Adiunxit pręterea murũ excelſum et ligneas turres quinq̃ginta ſupra mille ſuperemmentes pedes. lx. atq; ita muniuit opus

Circũuallatio.

Octauianus.

vt obſeſſi non magis arcerentur q̃ etiã excluderentur ne vſpiaꝫ exercitũ poſſent lædere. De terreſtribus hactenus ni forte illud deſit quod digniſſimũ ſpectatiſſimũq; locum deligere oportet/ vbi ſũma cũ maieſtate vexilla reipublice collocẽt et diuina fiant cũ maxima veneratione: et militares magiſtratus ad tribunal et cõſiliũ vocati cõueniant.

¶ Maritima caſtra claſſis: portus: naues: nauium partes & figuræ portuũ quoq; munitiones. Capitulum. XII.

Caſtra maritima.

MAritima caſtra claſſibus haberi fortaſſis erũt qui negent/dicentq; nauib⁹ ſe vti quaſi aquatico elephanto quẽ ſuis frenis moderẽt/ac portus magis ad caſtrorũ vſũ referri q̃ nauiũ: alij cõtra nauim affirmabunt eſſe haud aliud quippiã q̃ arcem quandã obambulãtẽ. Nos iſta prętermittamus atq; ſic ſtatuamus duo eſſe quibus noſtra hęc ratio & ars ædificatoria claſſiarijs ducibus & turmis ſalutẽ atq; victoriã pariat/ vnũ in nauib⁹ adornãdis/alterũ in portib⁹ muniendis/ſiue hoſtem petas/ſiue ꝓhibeas. Nauiũ primarius vſ⁹ eſt: vt te tuaq; tranſuehant ꝓximus: vt bello ſubminiſtrẽt opẽ ſine periculo: pericula quidẽ aut ipſa ex naui veluti iuncta corpori et innata aderũt/aut extrinſecus ĩportabũtur: extrinſeca ſunt ventorũ vis/vndarũ moles/ſcopuli ſirtiſq; incurſus: quæ quidem oĩa vſu rerũ maritimarũ et loco℞ vento℞q; cognitione et peritia ſatis mature vitabuntur: innata autẽ vitia facient aut lineamenta aut materia/his vitijs ꝓuidenduꝫ eſt. Materiã oẽm reprobãt quæ fiſſilis fragilis ſidens putricoſaq; ſit clauos et ligulas ęneas pręferunt ferreis ex naui Traiani per hos dies dum quæ ſcripſimus cõmentarer ex lacu nemorenſi eruta/quo loci annos plus mille.ccc.demerſa et deſtituta iacuerat aduerti pinũ materiam & cupreſſum egregie duraſſe in ea tabulis extriſecus duplicẽ ſuperextenſã et pice atra perfuſaꝫ/tela ex lino ad ſi glutinarãt. ſupraq; id chartam plumbeã clauiculis æneis coadfirmarant. Fabricandis nauibus liniamenta veteres architecti ſũpſere a piſcibus: vt quod in illo dorſũ in hac fit carina: quod illi caput huic prora/tũ et ꝓ cauda temon/et proremis brancæ et aliculæ. Nauium duo ſũt genera/onerariæ et fugaces. nauis longitudo ad curſus præſertim directos in primis cõfert: breuitas ad temonis imperia faciet. Onerariæ longitudo velim ad latitudinẽ ſit/ne minus tripla fugacis ne plus nonupla. Alibi de onerarię

Nauis Traiani ex lacu Nemorẽ eruta: plus .m. .ccc. ãnos merſa iacuerat.

Naues

nauium rationibus in eo libello qui nauis inſcribitur profuſiꝰ
ꝓſecuti ſumus ſed hic quantā faciat ad ceptā rem. Nauiū par-
tes hæ ſūt carina puppis prora hinc atq; hic latera adde ſi vis
temonē et vela et quę ad curſū pertineant. Vacuū nauis quan-
tū ſit aquæ pondus qua poſſit ad iuſtū impleri tm̄ inſtitarū reꝝ
Carina. ponderis ſuſtinebit. Carinā planā eſſe oportet: cætera oia ad fle
xe lineæ cubitū dedolabūtur. Carina quo erit latior eo pōdeꝝ
tollerantior ſed curſu tardior: carina extenuata et reducta ve-
locior: ſed ni plurimū indideris ſaburrę vacillabit. Carina am-
Prora. pla vadoſis apta gracilis alto mari ſecurior. Latera & Prora cel
ſa et ſublata aduerſus impetentes fluctus pucax: ſed vētis gra-
uioribus peruicitur. Prorę ductus quo erit argutior eo ad cur-
Puppis. ſuꝫ prōptior et labilior. Puppis q̄ gracilior eo ceptis ſulcis tenē
dis ꝑſeuerantior ad nauim vmbones et pectora valida et pau-
lo prōptiora eſſe oportet quo velorū remoꝝ ve appulſu et im
petu fluctus ꝓpellāt: ſubinde ad puppim verſus gracileſcat quo
veluti ſponte ſua lubrico diffugio euolet temonū numerus na
ui auget firmitatē minuit velocitatē arbori atq; naui equa da-
bitur lōgitudo. minuta reliq̄ et quæ ad vſū nauis et quæ ad vim
belli faciāt remos/ancoras/rudētes roſtra turres pōtes/et eiuſ
modi minutiora prætereantur: illud faciat ad rē trabes & tigna
ſpōdis et lateribꝰ pendētia et itē porrecta. ꝓ roſtris et cōtra ipe-
tus cōtrarios ꝓ munimento eſſe tū & arbores excitatę ꝓ turri
bus: antēnæ et ſcafæ in antemnas ſublatæ ꝓ pontibus egregie
valebunt veteres in prora coruos nr̄i prora et puppi ꝓpter ma
lum turres excitare et centonas rudētes ſaccos et eiuſmodi ꝓ
vallo et tecto obijcere: et funibus rhete ſuperobducto tranſcē-
dentes ad ſe prohibere perpulchre didicerunt. Et nauiū foros
quo pacto crebris ꝑſurgentibꝰ ſtimulis vnico tēporis momen
to interdimicādū poſſis penitus refertos reddere: adeo vt nō ſi
ne vulnere acccepto liceat hoſti pedē paulo dimouere. Et cōtra
☞ vbi ex vſu ſit altero minore momēto tēporis expurgari omni
iſtiuſmodi offenſione amota poſſit: excogitauimus atq; adno-
tauimus alibi. Sed nō eſt hic vt veli iſta repetere. Admonuiſſe
tantū iuuēt bona ingenia. Tū et inueni qua poſſim arte vnico le
ui malleoli ictu fori tabulata diſſoluere vniuerſa: omnēq; mul
titudinē que conſcēderit deturbare atq; ilico leui manu breui
momento opus integrū vſui reſtituere. Quæ etiā excogitarim

ad ſubmergendas incendendaſq; naues hoſtiũ ad perturbandã ad occidendã occiſione miſerabili turbã naualem nõ eſt vt referam. De his fortaſſis alibi. Illud non pretereatur ꝙ locis omnibus eadẽ nauis longitudo: altitudo: amplitudo ve nõ debetur ponto inter inſularũ amfractus vaſtæ carinę: qbus nõ niſi multa hoim manu imperes: male habent ventis paulo acrius ſeuiẽtibus. Contra ad Gades ꝓfuſo oceano puſilla fluctibus abſorbetur. Rurſus ad rẽ naualẽ ſpectat portus tueri aut impedire. Id mole in ꝓfundum ducta: et aggere & catenis et reb⁹ eiuſmodi obiectis: e quibus libro ſuperiore tranſegimus: belliſſime aſſequemur. Pali pręfigentur: Lapidũ impedimenta iaciẽtur. Tũ ex tabulis atq; viminibus forme et vacua grauibus ꝯpleta demergentur. Sin autẽ loci natura aut impẽſe magnitudo iſta fieri ꝓhibuerit: puta ſi fluida limoſitas aut nimiũ ꝓfunda altitudo adſit: ſic facito. Dolijs ſubſtratis ordine & iunctis trabes et tigna directa atq; in tranſuerſum alia ex alijs collocata et compacta coaptato: adijcitoq; vt ex rate in hoſtẽ emineant roſtra ardua præacuta et pali: quos tonſillas nũcupant: ferrato cuſpide ne quid leuigata hoſtiũ nauis plenis velis audeat opus impetere aut tranſlabi. Ratem ab ignĩũ iniuria contergito tellure: crates et pluteos ꝓvallo circũadigito: locis idoneis turres contabulato: frequenti anchora locis ſtabilibus: et quæ hoſtẽ lateãt: cõtra fluctus firmato iuuabit opus ducere ſinuatũ arcu in fluctus flexo quo robuſtius et validius fluctũ ferat: & anchora ꝑſidioq; extrinſeco minus impigeat. De his hactenus.

¶De publicano et decumano queſtore necnon id gen⁹ ꝯmeatuũ magiſtratibus quib⁹ horreũ ærariũ: armamẽtariũ: emporiũ naualia: et equilia debentur. Deq; tribus carceris generibus et eorum ſtructuris locis et formis. Capitulũ.XIII.

NVnc quãdoquidẽ tãtis reb⁹ agendis cõmeatu atq; impenſa indigeas: dicendũ eſt de magiſtratibus qui iſta ſuppeditẽt: ꝗ in numero ꝗſtor: publicani: decumani et generis eiuſdẽ. His debẽtur hęc horreũ: ærarium: armamẽtariũ: emporiũ: naualia: eqlia. Pauca ſũt ꝗ hic dicenda videãtur: non tñ neglgẽda. Nã horreũ quidẽ ærariũ: armamẽtariũ ſatis cõſtat media et celeberrima eſſe ponẽdũ parte vrbis: quo tutiora et prõptiora ſint. Naualia ꝓpter incẽdia a ciuium calis ſemouenda. Illud minime negligendu; ꝙ integros ab ſo

lo ſurgẽtes: et prẹter tecta ſeſe extollẽtes toto ẹdificio interſtru xiſſe oportet parietes: qui populãtes incendij flãmas intercipiant: vetereq; ꝓfuſius per tecta defluere. Emporia ad mare: ad fluminũ fauces: ad triuia militariũ viarũ ſtatuẽtur. An naualia ſinus et aquarũ cõceptacula adiũgentur: quo loci ſubducenda/ inſtauranda: & mari dãda claſſis recipiaẽ. Iſtic aqua vt aſſiduo agiteẽ motu curandũ eſt: auſtro marceſcũt meridiano: ẹſtu fatiſcunt nauigia: orientis radio ſeruanẽ. Tũ horrea quẹuis ſeruandis rebus aſtruãtur: cõſtant loci/ aeriſq; ſiccitate in primis gaudere. Sed de his ꝓlixius cũ de rebus priuatorũ dicem⁹: ad quorum rationes ea maxime pertineãt prẹter ſalaria. Eteni ſalaria ſic ſtatuito. Solum inſternito carbone ad cubitũ atq; cõpẽſato. Inde ſuperinſpargito ſabulũ creta pura ſubactum palmos tris et cõplanato. poſtremo latere vſq; ad nigredinẽ decocto pauimẽtato. Latera parietũ intima ducito vbi lateris iſtiuſmodi copia nõ eſt: lapide quadrato nõ tofinio neq; rediuiuo ſeruatura intermedio et alioquin prẹduro/ et opus a pariete ĩtrorſum ad cubiti ſpaciũ reducito: atq; tignis coadiunctis & clauis ẹris: aut potius in paginib⁹ obnexis ſeptum ſtatuito. Interuallũ a materia ad parietẽ harũdine cõpleto. Maiorẽ in modũ iuuabit materiã creta ex amurca cõmacerata: et ſparto iuncoq; cõfracto intermiſto dilutaſſe. Cẹterũ publica iſtiuſmodi quauis ab furũ et hoſtiũ et ſeditioſorũ ciuiũ inſidijs: proteruia impetuq; prorſus eſſe murorũ et turriũ et preſidijs munita oportet. ¶ De publicorũ operibus abunde videor peregiſſe: ni illud deſit: qđ quidẽ ad magiſtratus ipſos nõ in poſtremis pertinet: vt habeant quo loci eos cõmittant: quos ob contumaciã perfidiã ĩprobitatẽq; puniendos iudicẽt: id demũ non negligamus. Carceris genera apud veteres tria fuiſſe inuenio. Vnũ quo ĩmodeſti et parũ exculti cõpellantur: vt noctu a doctis et probatiſſimis bonarũ artiũ ꝓfeſſoribus cõdoceẽiant: q̃ ad bonos mores et vitẹ modum pertineãt. Alterũ quo alieno ære obnoxij/ et qui carceris tedio ab inita vitẹ petulãtia abſterrendi ſunt detineãtur. Tertiũ quo immanes cõſcelerati cœlo: et hoĩum cætu indigni: ac prope diẽ plectẽdi: ac tenebris et pedori addicandi demãdantur. Poſtremo hoc genus carceris ſi fuerit quiſpiã qui ſubterraneũ antrũ et horrẽdo ſepulchro ſimile faciũdũ curarit: is quidẽ ad ſontis penã nimiũ ſpectabit magis q̃ lex ipſa aut hoĩm ratio poſtulet

Horreũ et ærariũ

Nauale.

Emporium.

Salariũ.

Carcer.

Nam et ſi perditi hoĩes vltima oĩa ſuis flagitijs mereãtur: erit tñ et rei publice & pricipis officiũ de pietate nihil demereri. Eo ſat adeo ſit firmaſſe opus pariete et apertionibꝰ et teſtudine: vt eripere nuſq̃ facile ſeſe cõcluſus poſſit. Cui rei craſſitudo et profunditas/et celſitas operis grãdibus et prẹduris lapidibꝰ ferro et ẹre iunctis plurimũ cõferet. Adde ſi vis et trabium et arduas obretatas apertiones & eiuſmodi: tã et ſi minora et imbecilliora oĩno hẹc ſunt: q̃ vt ea libertatis et ſalutis memor nequeat refringere modo excqui ſinas quãtũ ad rem perficiẽdam naturæ et ingenij viribꝰ valeat. Ac pẹclare quidẽ illi mihi videtur admonere qui dicũt adamantinũ eſſe carcerẽ cuſtodis aduigilãtis oculũ. Sed nos in reliquis veterũ mores et inſtituta proſequamur: illud faciat ad rẽ carceribꝰ adeſſe oportere vbi ventri pareant. Vbi etiã foco refocillẽtur abſq; fumi et fetoris iniuria. Tũ de tota re carceris eſt/vt ſic ſtatuas. Aream in parte vrbis tuta et nõ neglecta cingẽdam muro valido: alto/nullis apertionibꝰ interſciſſo: turribꝰ et decurſorijs munito. A muro iſto introrſũ ad cõcluſorũ parietes cubitos tres recedẽdum eſt: quo excubiæ noctu obambientes cõiuratorũ fugas intercipiãt. Mediũ vero qđ ineſt areẹ ſpaciũ ita diuidendũ: vt ꝓ veſtibul'o aula minime triſtis pareť: qua ad capeſcendã diſciplinam miſſi cogãtur. Poſt hac primos aditus cuſtodes armati intra cãcellos et valli pręſidia occupẽt. Subinde area ſubdiualis ſtatueť. Aderũt hinc atq; hinc adactẹ porticus: quibꝰ in cellas plures pluribꝰ apertionibus ꝓpatulus aſpectꝰ detur. Has intra cellas decoctores & ære alieno obnoxij: nõ vna oẽs ſed diſtincti aſſeruabunť. Fronte habebitur carcer aſtrictior: quo minoribus criminibꝰ rei mãcipentur. Vltimis penetralibus capitales aſſeruabũtur.

¶De priuatis domibꝰ et villẹ ſummis rationibus/loco/& ſitu Caput. XIIII.

VEnio ad priuata ẹdificia. Domũ alibi puſillam eſſe vrbem diximus. Ferme igiť ẹque oĩa in ea aſtruẽda cõſideraſſe oportebit: quẹ circa vrbis opus ptineãt. Vt ſit ſaluberrima habeat oportunitates: præſtet cõmoditates. Quæ ad vitã faciãt pacate trãquille atq; laute agendã. Iſta hẹc oĩa ſuapte natura quẹnã ſint/et qualia eſſe: et cuiuſmodi oporteat multa ex parte videor trãſegiſſe libris ſupioribꝰ. Sed hic aliũde ſumpto principio rem ſic ordiemur. Priuatã domum familiæ

Domus priuata.

gratia ponendã cõſtat: vt in ea cõmodiſſime acquieſcat/ ſatis cõ
moda nequicq̃ erit ſedes ni ſub eiſdẽ tectis habeantur quęcũq;
iſtorũ gratia debeãtur. Magnus eſt hoĩm in familia et rerũ nu=
merus quẽ nõ ęque in vrbe atq; in agro ad arbitrium colloces.
quid enĩ vrbanis ędificationib⁹ euenit vt vicinus paries ſtilli=
cidiũ publica area via et eiuſmodi pleraq; oĩa impediãt/ quo
min⁹ ipſe tibi ſatiſfacias: id in ruſticanis nõ euenit: liberiora il=
lic prępedita iſtic ſunt omnia: ergo cũ alijs pleriſq; rationibus/
tũ etiã hac iuuat ſic rẽ diſtinguere vt alia vrbana alia ruſticana
eſſe: priuatis dicã ędificia in vtriſq; aliud tenuiores/ aliud opu=
lentiores ciues exigũt: nãq; tenuiores quidẽ cohabitãdi modũ
ex neceſſitate metiũtur lautiores vix ex ſatietate finiunt libidi
ni terminos. At nos quæ in quibuſq; bene conſulti moderatio
cõprobet referamus: a facilioribus incipiendũ cenſeo. Ruſticana
expeditiora tum & diuites ad ipenſam ruri prõptiores: ſed pri⁹
pauca breuiſſime repetamus quę ad ſummas villæ rationes fa
Villa q̃ ciant ea ſunt eiuſmodi. Cœlũ calamitoſum terrã carioſam fu=
loco ha= giendum medio in agro ad montis radices aquoſa aprica ſalu=
benda. briq; in regione et ſalubri parte regionis ędificãdum. Triſte &
inſalubre cœlũ pręſtare arbitranĩ cũ cętera incõmoda de quib⁹
libro primo trãſegimus: tũ & ſyluas deſiores pręſertim arbori=
bus refertas quib⁹ amarũ ſit follium qñ illic nec ventis/ nec ſo=
le pertactus aer incrudeſcat. tum et ſolũ etiã ſterile atq; inſalu=
bre a quo tãdem ſi quid capias erũt ſyluæ villam ea parte agri
habendã puto quę vrbanis cũ domini ędibus belliſſime condi
cat. Eſt apud Zenophontẽ ad villã eũdum pedib⁹ exercitij gra
tia redeũdum equo. Ergo erit nõ ſemota penit⁹ ab vrbe: eritq;
via nõ difficilis non impedita ſed hibernis æſtiuiſq; itionibus
et ſubuectionibus apta atq; peroportuna/ ſeu id reda/ ſeu pedi=
bus ſeu etiam naui fortaſſis iuuet: cõferetq; ſi erit non aliena a
porta vrbis ſed ꝓximiore/ q̃ cõmodius expeditiuſq; ſine maio
re veſtiũ apparatu & ſine populo interprete poſſis cũ cõiuge &
liberis vrbemq; villã q̃ frequẽs ad arbitriũ repetere villãq; ha=
buiſſe cõdecet ea qua matutini radij oculis ꝓficiſcentiũ ſint nõ
infeſti & veſpertini ſoles domũ redeũtes nõ moleſtẽt. Rurſus
habẽda villa eſt loco non vſq; deſtituto neglecto ignobili/ ſed
eiuſmodi vt illic et fruct⁹ ſpe et cœli amœnitate illecti habitẽt
cum rerũ copia et vitę iocũditate/ et ſine periculo. Et ne itẽ ha=

benda quidẽ villa eſt loco nimiũ celebri/aut ad vrbẽ, ad viã mi-
litarẽ/et ad portũ adiuncta/vbi nauium numerus applicet/ ſed
collocabit̃ apte vt iſtarũ rerũ voluptas cũ non deſit/ tũ & res fa-
miliaris prętereũtium hoſpitũ frequẽtia haud multo infeſtet̃.
Vẽtoſa inquiũt veteres loca carere ſolẽt rubigine:roſcida vero
et cõualles perflatũqꝫ nõ habentes eiuſmodi nocuis frequẽter
vitiãtur:illud mihi nõ ſemper vbiqꝫ locorũ probabitur ꝙ aiũt
ædificãdum villã vt ſpectet equinoctium ſolẽ oriẽtem.Nã iſta
quę de ſolibꝰ & aura ferũtur ꝓ regionũ ſorte mutari in prõptu
eſt/vt non ſemper aquilo leuis neqꝫ auſter vbiqꝫ inſalubris ſit.
Perdocte quidẽ Celſus phyſicus ventos omnes afferebat qui a
mari cadant eſſe dẽſiores:qui autẽ a mediterraneis veniãt nũq̃
nõ eſſe leuiores:et vitãdas ventoꝝ gratia primas fauces valliũ
cenſeo:nam illic vẽti nimium frigẽtes ſunt/ſi per vmbrã veni-
unt/aut nimium æſtuoſi vbi per cõſtratum et colluſtratum ab
multo ſole applicent.

¶Villarũ tecta duplicia. Ingenuorũ/& glebæ adſcriptorũ/ru-
ſticanorũ inſtrumẽta/cum inanima tũ animata/eorũ loca repo
ſitoria/diuerſoria/ſtabula/pręſepia. Caput.XV.

SEd cum villarũ tecta alia ſunt quæ ingenui/alia quæ
adſtricti glebę incolant.horũqꝫ altera emolumẽti cau
ſa in primis cõſtituta:altera fortaſſis animi gratia ad-
ducta videãtur:de his quę agrũ apprime ſpectãt trãſi
gamus:horũ tecta nõ longe ab herilibꝰ eſſe oportet/quo in ho
ras q̃ quiſqꝫ agat:& q̃ facto ſint opus intelligãt.huius quidem
partis tectoꝝ propriũ eſt vt per eam fructus qui ex agro poſſit
capi parẽtur/colligãtur/atqꝫ ſeruent̃:ni poſtremũ hoc id eſt col
lecta vt ſerues:heriliũ vrbanarũqꝫ eſſe munꝰ ędium putas ma-
gis q̃ prędij ruſticani:iſta perficies hominũ manu inſtrumẽto-
rũ copia/& in primis villici induſtria & diligentia.Manũ ruſti- Manus
cam poſuere veteres hominũ ferme.xv.horũ igitur gratia ha- ruſtica.
bere oportet:quo loci algẽtes foueas aut tẽpeſtatibus ab ope-
re depulſos recipias vt cibũ capiant/vt acquieſcãt vt cõparent
quæ vſui futura ſunt.Ergo parabit̃ culina ampla minime ob Culina
ſcura ab incẽdij periculis tuta cum furno foco aqua et cloaca ruſtica.
intra culinam tablinum vbi honeſtiores pernoctẽt vbi ciſtam
panariã. pernã lardũqꝫ in quotidianos vſus ſeruent:reliqui ita
diſtribuant̃ vt ſuis quibꝰ quiſqꝫ pręſit rebus curandis ꝑſto ſint:

villicus ad ianuā primariā: ne quid noctu ſe inſcio quiſpiā pro
grediatur/aut aſportet quippiā. bubulci ꝑ ſtabulis ne quid eo-
rum ceſſet diligentia vbi res poſtulet. Hæc de hoīm manu hac-
tenus inſtrumenta alia animata vt quadrupedes: alia muta vt
vehicu'a ferramenta et eiuſmodi. iſtorū gratia ad culinā adiū-
getur teges īmodica: ſub qua ploſtrū trahā burrā iuga/ciſtas
Teges. fenarias et eiuſmodi colligas ſpectabit teges meridiē quo etiā
illic familia p brumā agat dies feſtos in ſole. et dabitur prelo ac
Cōclaue. torculari ſpaciū expeditiſſimū et ppurgatiſſimū: aderit et cōcla
ue vbi alueo us calatus/orbiculi funis ſarculus bidētes & ge
neris eiuſdē condant atq; inſarciātur: in trabiū trāſtris et iuga-
mētis/quæ ad tegetē ſint crates conſternent illic vectes/pticas/
haſtaleas virgas ſarmēta/et frondē et ſaginamenta boū et ca-
nabis et linū rude/et eiuſmodi collocabūtur. Quadrupedū duo
ſunt genera. operariū vt bos iumentū. et fructuariū vt porca pe
Quadru- cus capra omneq; armentū. De operarijs prius quando inſtru
pes opera menti potiſſimū loco ſint: mox de fructuarijs/quæ ad villici in
ria. duſtriā pertinent. Bubilia et equilia caueto ne p hiemē ſint algi
Bubile. da: præſepia conſepito ne pabulū diſſipēt. Equis facito ex ſubli
Equile. mi ſtramenta pendeāt vt ſtantes ſublata ceruice non ſine adhi
bito innixu decarpant: fiant enim ea re capite ſicciore/et ſcapu-
lis agilioribus ꝯtra hordeū et ſemina pbeto vt ex īſima ſcrobæ
hauriant: minus enī ingurgitabūt intemperāter: et minus inte
gra ſemina vorabunt: et præterea torulis pectoribuſq; redden-
tur firmiores et robuſtiores. Omnino ꝓuidendū ne paries ad
preſepe fronti aduerſus ſit humectus: craneo eſt equus tenui &
humoris frigoriſq; impatienti: eo feneſtræ ne lunæ radios ad-
mittant caueto: albū oculo inducit luna et tuſſim grauē: et ſau-
cio pecori lunæ radius peſtis eſt. Bobus depreſſa ponito quæ ia
centes manducēt. Focū ſi ſpectabunt iumēta fiēt horrida: bos
hoibus obiectis hilareſcit. Mula calēti tenebroſoue habita lo-
co inſanit. Sunt qui mulā putent ſatis tecto opertā eſſe/ſi caput
opertum ſit: cæteras partes corporis aeri et frigori obijciendas
Bobus pauimenta lapidea ſubſternito ne vngulæ illuuiæ pu-
treſcant. equis pauimenta ſubfodito et liceis aut pluteis robu-
ſteis/foſſam operito/ne vrinæ lutamentis cōmadeſcant et con
trepidatu pauimēta atq; vnguē attritam reddat.

¶Villici induſtria circa animantes: lepores: gallinas: palūbos

et minores auiculas/meſſes/fructuſq; colligẽdos atq; colẽdos/
aream quoq; conficiundam. Caput.XVI.

VIllici induſtria verſabit̃ nõ in eo modo vt tantum ex
agro colligat: verũ & in primis ex animante quadru
pede alite piſce dicẽdũ breuiſſime. Armẽtaria ſepta
loco ſicco et minime vliginoſo ponito/ſolũ erudera
to & ꝓcliue ducito vt euerri & facile poſſit purum fieri/partim
operito ea/partim ſub diuo ſinito auſter noctu humectave au-
ra/ne pecus pertingat/neue nimiũ alij infeſtent venti,puideto.
Lepori ꝓfundiorẽ ad aquã vſq; parietẽ lapide obducito q̃dra- Pro ar-
to aream ſabulo maſculo locis pluſculis ex creta cimolea tumu mẽtario.
los excitato. Gallinis dato in corte porticulũ ad meridiem con Pro lepo
ſperſum plurimo puluere cinericio: ſupraq; id nidariũ adigito: rario.
et perticã vbi ſe noctu colligant. Sunt qui gallinas magnis ca- Pro galli
ueis loco haberi cõſepto iubẽt qui orientẽ ſpectet. Sed q̃ ouorũ nario.
gratia et prolis habeãtur/veluti libertate alacriores ſunt. ita &
fœcũdiores in vmbra et cõcluſo exortum ouum diſſipit. Palũ- Palum-
bariã ſm aquam conſpicuã: & moderate ſub limen ponito: quo baria.
foſſa volitando ales: et ludẽs quaſi alarũ paleſtra & plauſu: ꝑ-
nis alis labens gaudeat appellere. Sũt qui dicãt palũbã deſum-
pta ex aruo eſca: quo plus viç et laboris ſuos ad natos rediens
pertulerit/eo pullos pleniores dare: id quidẽ ꝙ allata gutture
femina quib⁹ prolẽ nutriat ſemicocta fecerit mora: eaq; de re pa
lumbariã arduo in loco poſitã probãt: tum & fortaſſis pręſtare
arbitrãtur palumbariã longe habere ab aquis: ne oua pedibus
madidis refrigerent. Ad turrim in angulis tinunculũ alitem ſi
ↄ̃cluſeris/ab accipitrũ iniuria fiet illeſior. Lupinũ caput cimino
aſperſum vrceo cõditum rimoſo: vt nidorẽ ſpiret/ſi intra aditũ
infoderis: fiet vt plurim⁹ eo palũbus confluat: maiorũ ſedibus
relictis pauimentũ ſi ex creta feceris & vrina hoĩs iterũ atq; ite-
rũ aſperſeris/numerũ adaugebit. pro feneſtris coronæ lapideæ
aut tabulę oleaginee applicẽtur ꝓminentes cubitũ: quo ſe ales
e veſtibulo recipiat & rurſus euolet. ¶ Minores cõcluſę auicu
læ arborũ atq; cœli ꝓſpectu cõtabeſcũt. Cubilia & areolæ aliti- De auicu
bus coaptabunt̃ locis tepẽtibus. his vero q̃ magis ambulent q̃ lis.
volent deꝑſſa: et ipſo in ſolo aponent̃: cęteris demum altiora
collocabunt̃: ſingula ſpõdulis coh-rcebunt̃ ouoꝝ/& pullicino
rũ cõtinendorũ gratia. Cubiculoꝝ operib⁹ lutũ cõmodius cal-

ce & calx gypſo. Lapis oīs iediuuus noxius teſta vtilior tofo ſi modice excocta ſit: materia ex populo aut abiete vtiliſſima. Alitib⁹ oībus ſtabula eſſe oportet illuſtria pura/munda p̄ſertī palumbarū: quin & quadrupedes ſi immundiſſime accubet: ſcaber fiet: ergo fiāt teſtudinata totis parietibus illita & leuigata tectorio marmorato: & diligēter circūobſtruanť: ne feles/mus/lacerta/et eiuſmodi nocuę beſtiolę ouis pullis: aut parietibus ſint infeſtę addētur eſcarię/aquarięq;. Ideo circa villā ducetur foſſa: qua anſer anas & ſus & bos p̄lui p̄fundiq; poſſit: & vbi eſcā ſumāt curabiť: vt cœlo etiā pluuio & turbato lautiſſimoq; fiant ſaturę. Alitū minoꝝ ſtabulis aquaria/eſcariaq; cōceptacula circa parietē adigētur canalib⁹ ita vt nec diſpergere/nec fedare immiſſa valeāt. Ex his fiſtulę extrinſec⁹ patebūt: quib⁹ victus imiſſus ſuppeditētur in medio lauacrū quo abunde aqua

Piſcina. nō impura influat. Piſcinā cretoſo in ſolo infundito/p̄fundiorem q̄ vt ſolis radio victa perferueſcat aut gelet frigore: tum & cauernas circa latus aperito: quo et ā ſubitis turbationibus tumultuās cōfugiat ne animis deſtitutis cōtabeſcat telluris ſuccu piſcis alitur ęſtu acriore lāguet: gelatu interimitur: meridianos ad ſoles ſoluitur alacritate. Credūt lutoſas imbriū aquas/interdū excipi nō incōmode ſed primę poſt caniculū excludendę: q; ſapiāt calcē piſcēq; enecent: & deinceps rarę immittēdę/q; fetēti muſco aquam & piſcē lētitudine inficiāt: illud curādū vt perennis inſpiret atq; reſpiret aqua ex fonte fluuio/lacu/mari. Sed de maritimis piſcinis amplius veteres p̄cōmode monēt ſic limoſa inquiunt regio planū educat piſcem: vt ſoleam/& cōchilia harenoſa. cæteros pelagios paſcit meli⁹ vt auratas et dē

Stagnū. tices. Saxa turdos et merulas et qui inter ſaxa nati ſunt. Demū ſtagnū eſſe aiunt optimū piſcinis quod ſit poſitum vt inſequēs maris vnda priorē ſubmoueat nec intra cōceptū ſinat remanere veterē pigrulentē. Minus enī concaleſcere aquas ducūt quæ ſenſi inouētur. Hacten⁹ de īduſtria villici & diligētia multis in reb⁹: ſed manc qd facit ad rem meſſib⁹/fructibuſq; colligendis atq; cōdēdis p̄bať. hoꝝ gratia areā frumētariā paraſſe oportet: ſolibus & ventis patulā nō lōgius a tegete de qua nup diximꝰ quo ſubitis obortis nimbis poſſis ſeruitia collectāq; ſpicā leui

Area. momēto ad opertū ſubducere. Vbi areā facias ſternito ſolū nō ad libellā ſed leuiter caſtigatū & cōfodito: poſtea amurca p̄ſper

gito bene ſinitoq̧ cōbibat poſtea cōminuto bene glebis deide chilidro/aut palmicula coequato & paliculis verberato: poſtea denuo amurca cōſpargito cū aruerint neq̧ mus/ neq̧ formica nidū faciet: neq̧ luteſcet: neq̧ herba naſcetur. Creta huic operi plurimū afferet ſoliditatis. De aſcriptitiorū tectis hactenus.

¶Herilis & ingenuorū villa/eiuſq̧ ſtructura partes ſingulæ/ vbi/quot/quæ/q̄lia et quāta hoim/& iumentorū/ atq̧ fructuū loca diuerſoria ſeu repoſitoria. Caput.XVII.

Herilem villā ſunt qui dicāt aliā ęſtiuā eſſe: aliā hibernam: atq̧ ſic diffiniāt: vt cubicula hiemis ſpectēt brumalem orietē: cœnatio ęquinoctialē occidentē. Cubicula vero ęſtiua meridiē: cœnatio hibernū orietē: ambulatio ad meridianū ęquinoctiū expoſita ſit. Sed ea nos ꝓ cœli/regioniſq̧ modo alibi atq̧ alibi aliter habēda cēſem⁹: quoad frigida calidis: & vnda ſiccis cōtēperentur. Cæterum tecta ingenuorū velim occupent locū agri nō feraciſſimū: ſed alioquin digniſſimū: vnde oīs aurę ſolis aſpectuſq̧ cōmoditas & voluptas liberrime capiatur/ faciles ad ſe ex agro porrigit adit⁹. Venientē hoſpitē honeſtiſſimis excipiet ſpatijs: ſpectabit ſpectabitq̧ vrbē/oppida/mare/fuſamq̧ planitiem/& nota colliū/mōtiumq̧ capita/hortorū delitias/piſcationū/venationūq̧ illecebras ſub oculis habebit expoſitas. Quomq̧ (vti diximus ædiū ptes alię vniuerſorū: alię plurimoꝝ: alię ſingulorū ſint: in his q̄ vniuerſoꝝ ſūt imitabūtur: ędes principū ſpatia qdē ꝓ foríb⁹ vſurpabit ampliſſima curriculorū/ ęqueſtriūq̧ certaminū: q̄ iuuētutis iaculū & ſagittā lōge exuperent. Intra fores itidē q̄ plurimoꝝ ſunt nō deerūt ambulationes/geſtationes/natationes/ & areę/cū virētes, tū ſiccę/& porticus & emicycli: qb⁹ ad gratos ꝑ brumā ſoles ſenes cōfabulent: & familia diē agat feſtū: ęſtate fruātur vmbra. Atqui conſtat qdē in ædib⁹ alia deberi familię: alia reb⁹ his q̄ familiæ grata habeant. Familiā cōſtituent vir & vxor: liberi & parentes/& qui horum vſu vna diuerſentur/curatores/miniſtri ſerui tum & hoſpitē familia non excludit. Familiæ gratia habēda ſunt quæ ad victum/vt eſca: & q̄ ad vſum vt veſtis: arma: libri: atq̧ etiam equus. Omnium pars primaria ea eſt quam ſeu cauam ædium/ſeu atriū putes dici: nos ſinum appellabimus/proxima veniunt cenacula: ſubinde habentur quæ ſingulorum ſunt cubicula. Poſtremo exiſtant concla-

Cubiculū. Cœnatio. Ambulatio. Familia. Cauediū. Atrium. Sinus.

uia: reliqua ipſis ex rebus noteſcũt. Itaq; ſinus pars erit primaria in quam cætera oĩa minora membra veluti in publicũ ædis forum confluãt: ex quave non aditus modo cõmodiſſimus verum et luminũ etiã cõmoditates aptiſſime importenť: hinc apparet ſinũ quéq; ſibi optare amplum ſpatiũ apertum dignum promptum. Sed ſinu alij contenti vno ſunt: alij plures ꝑducere ꝓſecuti ſunt: hoſq; aut quoq; vndiq; altis parietib⁹ aut ptim præaltis partim humilioribus parietibus cõcluſere. Et voluere alibi opertos eſſe tecto: alibi ſub diuo: alibi ptim optos pti nudos: alibi vno latere alibi pluribus: alibi omnibus laterib⁹ porticũ adiũxere: alibi in ſolo coæquandos: alibi ſub teſtudinato poſuere pauimento. Circa hæc nihil plus dico niſi vt regionum et tempeſtatũ et vſus et oĩs cõmoditatis ratio adhibeatur ita vt frigenti regione acerbitas boreæ et aeris ſoliq; horror: æſtuoſa aũt ſub plaga moleſti ſoles excludantur: cœli ſpiritus gratiſſimus admittať: et lucis iucũdiſſimæ quantũ par ſit copia omni ex parte influat: ꝓuidebiturq; nequid ab vligine ſoli noxium inſudans officiat: neqd ve ex ſuperiorib⁹ deuoluti nimbi obliment. Patebitq; in mediũ ſinũ aditus et veſtibulum honeſtiſſimus minime arctus: minime arduus: minime obſcurus:

Sacrariũ. aderitq; primario obtutu religioni dicatũ ſacrariũ cũ ara ꝓpalã: quo loci ingreſſus hoſpes religionẽ ineat amicitiæ et domũ p.f. repetens pacem a ſuperis & ſuorũ tranquillitatem poſcat: iſtoc ſalutantes amplexabitur: ſiqua erunt arbitria de conſilio penſitabit amicorum et huiuimodi. Cum his conuenient ſpecularia feneſtrarum media in porticu: quibus vna ſpectandi cũ voluptate et ſoles et auras prout tẽpora poſtulabunt hauriãt. Hibernis inquit Martialis obiecta noctis ſpecularia ſoles. Ad

Porticus mittunt puros & ſine fece dies. Et porticuȝ veteres ad meridiẽ ponendã cenſuere ꝙ æſtate ſol ſublimiore ambiens cyclo non

Mõtiũ ꝓſpectus a meridie. immittat radios: hieme ſubĩmittat. Montiũ ꝓſpect⁹ qui ſũt ad meridiem ꝙ ea parte qua ſpectantur vmbra opti ſint: ꝙq; abbente eius cœli vapore caligantes reddãtur non vſq; iucundos præbent ſi lõge diſtẽt. At ijdẽ ꝓximiores et quaſi in caput incũbentes ſi ſint pruinoſas præbẽt noctes & vmbras prægelidas: alioquin ex propinquo gratiſſimi: & ꝙ auſtros intercludant cõ

A ſeptẽtrione. modiſſimi ſunt. Pro ſeptẽtrione ꝓximus mons radiũ ſolis remittẽs vaporem adauget: diſtans vero et ꝓcul poſitus latiſſi-

mus eſt. Nam aeris puritate quæ ſub ea cœli plaga perpetuo ſe
rena viget et ſolis fulgore quo perfūditur illuſtris et mirifice
ſpectatus redditur. Subſolani mōtes ꝓximi frigentes horas an Ab oriēte
ticulanas occidui rorulantē auroram prębent: ambo ex medio et ſeptē-
interuallo feſtiuiſſimi. Itidē & flumina et lacus: neqꝫ ſūt cōmo- trione.
da nimiū ꝓpinqua/ neqꝫ ſunt iucunda vbi nimiū diſtēt. At cō-
tra mare ex mediocri ſpatio ſoles impuros flat: ex proximo mi
nus ledit/ quando æquabiliore perſeueret aere. Ex longinquo
illud inſuper ad gratiā cōfert ꝙ deſiderium ciet ſui. Tamen in- De maris
tereſt qua cœli parte ſeſe oſtentet. nam patens a meridie adurit aſpectu
mare: ſub oriente humectat: ad occidētem caligat: ex ſeptētrio
ne pręfriget. Ex ſinu dabitur in cenacula ingreſſus. Ea erunt ꝓ
vſus neceſſitate alia æſtiua alia hiberna/ alia vt ita loquar me-
dioxuma. Aeſtiuis cenaculis aquā in primis et hortorū viridia Cœnacu-
poſcunt: hibernis teporem et focū. In vtriſqꝫ amplitudo hilari lum.
tas atqꝫ lautities optatur. Sunt argumēta quibus facile pſua-
deas focos apud maiores fuiſſe non quales habere aſſueuimus
Et fumant inquit ille culmina tecti. Id præter Ethruriā et Gal
liam ad hæc vſqꝫ tēpora obſeruatum per vniuerſā Italiā vide-
mus vt nullæ haberentur fumi ex tectis gulæ. Triclinijs aie- Triclinium
bat Vitruuius hibernis nō eſt vtilis cameraꝝ coronario opere
ſubtilis ornatus ꝙ ab ignis fumo et crebris fuliginibus corrū
pantur. Quin et camerā ſupra focum atramento illinibant: vt
atrū id pictura inductum ꝓ fumo videret. Alibi reperio lignis
vti ſolitos purgatis iiſqꝫ vt fumo eſſent imunes: quæ cocta nū-
cupabātur: eiuſqꝫ rei gratia in lignoꝝ appellatione iuriſcōſul-
tos cocta non venire cenſuiſſe: vt poſſis arbitrari focis vſos mo
bilibus ex ære ferro ve prout cuiuſqꝫ res et dignitas poſtulabat
Et fortaſſis caſtrenſe id genus hominū et duratum militia vti
ad vnū omnes erant foco minus vtebātur. Neqꝫ cōcedunt phy
ſici vt aſſidue multo vtamur igne. Aiebat Ariſtoteles carniū ſo Igne aſſi-
liditatē in animante conſtare a frigore. Et notarunt qui iſta ꝓ- duo non
fitentur fabros qui officinis ignarijs exerceant ferme oēs vul- eſt vtēdū.
tu et cute admodū rugoſa & criſpa reddi: idqꝫ fieri ea re atteſtāt
ꝙ cloacas gelu planitudines et ſuccus quo caro fiat colliquet
igne: atqꝫ vaporibus euaneſcat. Apud Germanos et Cholcos
alibi ve vbi igniū auxilio cōtra rigores frigorū opus eſt conca
lefacto vtuntur conclaui: de quo ſuo dicet loco. Ad focū redea Focus.

mus. Sũt q̃ ad foci vſũ ptineãt hæc: vt prõptus extet: vt plures vna foueat: luminis habeat ſatis: vẽtoꝝ nihil. habebit tñ q̃ reſpiret fum⁹: alioqui nõ conſcẽderet Ergo nõ in angulũ: nõ multo intra parietẽ coget: nõ tñ pmores ꝯuiuarũ menſas occupabit. Aptionũ flabris nõ vexabit: imis faucib⁹ ex pariete haud multo pminebit: gula erit capaci: & a dextris ad ſiniſtrã lata: excitata ad ppẽdiculũ: procera quoad toto ſũmo capitulo faſtigia oĩa excellat. Id qdẽ certe ppter incẽdioꝝ picula: tũ etiã ne vẽtus offẽſis tectorũ obijcibus vndas aereas inglomeret: ac verticib⁹ fumos retardet atq; retundat: fumus ſpõte ſua ĩbuto calore cõſcendit: ſed inde flãmaꝝ et foci calorib⁹ acceleratius ppellitur.

Infumibulum.

Gula igitur camini exceptus veluti fiſtula coarcetur: impetuq; ſecundantiũ flãmaꝝ nõ ſecus atq; ſonus ex tuba truditur. Par igitur vti ĩ tuba ſi nimiũ lata eſt ſurdeſcit aere obinuerſo: ſic fumus. Sũmi capituli vertex teget ob imbrẽ: naribus fietq; ppatulis et circũfuſis preſeptis tñ alamento quo venti moleſtia ab arceatur. Inter alamẽta et nares laxatas relinquet ad euomẽdos fumi fluuios. id vbi nõ licet: vertulã appello: quã erectũ in acũ apponi velim. ea eſt capſis ænea lata quoad ſũmas gulæ fauces intra ſe capiat. Stabit huic piecta p frõte criſta qua veluti temone acta laceſſẽtibus vẽtis ĩuertat occiput. Cõmodiſſime capitulis gularũ circũapponent cornua ænea aut ex opere fictili amplo et apto vacuo pula ore ſupremo ad gulã ipſã cõuerſo: qua auſtos bucca inferiore fumos ſuprema euomat inuitis ventis

Coquina

Cęnaculis debet coquina et cella obſonaria vbi reliquias cęnæ et vaſa et mãtilia referant. Coquina neq; in gremiũ ꝯuiuaꝝ habenda eſt neq; porro lõgius ſemouẽda quoad q̃ calida ꝯuiuijs exigũtur interueniendũ refrigeſcãt: ſat erit ſilixarũ/patellarũ/cortinarũ ſtrepitus et fœditas excludet. Ferculoꝝ ꝯportatiões ne imber aut itionũ ĩgrati anfractus aut locorũ obſcenitas impediat: ne ve ab his digniora dehoneſtent puidebit. Ex cœnaculis cubicula petũtur. Lautiſſimi eſt vti cenacula nõ eadẽ hře æſtate atq; bruma. Venit ĩ mentẽ illud Luculli. Ingenuũ hoĩes deteriore ĩ ſorte q̃ grues atq; hirũdines eſſe non oportere. Nos tñ q̃ in quibuſq; bñ moderati rõ cõprobet r feram⁹. Ex Aemilio pbo hiſtorico ſolitos memini apud Grecos nõ niſi in cõuiu js ppinquoꝝ vxores adhibere: & ptes ædiũ vbi ſederent mulieres q̃dã eſſe: q̃ pter cognatos ppi uiores hõ accederet nemo

Dictũ Luculli

Et pfecto vbi qdē ꝯgruāt mulieres loca eſſe oportere arbitror nō ſec⁹atq dicata religioni & caſtimonię:tū et lauta velī iſtiuſ modi aſſignari puellis et virginib⁹diuerſoria:q̄ molliculi earū aī iſtiuſmōi cōclaui minore cū tedio ſui ſeſe ꝯtineant.Matrona vtili⁹illic aſſidebit vñ q̄ qſq domi agat intelligat.Sed nos q̄ ad patrios cuiuſq mores ꝓdicāt ſequamur.Viro atq vxori dormitio ſingulis ſingula debet:nō id mō vt pturiēs aut malſana mulier moleſta viro nō ſit:verū et æſtiuos etiā ſōnos illeſiores pagat/cui lubuerit/ſua cuiq aderit ianua:& pter id ꝯmune aderit poſticulū:q̄ mutuo ſe poſſit petere ſī interpte.Sub vxoris ꝯclaue veſtiaria/ſub viri libraria cella ꝯparabit.Parēs ętate feſſa q̄ ocio & qete indigeat dormitionē habebit tepētē/obtectā/ſemotā ab oī familię atq externorū ſtrepitu.Habebit in pmis foculi letitiā/& q̄ alia valitudinarij exigūt animi & corporis gr̄a.Huius ſub ꝯclaui argētaria erit cella.In hac liberi mares adoleſcentuli.In veſtiaria virgines puellę.In pximo nutrices pnoctabūt Hoſpitē collocabim⁹ ædiū pte q̄ ſit pxima ad veſtibulū:q̄ ſe ſui liberi⁹ ſalutatores adeāt:& familiā reliquam minus ſollicitēt. Pretextati libere e regiōe aut nō lōge ab hoſpite diuerſabūt familiaritatī fruēdę & fouēdę gr̄a. Subcōclaue hēbit hoſpes:vbi ſecretiora & cariora ꝯdat:atq ad arbitriū recluſus repetat.Pretextato erit ſubcōclaue cella armamētaria. Curatores miniſtri ſui ab ingenuorū ꝯmertijs ita ſegregabunt:vt p cuiuſq officio decēs & pat⁹ locus attribuat. Ancillę et cubicularij ſuis ꝯmiſſi locis nō lōgi⁹ aberūt q̄ vt extēplo audire:et pſto ad iubētis imperia poſſit eſſe.Curator triclinij ad vinariā cellā et penu aditū poſſidebit.Quadrupedū curatores p ſtabulis accubabūt.heriles eq a dorſuarijs ſegregabūt:habebūtq loco vñ fetorib⁹ domū aut int ſe rixa nō offēdāt:aut igniū caſu qppiā obſit.Triticū ſemēq oē marceſcit humore:palleſcit ęſtu:attenuat afflictu:calcis ꝯtactu vitiat.Ergo vbi vis ꝯdēdū duxerī ſeu ſpelūcis ſeu puteis/ſeu tabulato/ſeu nudo in ſolo aceruatū/curato vt habeat loco ſicciſſimo et penit⁹recēti.Fuiſſe apud Siboli repta frumēta ītegra poſt annū cētēſimū/a q̄ effoſſa fuerit teſtis eſt Ioſeph⁹. Sūt q hordea calēti loco nō vitiari putēt:poſt annū ocius vitiatur.Affirmāt phiſici hūido pari corpa vt corrūpant:calido fieri vt corrūpant.Lutū ex amurca atq argilla cōmaceratū ſparto aut paleis tritis valde ſubactū ſi granario īduxerī/hēbis grana

Cōclaue.

Attende pulchra

Familiæ collocationem.

De tritico et ſemine ꝯſeruādo.

ſolidiora & firmiora: & ſeruabis diuti⁹ & curculio nõ nocebit: et formicę nõ faciẽt furta. Quę horrea ſeminũ cauſa fiãt crudo ex latere pręſtabũt. Seminib⁹ atq; etiã fructibus cõditițijs boreas vẽtus amicior eſt auſtro: & ab locis humectis ſpirãte aura quauis pertabeſcũt gurgulione vermeq; refundũtur. Tũ & pertinaci atq; immodico quouis vẽto reddũtur vieta leguminib⁹ pręſertim fabis horreum cinere atq; amurca cruſtato. Poma in tabulato occluſiſſimo atq; gelido habeto. Vtribus turgefactis poma ſeruari integrũ per annũ putabat Ariſtoteles. Aeris in cõſtãtia oĩa cõficiũtur: ea re oẽs arcebũtur flatus. Quinetiã ex aquilone ferunt poma rugis deturpari. Cellã vinariã ſubterraneã & cõcluſam ꝓbant: tũ vt vina ſunt quę vmbra lãgueſcãt Ventis oĩbus qui a ſubſolano meridie ab occaſu veniãt pſertim bruma & vere vinũ pertactum perturbaẽ: ad caniculę autẽ ſydus etiam borea cõmouetur: ſolis radio areſcit: luna hebeſcit motu fraceſcit atq; elangueſcit: odoris rapax eſt vinum: fetore eneruaẽ et ſoluitur: ſicco & gelido tenoreq; vno perſeuerãti annos perfert. Vinũ inquit Columella q̃diu frigidũ erit: tam diu recte manebit. Cellã iccirco vinariam in loco ponito ſtabili: & a carrorũ concurſu immuni: eorũ latus et lumina a ſubſolano in aquilonẽ obuertito. Sordes et male odorata oĩa vligo/ craſſus vapor fumus horti ſpiramẽta ex cepe braſſica fico/ caprifico expurgato longe abigito penitus excludito: ſolum cellæ pauimẽto ſubdiuali ſternito/ in medio lacunulam deprimito: qua ſi quid dolij vitio effuſum ſit colligas. Sunt q opere cemẽtitio & muratili dolia faciant. At dolia quo capaciora eo vinũ erit acrius & fortius. Olearia calẽtes amant vmbras: odere auras frigidas: tũ et fumo atq; fuligine inficiunẽ. Impura illa prætermittanẽ/ qđ aiunt ſterquilinia habẽda alia vbi nouũ ſtercus alia vbi vetus cõdas. Humecto gaudere ſole et vẽtis exinaniri Hoc ſit ad rem q̃ ignes metuãt vt fœnile: et quę conſpectu atq; odoratu terra ſunt abigantur & ablegentur. Robuſteo ſterquilinio ſerpens non orietur. Hoc prætereundum non cenſeo. Nam quid hoc mali eſt in agro ſterquilinia ponimus loco abdito atq; excluſo / nequid familiam ruſticam offendat fetoribus: ſub tectis vero et prope ſub puluinari cellis primarijs: quibus alioquin integras captamus quietes: laterinas habere priuatas hoc eſt apothecas peſtilentiſſimi fetoris volumus.

Horreũ. Ad poma cõſeruanda. Cella vinaria. Dolia. Olearia. Sterquilinia.

Si egrotabit trulla et vaſculo cõmodius vtetur.Bene autẽ va-lentibus quid ni abigendã iſtanc nauſeam ducas: nõ video. Et ſpectaſſe liceat cũ cæteras alites tũ in pͥmis hirũdines quantope curent pullos habere ſuos nido nequicq̃ fedo. Mirũ quid mo-neat natura. Nã et pulliculi cũ primũ per ætatem firmatis mẽ-bris licet nõ niſi ex nido onus ventris deijciunt/adſunt et parẽ-tes: qui quidẽ quo longius feditatẽ abigãt roſtro pullorũ ſege-ſtionem aere cadentẽ excipiunt atq; aſportant. Naturæ igitur bene admonenti parendũ cenſeo.

¶Inter locupletiorũ villã et vrbanũ diuerſoriũ diſcrimen: te-nuiorũ; ædificationes ad locupletiores quantũ ꝓ facultatibus permittitur accedere debere: et æſtiuis quidem q̃ hibernis vſi-bus potius edificandum. Capitulum.XVIII.

SEd villa et vrbana locupletiorum diuerſoria inter ſe hoc differunt: ꝙ fortunatis villa æſtiuũ diuerſorium eſt/vrbanis tectis ad brumas ꝯmodius tolerãdas vtũ-tur. Inde adeo ex agro oẽm lucis/auræ ſpatij/ꝓſpe-ctuſq; amænitatẽ captãt/ex vrbe vmbratiles et molliores deli-tias ſequũtur. Sat idcirco eſt ſi quæ ad vſũ ciuilẽ oportuna ſunt intra vrbem cũ dignitate et ſalubritate præſtãtur: quoad tñ lo-corũ anguſtiæ & luminis copia patietur: oẽm ſibi villæ amæni-tatem atq; iucũditatẽ ædes vrbanæ arripient. Habebũt quidem preter laſſitatẽ ſinꝰ/etiã porticũ/ambulationẽ/geſtationẽ/atq; hortorũ delitias et eiuſmodi. Sin id minus licebit coæquabili ĩ ſolo etiã ædificationibus alteris in alteras ſupadactis iuſta mẽ-bro℞ ſpatia cõparabunť. Natura loci permittente ſubterranea infodientur quibus liquida ligna æque ſeruitia colloces: in ha-ſce honeſtiora ſuperædificabuntur. Atqui addẽtur etiam in ha-ſce itẽ alteræ ſi opus ſit ædificationes: quoad familiæ vſibꝰ abũ-de ꝓuiſũ ſit. Primis vſibꝰ primę: dignioribꝰ digniores ptes di-ſtribuẽtur. Demũ curabiť vt ſint parata diſcretaq; loca: qbus cũ meſſẽ fructus ve tũ inſtrumenta oĩſq; deniq; ſupellectilis aſſer-uetur. Nõ deerit/vbi ad res diuinas: vbi ve mundũ muliebre et quæ ad feſtos dies: & q̃ ad virilẽ ornatũ ſolenniũ die℞: & vbi arma atq; tæla: & vbi q̃ ad lanificia: & vbi ad epulationes et ho-ſpitum aduentũ: et quæ ad rara tempo℞ negocia annumerata adſcriptaq; ſeruentur. Alibi quod mẽſtruũ: alibi quod annuũ: alibi quod ad viꝰ debeť quotidianos: quæ ſingula ſub conclaui

vbi eſſe nō poterunt/curandū eſt maxime vt ſint ſub ꝓſpectu:
eo id magis quo in rariore futura ſūt vſu. Nā quę res quotidie
videt̃/ea plane minus metuet furē. Tenuioꝝ ædificationes q̃tū
ferunt facultates ex locupletioꝝ lautitiæ ſibi exēpla vēdicabūt
quæ imitent̃: hac adhibita moderatione vt emolumenti rōnes
poſt habuiſſe nunq̃ velint voluptati. Ergo iſtoꝝ villa nō mul-
to minus ꝓſpiciet boui et gregi q̃ vxori. Volet palumbariā pi-
ſcinā et eiuſmodi ad fructū nō ad delitias: parabit tñ villā me-
liuſcule: quo materfamilias illic lubentius verſari: et rē dome-
ſticā diligenter curare aſſueſcat: neq; tm̃ vtilitati fructuiq; ꝓſpi
ciet: quin in primis valitudini ꝯſulat. Vbi aerē mutare opus ſit
per hiemē id facias monebat Celſus: minus eni cū periculo bru
ma graue perferre cælum aſſueſcimus q̃ æſtate. At nos villam
æſtate potiſſimū petim⁹. Curandū igitur/vt ſit illa quidē longe
ſaluberrima. Intra vrbē ſub ædibus tabernam quæſtuariā ha-
bere q̃ tricliniū apparatiorē: id demū ad ſuas ſpes et cupidita-
tes cōducere arbitrabitur: captabitq; in triuio angulū: in foro
frontē: itra militarē viā perſpicuum reflexū: neq; alia ferme ſol
licitus erit cura/q̃ vt expoſitis venaliū illecebris aucupetur. In
teſtinis operibus non indecenter vtetur crudo latere craticijs:
creta acerata materia. In extimis autē illud putabit non perpe-
tuo dari: vt vicino frugi et cōmodo vtatur: ea re circuet domū
pariete cōtra hoim ac temporū iniurias firmiore: viculoſq; cō-
terminales aut ita ponet latos: vt aura mature ſiccētur: aut ita
ponet arctos/vt vno canali amboꝝ ſtillicidiorum effluuia exci
piantur atq; deuomantur. Inter pluuiares iſtiuſmodi viculi ac
multo magis canales ipſi multo faſtigiabuntur: ne reſideat aq̃
neue refundatur: ſed confeſtim expurgetur via q̃ id fieri poſſit
breuiſſima. Cæterum de his omnibus ſūmatim quæ repetenda
Nota q̃ hic ſūmatim annotantur. videantur/cū his quæ primo libro tranſegim⁹ hæc ſunt. Quæ
partes ædificij igniū caſibus immunes eſſe debēt: que temporū
iniurijs obiectę ſunt: quę obcluſiora eſſe: q̃ ſtrepitu carere opor
tet teſtudinent̃. Terrenas oēs habitationes teſtudinari perpla-
cet: quæ terrenis ſuperaſtruantur ſalubriores reddentur conti-
gnatione. Quibus ad crepuſculum vſui venit lux: vti ſunt ſalu
tatio ambulatio et præcipue bibliotheca æquinoctium orien-
tem ſpectent. Que tineam pallorē mucorē eruginē ve metuāt
veſtis libri/arma/ſemē/eſculentaq; omnia meridie atq; occidē

te coerceant. Si æquabili opus eſt lumine pictori/ſcriptori/ſcalptori et eiuſmodi ſeptētrionem dato. Demū vertito æſtiua oīa vt boreā excipiant: hiberna meridiē: verna & autūnalia orientē Occiduū vero ſolē balneis et vernis cenaculis dato. Hæc ſi nō licet ex ſententia æſtiuis ꝓmodiſſimas partes præoccupato. Et mea quidē ſentētia qui ædificat æſtiuis ædificet vſibus ſi ſapit: nā hibernis vt fiat ſatis leue eſt negociū: claudito: et focū incēdito. Cōtra æſtū multa requiruntur: ſed iuuāt ea quidem non ſēper multū. Eo igitur hibernis facito area ſit modica/altitudo modica/aptiones modicæ/æſtiua contra omni ex parte habeto laſſa patula oīa. Facito ſit captatrix auræ gelidiuſculæ ſoles autem & ab ſole miſſos flatus excludito: multus aer ampla cōcluſus aula multis vna conceptis aquis inſtar tardius cōferueſcit.

# LEONIS BAPTISTAE ALBERTI DE ORNAMENTO LIBER SEXTVS.

¶ Epilogus ſuſcepti operis: difficultas et ratio. De vitruuio et antiquis architecturę ſcriptoribus iudiciū: et in his ſcribendis quantum ſtudij: laboris ac diligētię: ſit impenſum. Capi.I.

LIneamenta et materiā operum & manum fabrilem/& quæ ad publica priuata/cum ſacra/tum & profana ædificia conſtituenda pertinere videbantur/quoad eſſent ea quidem ad ferendam iniuriā tempeſtatum apta: et ad ſuos queq; vſus pro locorum temporū hoīmq; rerumq; rationibus accōmodata/ ſuperioribus libris quinq; tranſegimus diligentia quātum ex libris ipſis ꝑſpicere potuiſti: vt eā in iſtiuſmodi rebus tractandis multo maiorem nō deſideres: labore me ſuperi maiore q̄ pro inita prouītia interdū ex ipſo me fortaſſis poſtulaſſem. Incidebant eīm frequētes difficultates/& rerū explicandarū/& noīm inueniēdorū et materiæ ꝑtractande quæ me abſterrerēt ab incepto atq; auerterent. Alia ex ꝑte quæ ratio vt opus inchoarē adduxerat: eadē reuocabat vt ꝓſequerer atq; hortabatur. Nāq; dolebā quidē tā multa tāq; præclariſſima ſcriptorū monumenta interiſſe temporū hoīūq; iniuria: vt vix vnū ex tāto naufragio Vitruuiū ſupſtitē habeemꝰ/ſcriptorē ꝓculdubio iſtructiſſimū: ſ3 ita affectū

De vitruuio.

tēpeſtate atq; lacerū/vt multis locis multa deſint & multis plu
rima deſideres. Accedebat ꝙ iſta tradidiſſet nō culta/ſic eni lo-
quebaſ vt latini græcū videri voluiſſe: gręci locutū latine vati
cinētur. Res autē ipſa in ſeſe porrigenda neq; latinū neq; gręcū
fuiſſe teſteſ: vt par ſit nō ſcripſiſſe hunc nobis q̄ ita ſcripſerit vt
nō intelligamꝰ. Reſtabāt vetera rerū exēpla templis/theatriſq;
mandata: ex quibꝰ tanq̄ ex optimis ꝓfeſſoribus multa diſcerē-
tur: eadē nō ſine lachrymis videbā indies deleri. Et qui forte ꝑ
hæc tēpora ędificarent nouis ineptiarū delıramētis potius q̄ ꝓ
batiſſimis laudatiſſimorū operū rationibꝰ delectari: quibꝰ ex re
bus futuꝝ negabat nemo quin breui hęc pars (vt ita loquar) vi
tę et cognitionis penitꝰ eſſet interitura. Iccirco hęc cū ita eſſent
nō poterā non facere/quin de cōmentādis his rebus et ſæpe/&
diu cogitarē. Inter cogitandū quidē tātas res tam dignas/tam
vtiles tam in vita hoīm neceſſarias quę ſeſe vltro afferrēt ſcri-
bēti nō negligēdas inſtituebā: officijq; eſſe cenſebā viri boni &
ſtudioſi conari: vt partē hanc eruditionis quā prudētiſſimi ma
iores ſemꝑ maximi feciſſent ab interitu vēdicarē. Itaq; anceps
eram incertuſq; cōſilij/ꝓſequerer ne an potius intermitterem.
Peruincebat amor operis et ſtudiorū charitas: et q̄d ingenium
pręſtare ſatis nō potuiſſet ſtudiū ardens et incredibilis diligen

De ſe hic author humaniſſime ſcribit.

tia ſuppeditabat. Nihil vſq̄ erat antiquorū operū/i quo aliqua
laus eluceſceret. quin illico ex eo perueſtigarē ſi quid poſſem ꝑ-
diſcere. Ergo rimari oīa/cōſiderare metiri lineamētis pictu-
rę colligere nuſq̄ intermittebā quoad funditꝰ quid quiſq; attu
liſſet ingenij aut artis pręhēderem atq; pernoſcerem. Eoq; pa-
cto ſcribēdi laborē leuabam/diſcēdi cupiditate atq; voluptate.
Et ꝓfecto tam varias res/tā diſpares tam diſperſas tā ab vſu
et cognitione ſcriptorū alienas colligere in vnū/et digno recē-
ſere modo et apto locare ordine et oratione tractare accurata
& certa ratione mōſtrare ꝓrſus eſt facultatis et eruditionis ma
ioris q̄ in me ꝓfitear: me tn̄ nequicq̄ penitet mei: ſi quod oīno
inſtituerā aſſecutus ſum: vt qui me legerint eſſe me facilē dicen
do maluiſſe ſtatuāt q̄ videri eloquētem. Q̄d vnū q̄ ſit difficile in
iſtiuſmodi rebꝰ cōmentādis magis nouere experti q̄ credāt qui
periculū nō fecere. Et ni fallor quę ſcripſimꝰ ita ſcripſimus: vt
eſſe latina nō neges et ſatis intelligant. Id ipſum in his quæ ſe-
quūtur ꝓ viribus efficiemꝰ ex tribꝰ partibꝰ q̄ ad vniuerſam ędi

ficationē pertinebāt:vti eſſent quidē quæ aſtrueremꝰ ad vſum
apta:ad perpetuitatē firmiſſima/ad grām & amœnitatē paratiſ
ſima. Primis duabꝰ partibꝰ abſolutis reſtat tertia oīm digniſſi-
ma et perq̄ neceſſaria.

¶De ædificiorū dignitate/ gratia/ amœnitate/ pulchritudine/
& ornamēto dicendū.quid ſint/quidqꝫ inter ſe diſcrepent certa
artis ratione ędificandū:ipſius deniqꝫ artis parens. Caput.II.

ETenim gratiā quidē atqꝫ amœnitatē nō alicunde ma
nare arbitrantur q̄ a pulchritudine atqꝫ ornamento:
hinc ducti ꝙ neminē inueniri ſentiāt tā triſtem & tar
dum:tā rudē & ruſticanū:quin pulcherrimis rebꝰ ma
iorem in modū afficiat̃:ornatiſſima oībꝰ poſthabitis ꝓſequa
tur:turpibꝰ offendat̃:incompta omnia & neglecta explodat:&
quātū cuiuſqꝫ rei deeſſe ornamenti ſentiat:tm̄ deeſſe ꝓfiteat̃ qđ
faciat ad gratiā atqꝫ dignitatē.Digniſſima igit̃ atqꝫ in primis af De orna-
fectāda pulchritudo eſt his pręſertim qui ſua velint reddere nō tu pul-
ingratā.Huic rei maiores noſtri viri prudētiſſimi quātū deberi chra.
exiſtimarint:inditio ſunt cū cętera:tū leges militia/res diuina/
totaqꝫ.R.P.q̄ incredibile dictu eſt quātopere curarint vt eſſent
ornatiſſima:ac ſi cenſuiſſe videri voluerint:iſta hęc ſine quibus
hominū vita vix conſtare poſſit/ornamentorū apparatu et pō
pa ſublata inſipidum quid negocij et inſulſum fore.Deos certe
ſpectato cœlo & mirificis eorū operibꝰ miramur magis q̄ pul-
chra illa quidē videmꝰ.q̄ ꝙ eſſe vtilia ſentiamus.Aut quid iſta
ꝓſequar/ipſa reꝝ natura qđ paſſim videre licet nimia pulchritu
dinū voluptate ſublaſciuire indies nō deſiſtit:omitto cætera &
pingēdis floribus.Qꝫ ſi qua in re iſta deſiderātur:profecto ędi-
ficium eiuſmodi eſt:vt hiſdē carere nullo pacto poſſit ſine peri
torum atqꝫ imperitorum offenſione.Quid enim eſt vt mouea-
mur lapidum ſtrue informi & inconcinna/niſi vt quo ea quidē
maior ſit:eo iacturam impenſę magis vituperemus/& in con-
ſideratam coaceruandorum lapidum libidinem deteſtemur/
Neceſſitati ſatiſfeciſſe leue quid & perpuſillum eſt:commodita
ti proſpexiſſe ingratum/vbi offenderit operis inelegantia. Ac-
cedit ꝙ hęc vna de qua loquimur cōmoditati atqꝫ etiam peren
nitati plurimū affert adiumenti.Quis enim non ſecum agi cō-
modius affirmabit/vbi ſeſe intra ornatos/q̄ ſi neglectos intra
parietes receperit:aut quid alioquin tā obfirmatum effici vlla

hominũ arte poterit quod ab hoĩm iniuria ſatis munitũ ſit. At pulchritudo etiã ab infeſtis hoſtibus ĩpetrabit vt iras tẽperent atq; inuiolatã ſe eſſe patiãtur: vt hoc audeã dicere nulla re tutũ ęque ab hoĩm iniuria atq; illeſum futurũ opus: q̃ formę dignitate ac venuſtate. Huc om̃is cura om̃is diligẽtia/ om̃is impenſæ ratio cõferenda eſt: vt q̃ feceris cũ vtilia & cõmoda ſint: tum & precipue ſint ornatiſſima ac perinde gratiſſima: quo ad qui ſpectent nulla in re alibi tantũ erogatũ eſſe impẽſę malint q̃ iſtinc Sed pulchritudo atq; ornamentũ per ſe quid ſit: quidve inter ſe differãt fortaſſis animo apertius intelligemus q̃ verbis explicari a me poſſit. Nos tamen breuitatis gratia ſic diffiniem⁹: vt ſit pulchritudo quidẽ certa cũ ratione concinnitas vniuerſarũ partiũ in eo cuius ſint: ita vt addi aut diminui/ aut ĩmutari poſſit nihil quin ĩprobabilius reddat. Magnũ hoc & diuinũ quo perficiẽdo om̃es vires artiũ & ingenij cõſumunt: raroq; vel ipſi naturę cuiq̃ cõceſſum: vt in mediũ ꝓferat qđ plane abſolutũ atq; om̃i ex parte perfectũ ſit. Quotus inquit ille apud Ciceronem/ Athenis extat ephębus pulcher. Deeſſe aliqd ſpectator ille formarũ: aut plus eſſe in his quos nõ probaret intelligebat: qđ ipſum cũ pulcherrimis rationib⁹ nõ cõueniret: illis ni fallor/ adhibita ornamẽta hoc cõtuliſſent: fucando operiẽdoq; ſiqua extabant deformia aut comando expoliẽdoq; venuſtiora: vt ingrata min⁹ offenderẽt & amœna magis delectarent. Id ſi ita ꝑſuadetur erit quidẽ ornamẽtũ quaſi ſubſidiaria quedã lux pulchritudinis atq; veluti ꝯplementũ. Ex his patere arbitror/ pulchritudinẽ quaſi ſuũ atq; innatum toto eſſe perfuſum corpore qđ pulchrũ ſit: ornamentũ autẽ afficti & cõpacti naturã ſapere magis q̃ innati. Rurſus ſic eſt vt proſequar. Qui ita ædificãt/ vt quę ędificẽt probari velint q̄ velle debent qui ſalẽ habẽt hos certa ſane moueri ratione. Facere quidẽ aliquid certa cũ ratione artis eſt. Rectã iccirco & ꝓbatã ædificationem quis negabit nõ niſi ex arte poſſe duci: equidẽ certe ipſa hæc pars quæ circa pulchritudinem ornamẽta ꝙ verſatur/ primaria omniũ quom ſit huius nimirũ ipſius partis aliqua certa & cõſtans erit ratio atq; ars: quã qui negligat inſulſiſſimus eſt. Sed ſunt quib⁹ iſta non probentur dicantq; ſolutã & vagam eſſe quãdã opinionẽ/ qua de pulchritudine atq; omni ędificatione iudicemus: & pro cuiuſq; libidine variam & mutabilem eſſe formã ędificiorum nul

Pulchritudinis vis.

lis artium pręceptis adſtringendam. Cōmune hoc ignorantię
vitium eſt:quę neſcias nequicq̄ eſſe profiteri. Tollendum erro=
rem hunc ſtatuo : non tamen illud aſſumo vt ꝓlixius rimari
oportere cenſeam quibus primordijs emanarint artes: quibus
rationib⁹ ductę:quibus alimētis creuerint. Sit non ab re quod
aiunt artiū parētem fuiſſe caſum/atq; aduerſionem alumnum
vſum atq; experimētum: cognitione vero atq; ratiocinatione
excreuiſſe. Sic ferūt mille annis a mille milibus hominū medi=
cinam inuētam extitiſſe:itidem & nauticā/& plęraſq; oēs iſti
uſmodi artes minutis additamentis excreuiſſe.

¶ Aedificatorię adoleſcētia apud Aſiaticos. Luxuria apd̄ Græ
cos. Florulentia vero apud Italos matura ab regibus cura &
adminiſtratione ſuſcepta. Cuius pręcepta quędam vniuerſalia
quędam vero particularia. Caput. III.

AEdificatoria quātum ex veterū monimentis percipi=
mus/primā adoleſcentię vt ſic loquar/luxuriē profu
dit in Aſia. Mox apud Gręcos floruit. Poſtremo ꝓba
tiſſimā adepta eſt maturitatē in Italia. Sic enim mihi
fit veriſimile:reges illos rerum affluentia & ocio abundantes
vbi ſe ſuaq; opes ſceptriq; maieſtatem & amplitudinem intue=
bantur ꝙ eſſe opus tectis grādioribus & pariete honeſtiore in
telligerent/cepiſſe cuncta ſectari/atq; colligere:quę facerent ad
eam rem:& quo maximis & honeſtiſſimis vterentur ædificijs:
maximis fortaſſis arboribus tecta ponere:ex lapide min⁹ igno
bili parietem ducere vſurpaſſe:pręſtitit opus admirationē atq;
etiam gratiam. Indeq; laudari vaſta fortaſſis opera ſentirent:
ꝙq; in primis regium eſſe mun⁹ arbitrarētur ea facere quę pri=
uati non poſſent operū immanitate delectati inter ſe ipſi reges
ſtudioſius certare progreſſi ſunt ad inſaniam vſq; pyramidum
extollendarum. Credo equidem vſum ædificandi prębuiſſe oc
caſionem vt multa ex parte cernerent quid interſit numero/
ordine / poſitu:facieve:quę aſtruerentur vno aut altero com=
miſiſſe. Ac perinde gratiorib⁹ delectatos ſpernere didiciſſe in
concinniora. Succeſſit Græcia:ea quidem ꝙ ingenijs bonis/
atq; eruditis floreret & flagraret cupiditate ornandi ſui: cum
cætera tum & templum in primis faciundum curauit. Hinc
cepit Aſſyriorum Aegyptiorumq; opera diligentius ſpectare/
quoad itellexit quidem in iſtiuſmodi laudari magis artificum

manus q̃ opes regias. Nam poſſe quidem magna facere fortunatorũ eſt. Facere aũt quæ periti non vituperẽt eoꝝ eſt qui laudem mereantur. ex ea re ſuas eſſe partes inſtituit Græcia ſuſcepto in ope id conari vt quos fortunæ opib⁹ æquare nõ poſſet: hos quoad in ſe eſſet ingenij dotibus ſuperaret. Cepitq; vti cæteras artes ſic et hanc ædificatoriã ipſo ex nature gremio petere atq; educere totãq; tractare totãq; pernoſcere ſagaci ſolertia proſpiciens perpendẽſq;. Quid inter ea quæ ꝓbẽtur ædificia interſit atq; ea quæ minus ꝓbentur. Iſta in diſquiſitione nihil ꝑtermiſit. Omnia tentauit naturæ veſtigia luſtrans et repetens. paria quidẽ parib⁹/recta flexis prompta ſub obſcurioribus permiſcẽdo: intuebatur ante quaſi ex maris feminæq; cõnubio tertium quippiam oborietur: quod faceret ad ſpem inſtituti officij: neq; deſtitit etiam in minutiſſimis iterũ atq; iterũ cõſideraſſe partes ſingulas qui dextra ſiniſtris ſtantia iacentibus/ꝓxima diſtantibus cõuenirent adiũxit detraxit/æquauit maiora minoribus ſimilia diſſimilibus/prima vltimis quoad competentum fecit. Laudari aliud in his que ad vetuſtatẽ perferendã q̃ſi ſtataria conſtituerentur: aliud in his quæ nullã æque ad rẽ atq; ad venuſtatem fabricarentur. Hæc illi. Italia tum primum pro innata frugalitate ſic ſtatuebat in ædificio nõ ſecus atq; in animante cõuenire. Nã puta in equo ſentiebat illa quidẽ ad quos vſus eius figuram membrorũ cõprobes raro fieri quin eos ipſos ad vſus id animãs cõmodiſſimũ ſit: et gratiã formæ perinde putabat ab expetita vſus cõmoditate nuſq̃ excluſam aut ſeiunctam inueniri. Sed parto imperio gentiũ cum non minore q̃ Græcia ornande vrbis ſtudio et ſui flagraret. Annũ ante trigeſimũ que fuerat omniũ pulcherrima in vrbe domus centeſimum nõ obtinuit locũ: cũq; incredibili ingeniorum copia qui in ea re exercerentur abundaret: ſeptigentos inuenio Romę vna fuiſſe architectos: quorum opera vix ſatis pro eoꝝ meritis laudamus. Cũq; imperij vires ſatis quæ ad omnẽ admirationẽ facerent ſuppeditarent. Tatium quendã referunt priuata impenſa termas donaſſe Hoſtienſibus centum aſtructas colũnis numidicis cum hæc ita eſſent: placuit regũ potentiſſimorũ amplitudinũ cum vetere frugalitate coniungere: ita vt neq; parſimonia vtilitati detraheret/neq; vtilitas opibus parceret. Invtriſq; autem quicquid ad lautitiem/venuſtatemq; vſpiam excogita-

Tati⁹ ther mas cẽtũ columnis numidi cis aſtructas Hoſtienſibus donauit.

ri poſſit adiungeretur. Cęterum ędificandorũ operũ cura et ſollicitudine nuſq̃ intermiſſa ita diſcuſſam reddidit artem hãc ędificatoriã: vt nihil haberet ea quidem tam reconditum tam latens/tam penitus abſtruſum/ quod non indagaretur eliceret/ in mediumq; produceret/ volentib⁹ dijs/ arteque ipſa minime repugnante. Nam quom in Italia vetus haberet hoſpitium ars ędificatoria pręſertim apud etruſcos: quorum præter illa regũ miracula quæ leguntur: laberynthi et ſepulchrorũ peruetuſta et probatiſſima extant litteris tradita templorũ ædificandorũ monimẽta/quib⁹ vetus ethruria vtebatur/ quom inquã vetus haberet hoſpitium in Italia: quomq; intelligeret tantope expeti ſeſe: viſa eſt ars hæc pro virib⁹ præſtare vt orbis ipium quod cæteræ omẽs virtutes honeſtaſſent/ſuis etiã ornamentis multo redderetur admirabilius. Ergo ſeſe penitus noſcendam habendamq; præbuit. Turpe nimiꝶ ducens arcem orbis atq; gentium decus æquari operũ gloria ab his/ quos omni reliqua virtutis laude ſuperaſſet. Et quid hic referam porticus/tẽpla portus. theatra/thermarũq; opera gigantea: in quibus tãtum admirationis aſſecuti ſunt: vt interdum facta quæ coram intuerentur peritiſſimi exterarum gentium architecti fieri negarent poſſe. Quid demũ non plus dico cloacis faciundis pulchritudine carere non potuerunt: ornamentis vſq; adeo delectati ſunt vt vel eam ſolam ob gratiam vires ĩperij profundere pulcherrimum duxerint: ædificando ſcilicet vt haberent cui apte ornamenta adiungerent. Itaq; ſuperiorũ exẽplis/et peritorũ monitis/et frequenti vſu admirabilium operum efficiundorum abſolutiſſima cognitio extat: ex cognitione præcepta probatiſſima deprompta ſunt: quæ qui velĩt/ quod velle omnes debemus non ineptiſſimi eſſe ædificãdo/ prorſus neglexiſſe nulla ex pᵗe debeant. Ea nobis pro inita prouincia colligẽda / et pro virib⁹ ingenij explicanda ſunt. Iſtarum rerum præcepta alia vniuerſam omnis ædificij pulchritudinem et ornamenta cõplectunt alia ſingulas partes mẽbratim proſequuntur. Prima ex media ſunt philoſophia excerpta: et ad artis iſtius modũ viamq; dirigendã et conformãdã adacta: proxima vero ex cognitione quã diximus ad philoſophiæ normam vt ita loquar dolata artis ſeriem produxere. Dicam prius de his quæ magis artem ſapiunt alteris quæ vniuerſam rem præhendãt vtar pro epilogo.

¶Ab ingenio manu vel natura decor et ornatus omnis in rebus/& quãq̃ manu/vel hominis ingenio regio ipſa vix decorari queat/cõplura tamẽ alia & admiratione digna/et creditu difficilia iuuari atq; ornari hominis induſtria poſſe. Caput.IIII.

QVæ in rebus pulcherrimis & ornatiſſimis placeãt: ea quidẽ aut ex ingenij cõmẽto & rationib⁹: aut ex artificis manu deueniũt: aut a natura reb⁹ ipis immiſſa ſũt. Ingenij erit electio diſtributio/collocatio/et eiuſmodi q̃ operi afferãt dignitatẽ. Man⁹ erit aceruatio/affictio/amputatio circũciſio/expolitio/et generis eiuſdem quę operi afferãt gratiã. Rebus a natura aſcitis erunt grauitas leuitas/denſitas/puritas. Cõtra vetuſtatẽ virtus & ſimilia: quę operi afferunt admiratione. Tria hęc partibus ꝓ cuiuſq; vſu & munere accõmodanda ſunt. Partiũ annotandarũ multiplex habetur ratio. Sed nos hic delectet ędificium ſic partiri aut per id in quo vna conueniunt: aut per id in quo diſſimilia ſunt oĩa ædificia. Primo ex libro intelleximus deberi ędificio cuius regionẽ/aream/partitionem parietem tectum apertionẽ. In his igiť conueniunt. Differũt quidẽ q̃ alia ſacra alia ꝓphana alia publica/alia priuata: alia ad neceſſitatem/alia ad voluptatẽ & eiuſmodi parantur. Ordiamur ab his in quib⁹ cõueniunt. Regioni quidẽ man⁹ aut ingenium hominis quid poſſit gratię aut dignitatę afferre/vix ſatis conſtat: ni forte illud conferat: ſi eos imitabimur qui ſuperſtitioſa quę leguntur operũ miracula excogitarunt: quos tamen viri prudẽtes non vituperant: ſi cõmoda facere aggreſſi ſunt: et nõ laudant ſi ſunt nõ neceſſaria. Merito id quidẽ. Quis enim audeat quicũq; ille fuerit/ſeu Staſicrates vt refert Plutarchus: ſeu Dinocrates vt refert Vitruuius: qui ex monte Athos Alexandri effigiem facturũ ſe polliceret: in cuius manu ciuitas aſſideret milium capax hominũ decem. At Nitocrim reginam q̃ eũdem ad pagũ Aſſyriorũ tertio inflexum euphratem maximis foſſionib⁹ multo ambitu appellere coegerit nõ equidẽ delaudabo: ſi regionẽ cum munitiſſimã foſſæ profunditate/tũ & fertiliſſimã aquarũ exuberantia reddiderit. Sed iuuẽt iſta reges potẽtiſſimos. Iungãt maria maribus ꝓciſſo ſpatio quod inter vtrũq; ſit. Coęquent mõtes vallibus. Faciãt nouas inſulas: reſtituantq; rurſus inſulas cõtinẽti: nihil relinquant alijs: quo ſe poſſint imitari: eoq; pacto ſeſe cõmendẽt poſteritati. Certe quo

Repetio ex primo libro.

Staſicrates ſeu Dinocrates ex monte Athos effigiẽ Alexandri ſe facturũ policebať

erũt quidem eorũ opera magis cum vtilitate cõiuncta:eo & ma
gis ꝓbabũtur.Aſſueuerunt veteres afferre dignitatẽ cũ locis &
lucis:tum etiã regioni religione.Totam Siciliam Cereri ſacra-
tam fuiſſe legimus:ſed iſta prętereãtur.Illud perplacebit:ſi erit
quidẽ regio mirifica re aliqua prędita quę ſit raritate ſingularis
virtute admirabilis:et ſuo in genere pręſtabilis/vti quidẽ ſi for
te cœlo erit prę ceteris oĩbus miti/& incredibili ęqualitate per- Attende
ſeueranti.Qualis apud meroem/quo loci homines tam viuãt homines
q̃diu velint.Vtiq; ſi feret ea quidem regio aliquid nuſq̃ viſum apud Me
alibi:& generi hominum optabile atq; ſalutare.Qualis eſt quæ roem tã
ſuccinos/cinnamum/balſamumve ferat.Vtiq; ſi diuina vis ali diu viue-
qua inerit.Qualis ſolo Euboſio inſula quam omni penitus no re q̃diu
cuo eſſe immunem ferunt.Aream quãdo ea quidem pars quo- volunt.
ta regionis eſt cuncta hęc oĩa honeſtabunt quę ornamẽto re- Euboſia
gionis conferant:ſed ab rerum natura plures paratioreſq; præ inſula.
ſtantur commoditates quibus area q̃ quibus regio reddatur ce
leberrima:habentur enim quæ paſſim variam et multiplicem
admirationem ſui prębeant promontoria petrę/verrucę/auer-
ni/antra/fontes/& eiuſmodi:quibus admirationis cauſa ędifi-
caſſe præſtet q̃ alibi.Neq; deſunt veteris alicuius memorię ve-
ſtigia:in quibus & tempora/et rerum/hominũq; conditio attu
lerit quod oculos/menteſq; moueat cum admiratione.Mitto
illa.Et locum vbi Troia fuit:& campos cruore madentes leu-
ticos/traſimenos/& mille huiuſmodi.Hominum vero manus
& ingeniũ q̃ multa ad eam rem conferant/non facile dixerim.
Mitto cætera quę faciliora ſunt.Platanos per mare vſq; in in- Attende
ſulam Diomedis aduectas areæ condecorandæ gratia.Et a ma Olea Ne
ximis viris poſitas colũnas/obeliſcos/arbores quæ poſteri ve- ptuni &
nerentur.Qualis apud arcẽ Athenis diu ſtetit olea a Neptũno Mineruę
& Minerua poſita.Mitto & multo æuo ſeruatas & a maiorib⁹ Terebyn
poſteritati per man⁹ traditas res.Qualis apud Chebron there- tus.
byntus:quã a principio mũdi ad Ioſephi hiſtorici tẽpora duraſ Nota q̃ i
ſe ferunt.Illud pulcherrime faciet ad rẽ maiorẽ immodũ hone diuerſis
ſtandã:cõmentũ quidẽ elegans atq; peraſtutũ:qđ lege ꝓhibue- locis cũ
re/ne quis mas templũ Bonę deę/neue in ędem Dianę ad por- cerimo-
ticum patriciam ingrederetur.Et apud Tanagram/neque mu- nia & reli
lier lucum:neue item interiora templi Hieruſalem penetra- gione co-
ret:tum & nequis niſi ſacerdos & ſacrificij tãtum gratia & fon- lebãtur.

te apud Panthos ablueretur. Ne quis doliolis loco apud cloa=
cam romæ maximã vbi oſſa Pompilij regis ſint diſpuat. Tum
et aliquot ſacellis inſcripſere ne quod ſcortũ adhibeatur. Sacel
lum Dianæ in creta niſi pedibus nudis fas erat ingredi. Et an=
cillam in ædẽ Matutæ admittere nõ licebat. Apud Rhodios tẽ
plum Oridionis pręco. Apud Thenedũ tybicẽ tẽplum Temnij
nõ ingrediebatur. Ex Iouis Alfiſtij tẽplo egredi fas nõ erat/ni
prius ſacrificaſſent. Athenis in ædẽ Palladis: et Thebis in ædẽ
Veneris hederã inferre nõ licebat. In tẽplo Fannæ vinũ ne lice
bat quidẽ nominare. Atq; inſtituere ne porta Ianualis Romæ
vnq̃ clauderet̃ niſi quom eſſet bellũ: ne ve tẽplũ Iani aperiretur
quom eſſet pax. Aedemq; Hortæ perpetuo apertam eſſe volue
re. Hæc nos ſi quid erit vt imitari inſtituamus/fortaſſe cõdicet
ſi indictũ ſit ne templa martyrum mulier: et virginũ dearũ vi=
ri non ingrediantur. Illud præterea q̃ digniſſimũ eſt modo fiat
hoĩm ingenio quod factum quom legimus minꝰ crederemus:
ni per hæc tempora locis nonnullis ſimilia videremus. Sunt q̃
Biſantio dicãt hoĩm effectum arte: vt Biſantio ſerpentes neminem læ=
ſerpentes dant: graculiq; illuc intra mœnia nõ puolẽt. Et in agro neapo
næmine; litano cicadæ nõ audiantur. Auem creta noctuã nõ ferat. Aedẽ
ledũt No Achillis in inſula Boriſtene auis nulla infeſtarit. Romæ foro
ta et alia boario ædem Herculis nec muſca intrarit nec canis. Quid illud
ſcitu non ꝙ per hæc tempora venetijs publica cenſoꝝ tecta nullum ge=
indigna. nus muſcarum ſubit. Et apud Tolletum macello publico non
plus vnam toto anno videbis muſcã/et eam quidẽ inſigni albe
dine notabilem. Talia compluria quæ leguntur lõgum eſſet ꝑ
ſequi. et ea quidẽ arte ne an potius natura ſuapte fiant non ſa=
tis habeo quid referam. Quid tũ? Et qua natura id fiat arte q̃d
Bibrias aiunt. Ex tumulo regis Bibriæ Ponti laurũ extare: a quo ſi q̃d
rex põti. decerptum inferatur in nauim iurgia illic nõ ceſſẽt donec abi=
ciatur. In fano Veneris apud Paphos in ara non pluere. Apud
Troadem circa ſimulachrum Mineruæ relicta ſacrificia nõ pu=
treſcere. Ex tumulo Antei ſi quid erutũ ſit imbres e cœlo ſpar=
gi/donec effoſſa repleantur. Sed ſunt qui hæc demũ fieri poſſe
affirmant arte. Iam tum pridẽ obſoleta imaginũ quas aſtrono
mi ſibi non ignotos eſſe profitentur. Ex eo qui Apollonij vitã
ſcripſit memini ad regiam baſilicam apud Babylonem magos
tecto alligaſſe alites aureas quattuor: quas illi deoruʒ linguas

nuncupabant: habuiſſe quidem vim/ vt animos multitudinis ad regis amorem conciliarẽt. Tum et grauis auctor Ioſephus atteſtatur. Eliazarum ſe quendam vidiſſe/ qui Veſpaſiano ſpectante et filiis anulo ad nares Maniaci adacto eũ e ueſtigio liberaret: profiteturq; Salomonẽ inſtituiſſe carmina quibꝰ egritudines mitigentur. Et Serapis inquit Euſebius pamphylus apud Aegyptios/ quem nos Plutonem dicimus ſimbola edidit/ quibus demones expellãtur: docuitq; quo pacto demones aſſumpta brutorum figura inſultent. Et Seruius ſolitos refert homines certis conſecrationibus muniri aduerſus fortunæ impetũ: ne ve mori quidẽ niſi illa conſecratione exauctorati poſſent. Hæc ſi ita ſunt/ facile adducar vt credam quod ex Plutarcho legimus. Simulachrum apud Peleneos fuiſſe/ quod a ſacerdote amotũ a templo/ quoquo verſus ſpectaſſet omnia terrore et maxima perturbatione conficiebat: quod ve oculi nulli poterant pre timore intueri. Sed dicta hec ſint animi gratia

Alites aureæ quattuor magicæ.

Cætera quæ generatim ad aream honeſtandam faciant: vti eſt ambitus/ circumſcriptio/ aggeratio/ complanatio/ ſtabilitio et eiuſmodi non habeo quid amplius dicam/ niſi vt ea ex primo et item ex tertio ſuperioribus libris repetas. Honeſtiſſima quidem erit quæ vti admonuimus ſicciſſima æquabilis conſolidataq; ſit etiam ad rem cui ſeruire oporteat aptiſſima atq; expeditiſſima/ egregieq; cõfert/ ſi erit inſtrata opere cruſtaceo: de quo mox dicemus cum de pariete tractabimus. Hoc etiam faciet ad rem quod monebat. Plato digniorẽ futurã loci auctoritatem ſi ei nomen ſplẽdidiſſimũ impoſueris. Id argumentũ placuiſſe Adriano principi indicio ſunt licus/ canopeius/ academia tempe et clariſſima eiuſmodi nomina ab ſe cenaculis villæ tyburtinæ impoſita.

Nomen ad rem faciens dignitatẽ affert.

¶ De partitione repetitio breuiuſcula: deq; pariete tecto ac reliqua materia: cõpoſitione: ordine et mõ exornãdis. Ca. V.

PArtitio item et ſi magna ex parte primo libro tractata ſit: de ea tamen ſic breuiſſime repetemus. In re omni primarium ornamentum eſt carere omni indecentia. Erit igitur decens partitio quæ ſit nõ interrupta non confuſa non perturbata non diſſoluta non ex male conuenientibus compacta: eritq; membris non nimium multis/ non nimium minutis/ non nimium vaſtis/ non nimium diſſo-

nis atq; deformibꝰ/ non quaſi a cætero corpore diuulſis et diſſi
patis: ſed erunt omnia ꝓ natura & vtilitate et tractatione reruꝫ
agendarũ ita diffinita/ ita explicata/ ordine numero amplitu-
dine/ collocatione/ forma: vt nullã partẽ totius operis ſine ali-
qua neceſſitate/ ſine multa cõmoditate/ ſine gratiſſima partium
concinnitate effectam intelligamus. Nam cum his quidẽ ſi be-
ne conuenerit partitio omnis: illic ornamentorum iucunditas
et decor cum recte conſtabit: tum clarius eluceſcet. Si non cõue
nerit: nullam ꝓculdubio ſeruare dignitatẽ poterit. Itaq; totam
cõformationem membrorũ diductam & perfectaꝫ eſſe oportet
ad conſenſum quendã neceſſitatis & cõmoditatis: vt non tam
adeſſe has atq; alteras haſce ꝑtes iuuet q̃ iſtas ipſas iſtic iſtocq;
ordine ſitu/ adiunctione/ collocatione/ cõformationeq; ipſa ea-
dem qua ſunt poſitas eſſe egregie conferat. Circa parietem atq;
tectum exornãdum pluribus tibi erit locus: vbi rariſſima natu
ræ mune ra et artis peritiaꝫ & artificis diligentiã ingenijq; vim
explices. Quod ſi forte dabitur facultas vt poſſis veterẽ illum
Oſyris — Oſyrim imitari: quẽ duo condidiſſe templa ferunt aurea: vnuꝫ
duo tem- — cæleſti: alterum regio Ioui. Aut vt poſſis lapide ſupra hominũ
pla cõdi- — opinionẽ maximo attollere: qualem Semiramis a montibꝰ de-
dit aurea. — uexit Arabiæ. Latũ quoq; verſus cubitos.xx. longũ ad.cl. Aut
ſi tanta dabitur lapidum magnitudo: vt ex eo poſſis integram
aliquam totius operis parteꝫ perficere: qualem Aegypto fuiſſe
Sacellũ — ferunt ad tẽplum Latonæ ſacellum/ latũ fronte cubitos.xl. vni
vnico & — co et integro exſculptum lapide: alteroq; item vnico cõtectum
integro — lapide. Profecto id quidem operi multum afferet admirationis
lapide fa- — eoq; magis ſi peregrinus difficiliq; ſit deuectus via: qualem ſcri
ctum. — bit. Herodotus ab elephanto oppido petitum fronte latum cu
bitos plus.xx. altum.xv. tractum vſq; ſui itinere dieruꝫ.xx. Ad
rationes etiam ornamentorum egregie pertinebit: ſi dignus ad
miratione quis lapis loco erit poſitus nobili atq; īſigni. Apud
Chennim inſulam in Aegypto ſacellum illic nõ tam eſt quidẽ
mirabile ꝙ vnico ſit tectum lapide q̃ ꝙ parietibus tam altis tã
torum cubitorum lapis impoſitus ſit. Afferet etiam ornamen-
tum ipſius lapidis raritas atq; elegantia: puta ſi erit ex genere
Simula- — marmoris quo ædem fortunæ aurea in domo ſtruxiſſe princi-
chrũ tra — pem Neronem ferunt: puro candido tralucido: vt etiaꝫ nullis
lucidum. — adapertis foribus itus eſſe lux incluſa videretur. Deniq; iſtiuſ-

modi omnia conferent. Sed qualiacũꝗ̃ iſta quidem ſint inepta erunt: ni accuratus in cõponendo ſeruetur ordo et modus. Singula enim ad numerum redigenda ſũt omnia vt paribus paria: dextra ſiniſtris: ſũma infimis reſpondeãt: nihil intermiſcendũ quod perturbet aut res aut ordines. Omnia ad certos angulos paribus linæis adequanda. Videre quidẽ licet ꝗ interdum ignobilis materia ꝙ arte tractata ſit plus afferat gratiæ ꝗ afferat nobilis alibi confuſe aceruata: murum Athenis quem tumultuario factum opere ſcribit Tuchidides: raptis etiam ſepulchrorũ ſtatuis / quis ea re pulchrum eſſe affirmabit / ꝙ clade ſtatuarum refertus ſit? At contra iuuat ex ruſticanis veterum ædificijs lapide incerto / minuto / opereꝗ̃ cõgeſtitio aceruatos parietes ſpectare / vbi ordinibus ſtant æquatis coloribus alternati albo nigroꝗ̃ diſtinctis / quoad pro operis tenuitate amplius nihil deſideretur. Sed hæc fortaſſis magis ad eam partẽ parietis quæ cruſtatio dicitur ꝗ ad perpetuos parietes tollendos pertinet. Cæterum omnes ita diſtribuẽtur copiæ: vt nihil inceptum niſi ex artis et conſilij deſtinatione: nihil adactum niſi ex incepti rationibus: nihil pro abſoluto relictum quod ipſum non ſit ſũma diligentia curaꝗ̃ elaboratum atꝗ̃ perfinitum. Sed primarium parietis tectiꝗ̃ ornamẽtum præſertim teſtudinati erit ipſa cruſtatio / colũnationem ſemper excipio. Ea quidem erit multiplex: albaria pura: albaria inſignita: pictoria / contabulata / ſectilis / vitrea / et quæ ex his partibus conſtet miſta.

¶ Quemadmodum maximorum lapidum moles ac pondera facilius moueantur aliorum prius iudicio: et naturali quidem ac philoſophico. Capitulum.VI.

DE his nobis dicendum quæ ſint et quæ fiãt. Sed quoniam maximorũ lapidum mouendorum mentio habita eſt: locus hic admonet: vt prius referamus quo pacto tantæ moles trahantur: atꝗ̃ difficillimis locis imponantur. Refert Plutarchus Archimedẽ apud Syracuſas per medium forum traxiſſe onuſtam onerariã nauim quaſi iumentum loro et manu Mathemathicum ingenium. At nos tãtum quæ vſibus cõmodentur proſequemur: poſtremo etiam non nihil explicabimus: ex quo docta et acuta ingenia rẽ hanc

Archimedes.

haud obſcure ex ſe percipere poſſint. Ex Plinio ſic comperio
Obeliſci obeliſcum deuectum Thebas a focis foſſa ex Nilo ꝑducta/ſub
mira quõ miſſis lapidi nauibus plenis laterculo: moxq; exinanitis/vt cõ
dam arte uehendi lapidis onus ſuſceptũ leuarent. Ex Amiano marcelli
deuecti. no hyſtorico ſic comperio. Cõuectum ex Nilo obeliſcum naui
remigum trecentorum impoſitũ volgijs et tractum a tertio vr
bis lapide porta hoſtiẽſi in circũ maximũ. In eoq; erigẽdo mul
ta hominũ milia laboraſſe: toto circo referto machinis altiſſi
Cteſiphõ marũ trabium & vaſtiſſimorũ funiũ. Ex Vitruuio legimus Cte
ſiphonẽ patrem & Methagenẽ filiũ columnas & epiſtilia duxiſ
ſe Epheſum a chylindris cõmẽto ſumpto quo areã veteres cõ
planare iubeant. Affixit eni & firmauit plumbo ſingulis extre
mis capitibus lapidũ ſingulos acus ferreos porrectos: qui qui
dem ꝑ axe rotarũ extarent: rotalq; hinc atq; hinc axibus iſtiuſ
modi adegit: amplitudine tam latas vt ferreis illis ex axibus la
pides ipſi penderent: inde verſatu rotarum motos ac deporta
Chemini tos. Cheminium ægyptiũ ferunt in pyramide aſtruenda quod
us. eſſet opus altum ſtadia plus ſex factis aggeribus vaſtiſſimos la
Cleopas. pides apportaſſe. Cleopam Raſinitę filium ſcribit Herodotus
in ea pyramide qua aſtruenda centena milia hominum annos
plures fatigaſſet gradus extrinſecus reliquiſſe: quo vaſtiſſimi
lapides breuibus tignis & aptis machinis admouerẽtur. Tum
& illud mandarũt litteris: alibi lapideos vaſtiſſimos trabes al
tis columnis fuiſſe ĩpoſitos in modũ hunc. In trabis enĩ mediã
lõgitudinẽ duos ſubſtituerũt tranſuerſos thorulos mutuo cõ
tiguos: mox in alterum trabis caput aceruarunt ſportulas ple
nas harena: qua preſſione caput alterũ quod nudũ eſſet alleua
retur: & alter thorulus põdere ĩmunis relinqueretur tranſlatis
ſubinde ſportulis/inq; alterum iam ſublatũ caput alternatim
coaceruatis/& thorulis ſubinde altioribus ea parte ſubſtitutis
qua ĩmiſſio apertior pateret: aſſecuti ſunt vt ſenſim lapis quaſi
ſua ſponte cõſcenderet. Hęc breuiſſime collecta ab ipſis auctori
bus ꝑlixius diſcẽda linquimus. Cęterum pro operis inſtituto
pauca quę ad rem faciãt ſuccincte repetẽda ſunt: nõ hic inſiſto:
vt illa explicem põderi naturã ineſſe vt cõtinuo pręmat: obſti
nate querat inferiora: attolli totis virib⁹ repugnet: nuſq̃ cedat
loco/niſi vt victor aut maiori põdere puincẽte/aut cõtraria vi
ꝑpotẽte: neq; mot⁹ eſſe varios repeto: a cẽtro ĩ cẽtrũ/circa cẽtrũ

et velut alia/trahi alia/impelli alia et eiuſmodi: de huſce diſquiſi tionibus alibi ꝓlixius. Hoc ſtet apud nos: pōdera nuſq̄ facili⁹ moueri q̄ quom deſcendant: ſponte enim mouētur. Nūq̄ dif- ficili⁹ q̄ vbi conſcendant: natura enī repugnat. Tertiūvero quē dam atq; inter hos medium eſſe motum: et fortaſſe qui vtriuſq; horū naturā ſapiat: qui quidē neq; ſuapte mouetur: neq; obſeq repugnet: vti quom plano et minime impedito trahitur vado. Cæteros omnes motus quo huic vel huic ꝓximiores ſunt/eo aut faciliores aut difficiliores eſſe. Quo aūt pacto īmania pon= dera moueri poſſint ipſa rerū natura multa ex parte mōſtraſſe viſa eſt. Nāq; videre quidē licet quæ ſtantem in colūnam impo nantur pondere facili appulſu perturbari: et cu; ad caſū moue= ri ceperint nulla vi admodum contineri poſſe. Tum & ſpectare quidem licet colūnas ipſas teretes/et orbes rotarū/et volubilia facile moueri: ægre conſiſtere ſi rotentur: eadem ſi inſtituas tra here/ita vt non rotentur/non facile perſequi. Tum et in prom ptu eſt maxima pondera nauiū leui appulſu ſtagnātes ꝑ aquas moueri ſi trahendo perſeueres. Si vero arietes eas ne maximo quidem ſubito quo velis ictu moueri: et contra ictu repentino concitatoq; impulſu quædam moueri. quæ alioquin non ſine maxima ponderum vi dimouerentur. Supra glacie quoq; gra= uia haud quaq̄ repugnanter trahentē ſequi. Prælongo item q̄ pendeant fune alligata aliquot quidē ſpatiū eſſe ad motū prō= pta perſpicimus. Iſtorū rationes aduertiſſe atq; imitaſſe confe= ret: nos ea ſuccincte tranſigamus. Carina ponderis omnino ſo lida et coæquabilis ſit neceſſe eſt: ea quo erit latior: eo min⁹ ob= teret ſubſtrata vada: quo erit gratilior/eo expeditior: ſed ſulca= bit vada et obuorabitur. Ad carinam ponderis ſi aderūt angu- li: vtetur quaſi vnguibus ad vada carpenda atq; renitendum Vada ſi erunt lubrica ſubſolidata/æqualia/cōſtantia nuſqua; cadentia nuſq̄ ſeſe attollentia nuſq̄ obſudentia quod interpel let: illud proculdubio non habebit pondus quod cōtra certet/ aut obſequi recuſet/præter vnū id quod ipſum pondus natura ſui quietis amantiſſimū ſit: et perinde pigrū et moroſū. Iſtis ſi- milia fortaſſis intuens. Archimedes et rerū earum quas recen= ſuimus vim altius repetens adduci viſus eſt vt diceret. Si tātæ molis daretur baſis: profecto ſe mundū poſſe ꝑuertere. In cari= na vadoq; parādo q̄ iſtic quærimus ꝑcōmode aſſequemur. Tra

Rerū mo uendaru; rationes.

Archime dis dictū.

bes enī inſternenť ꝓ ponderis vaſtitate numero atq; craſſitudine et robore frequentes firmi coæquales nuſquã ſcabri nuſq̃ iũcturis interrupti iter carinã atq; vadũ mediũ quippiã eſſe oportet: quo id iter lubricũ reddatur. Lubricant ſapone aut ſepo aut amurca aut madente fortaſſis lotura cretæ. Eſt & aliud lubricãdi gen⁹ quod fit chilidris in trãſuerſũ ſubſtitutis. Hic ſi erũt numero cõplures difficile ad lineas eq̃ diſtantes atq; diſtinatiores ꝓ itinere agendo directos coaptabuntur: quod oĩno neceſſe eſt fieri ne pturbent atq; ſubradant: põduſq; in alterã partẽ vehãt: ſed vna ↄſpiratione in officio ſubſequanť. Si erũt numero pauciores: illic quidẽ aut ſub pondere deficiẽtes fatiſcent: ac reſoluti remorabũtur: aut qua vna linea ſubſtratã vadi ſupficiẽ: quave altera item vna linea ſuperimpoſitã põderis carinã attingũt quaſi acie penetrando infigentur/ atq; hærebunt chilindri corpus coæqualib⁹ circulis cõpluribus altero alteris cõgeſtis. Conſtat & circulũ apud mathematicos aſſeritur rectã nõ poſſe lineã pũcto plus vno attingere. Hinc nos chilindri aciẽ appellam⁹ lineã quã vnicã pondus ex clylindro prẽmat. Iſtis ꝓuidebiť materię dẽſitate & lineaꝝ notatione ad normã atq; directione.

Lubricandi genera

¶ De trocleis: veſtibus: rotulis: rotis et earum partibus magnitudine formis et figuris aptioribus. Capitulum. VII.

SEd quom præter hæc etiã ſũt quæ vſu cõprobentur. Rotæ/ trocleæ/ coclea atq; vectes: de his accurati⁹ tractandũ eſt. Sũt enĩ rotæ volgulis multa ex pte ſimiles. Semp enĩ vnicũ in punctũ prẽmũt ex ppendiculari. Sed hoc intereſt q̃ rotuli expeditiores ſũt: rotæ axium interfrictione tardantur. Rotæ ptes ſũt tris: ambiẽs extrem⁹ ampliſſimus limbus circuli: medius axis: & circulus is in quo axis inducať quaſi in armilla. Id alij fortaſſis polũ appellarent/ nos q̃ in alijs machinis ſtet in alijs vero moueat: ſi ita licet: axeclã nuncupabimus. Rota ſi axe voluetur craſſo: durius ꝓlabetur: ſi tenui pondera non tolerabit. Rotarũ extrem⁹ ambitus ſi breuis: quod de rotulis dixim⁹ infigiť vado: ſi latus vacillat in alterutras partes. Et ſi diuertendũ forte ĩ dexterã aut ſiniſtrã eſt: ęgre obtemperãt. Axecla ſi plus ſatis aperta eſt rodendo exitat ſi nimium arcta fit cõtumax. Mediũ inter axem et axeclã lubricum eſſe oportet. Nam horũ alter pro vado: alter pro carina põderis eſt. Rotuli et rotæ ex vlmo ilice. Axes aquifolio & corno

Rota.

Axecla.

Rotulus.

aut potius ferro Axecla omniuꝫ optima ex ære ſtagni parte ex tertia immiſta. Cicleolæ puſillæ ſunt rotæ. Vectis radios rotarũ ſequitur. Sed iſtiuſmodi omnia qualiacũq; ſint: ſiue ſint ingentes rotæ: quas immiſſi homines calcando inuertãt: ſiue ſint erganæ aut cocleæ/in quibus vectis ĩ primis valet: aut cicleolæ et quæ vis generis eiuſdem: omnium eſt quidem ratio ex principijs ducta libræ. Mercurium ferunt vel maxime ob hanc rem diuinũ habitum ꝙ nullo ſigno manus: ſed ſolis verbis quæ diceret ita diceret vt plane intelligeretur. Id ego ſi verear poſſe aſſequi/tamen pro viribus conabimur. Nã inſtitui nõ vt mathematicus ſed veluti faber de his rebus loqui: non plus q̃ quod pretereundum non ſit. Eſto ſit inter manus diſcẽdæ rei gratia iaculum: in eo tris locos velim conſideres/quos puncta nuncupo. Duo extrema capita ferrum atq; pynnulas: tertium eſt medium amẽtum. Quæ vero ſpatia inter puncta hæc ſint ab amẽto ad capita radios nuncupo. Non diſputo quid ita ſit/ſed ipſa res patebit experimento. Nãq; ſi erit quidem amentum tælo ſitum medio/et æqualia pynnulis põdera reſpondeant ferro: ſtabunt ſane alterutra iaculi capita mutuo renitẽtia & collibrata. Sin erit fortaſſis ferratũ caput grauius peruincentur pynnulæ Erit tamen in iaculo certus locus grauiori capiti propinquior: quo ſi amentum reduxeris/ſeſe pondera ilico æquilabrabunt. Is erit punctus ille a quo maior hic radius tantũ exuperat minorem q̃tum minus hoc pondus ab maiore exuperatur. Compertum enim fecere qui iſta queritarunt radios non pares ponderibus: nõ paribus aequari modo numeri partiũ qui ex radio atq; ex pondere vna collecti ſunt in dextra contrarijs talibus ĩ ſiniſtram numeris reſpondeãt. Nã ſi erit ferrum tria pynnulæ duo ab amẽto ad ferrum radius duo ſit oportet: & radius alter ad pynnulas tria. Ex quo cũ hic numer⁹ quinq; alteris quinq; par reſpondebit: æquatis radiorum et ponderum rationibus quieſcent æqui librati et compares: ſi non reſpondebunt numeri peruincent: in quo excedent. Illud non prætereo ab eodem amento ſi pares protendentur radij pares dum capita mouebũtur aere circulos ſignabunt. Si vero impares quoq; et impares deſcribent circulos circulis contineri rotas diximus: monſtratum idcirco eſt ſi vno eodẽq; motu duæ contiguæ vnicũ affixæ in axem rotæ moueantur: ita vt mota vna altera non quieſcat:

et quieſcente vna altera nõ moueat ex radiorũ in vtriſq; longi-
tudine quę nã in vnaquaq; ſit vis intelligemus. Radij longitu
dinem notaſſe oportet a medio intimi axis puncto. Hęc ſi ſatis
intelligũtur omnis quã quęrimꝰ ratio hmõi machinarũ in aper-
De tro- to eſt maxime rotarũ & vectis. In trocleis paululũ eſt amplius
cleis. qd̃ conſideremus. Nã & traductus per trocleã funis & orbiculi
ipſi in troclea ꝓ vado ſunt: in quo medius quidẽ ſit motus/ quẽ
eſſe intra difficillimũ atq; facillimũ diximꝰ: ꝙ neq; aſcẽdat neq;
deſcẽdat: ſed in ſuũ centrũ ęquate obinſtet. Atqui vt intelligas
quid ſit in re: ſumito tibi ſtatuã põdo. M. Hęc ſi ex arboris trũ-
co fune illaqueata pẽdebit certũ eſt/ ſimplicẽ funẽ iſtunc mille
integra ſuſtinere. Adnectito ad ſtatuam trocleã: & per eã tradu
cito funẽ quo pendebat ſtatua: et reducito ad trũcum/ vt itera-
to pẽdeat: prõptũ eſt ſtatuę põdus duplicato pẽdere fune: atq;
trocleã per ęquilibra mediũ interſtrĩgi. Proſequere addito etiã
trunco alterã trocleã & per eã quoq; traducito ipſum funẽ: que
ro a te quota erit põderis portio: quã reducta in altum & mox
traducta pars funis ſuſtinebit? quingẽta inquies. nõ tu exinde
intelligis ſecũdę huic troclę dari pondus non poſſe maius ab
fune ipſo q̃ qd̃ habeat. Habebit ergo. V. non longius ꝓgrediar.
Hucuſq; ſatis mõſtratum puto diuidi põdus trocleis: exindeq;
maiora moueri põdera minore. Quot enĩ erunt iſtiuſmodi cõ-
duplicationes: tot erũt ponderis diſpartitiones: ex quo illud ſe
quit/ vt quo plures adhibeãtur orbiculi: eo pondus quaſi con-
ciſum & in partes diſgregatum cõmodius tractetur.

❡De troclea & eius anulis/ de põderibꝰ fune trahendis/ vecte
pellẽdis rota vehẽdis vel ſeorſum vno dũtaxat horũ modorũ
vel pluribus ſimul. arte experiẽtia & exẽplo ſenſim tamen tẽ
tum atq; mature aggrediendo. Caput. VIII.

Coclea. DIximus de rota & troclea & vecte. Nunc velim intel
ligas cocleam cõſtare anulis: qui quidem in ſe põdus
ſuſtinendũ ſuſcipiant. Hi anuli ſi eſſent integri & nõ
ita cęſi vt finis vniꝰ alterius principio iungeret/ pro
culdubio motũ in eis põdus neq; aſcẽderet/ neq; deſcẽderet: ſed
ęquabili vado per cycli ambitũ traheret. Cogitur igit vi vectis
põdus per anuli obliquitates labi. Rurſus ſi eſſent hi quidem
anuli ambitu perpuſilli: & cẽtro finitimi nimirꝫ vecte breuiore
põdus/ & viribꝰ leuioribꝰ moueretur. Hic nõ reticebo quid me

dicturum non putaui. Tu ſi rem ita parabis/vt ponderis carina quoad id manus et fabri ars poſſit aſſequi/ſit non amplior pun cto.et ſtabili in vado/ita moueatur: vt motu ſuo lineas i vado efficiat nullas. Hoc teſtor Archimedis nauim mouebis et iſtiuſ modi que voles conſequeris. Sed de his alibi. Harum rer̃ quas recenſuimus ſingulæ per ſe ad pondus mouendũ validiſſimæ ſunt. Quod ſi vna omnes iungentur in vnũ mirifice valebunt. Apud Germanos paſſim offendes ludibundã in glacie iuuẽtu= tem ſocculo ferreo gracili et ſubterleuigato ĩnixam facto ĩpul= ſu leui teſte lubricitate ſuperlabi tanta motus velocitate: vt ne vinci quidem ſe a præpete alite patiaẽ. Sed quom pondera aut trahantur/aut pellantur/aut vehantur: fortaſſis erit vt ſic poſſi mus diffinire. Pondera quidem trahi fune: pelli vecte: vehi ro= tis: et eiuſmodi. Quo autẽ pacto his vna omnibus poſſum⁹ vti in promptu eſt. Sed in iſtiuſmodi omnibus adeſſe oportet con ſtans et obfirmatiſſimũ aliquid: quo ĩmoto cætera moueanẽ. Id ſi trahetur pondus: adſit oportet maius aliud aliquod pon= dus cui vincula machinarũ cõmendentur: ſi tale non aderit põ= dus: clauũ ferreũ tricubitum validũ infigito funditus in ſoluꝫ denſatum/aut trãſuerſis truncis obfirmatum ad extremũ claui caput/quod ab ſolo emineat/vincla aduoluito trallearũ atq; er ganæ. Si autẽ erit ſolum harenoſũ ꝓſternito trabes prælõgos integros: in quibus vada coaptẽtur: et capitibus vincla ad cla= uum alligato. Dicam quod imperiti nõ aſſentiantur: ni totã rẽ intellexerint: duo ſimul cõmodius trahentur per planũ ponde ra q̃ ſolum vnũ. Id fiet ſic moto primo põdere vſq; ad extremũ ſubſtrati vadi caput impediã: id cuneolis quoad præfirmatum hæreat: et machinam quã ſm pondus trahẽdum ſit: huic ita cõ pedito accingam: fiet vt eodem vado per põdus ſed mobile ab altero pari ſed refirmato peruicatur. Si in altum trahendũ erit pondus/cõmodiſſime vtemur trabe vnico aut malo nauis mi= nime imbecillo. Hunc ſi erigemus/calcẽ firmabim⁹ ad clauum: aut ſtabile aliud quiduis. Extremo capiti funes alligabuntur/ ne minus tres: vnus in dextrã/alius in ſiniſtram/tertius per tra bis longitudinẽ obtẽdetur in ꝓductũ. Inde ſpatiũ aliquod ab calce mali trocleæ ergana ve firmabitur in ſolo: et per eas diſtẽ tus is funis trahetur: trahentẽ ſeq̃tur ſeſe capite attollẽs malus eum nos funibus illis geminis capiti alligatis hinc atq; hic qua

Duo pondera per planũ ſimul trahi

ſi loris moderabimur: vt quoad velimus ſtet: et in partem qua opus ſit pendeat ad onus ponendũ. Laterales iſti hinc atq; hic funes ſi alia maiora nõ aderunt pondera quibus cõmodentur hunc in modũ firmabũtur. Effodietur in ꝓfundũ foſſa quadrata: truncus in medio fundo ſternetur: huic vincla adnectentur vt ab ſolo emineãt ſurſũ. In trũcum tranſuerſi ſuperinſternentur plutei: mox cõplebitur foſſa terra & denſabitur. Tum ſi ma defeceris fiet grauior: cætera omnia expedientur vti in planorꝫ vadis diximus. Ad caput enim trabis et ipſũ ad põdus trallea adigentur: et propter pedẽ ergana firmabitur: aut quid vis eiuſ modi in quo vis vectis inſit. In hiſce omnibus ad vſum operis ſeruanda hæc ſunt / vt vaſtiſſimis ponderibus mouẽdis media iſtiuſmodi adhibeantur nõ minuta aut inualida longitudo in fune inq; radio / inq; omni quo ad mouendũ vtamur medio qđ imbecillitatẽ ſapit. Nam eſt quidẽ lõgitudo natura ſui coniuncta gracilitati: et contra ex breuitate craſſitudo redditur. Si erũt funes tenues conduplicentur cicleolis. Si vaſtiores ſint / quoq; et cicleole grandes ſubigãtur: ne minuti circuli acumine funis interſecẽtur: axes immittantur ferrei craſſi / vt ſint ex ſue cicleolæ ſemidiametro ne minus parte ſexta: ne plus ex totius diametri parte octaua. Funis madefactus eſt ab incẽdio tutior: quod quidem frictione et motu fiat. Eſt etiã cicleolis voluẽdis paratior. Adde q; et minus abſoluitur. Aceto vtili⁹ madefit q̃ aqua: et maritima q̃ albula: dulci madefactus aq̃ feruenti in ſole ociſſime marceſcit. Conuolutiones in funibus tutiores q̃ innodatio. In omnibus cauendum ne funis funem ſecet. Regula ferrea vtebãtur veteres cui primarias annodationes funiũ et trallearum cõmẽdarent ponderi præſertim lapideo præhendẽdo forcipe ferreo vtebãtur forma forcipis ex littera. X. erat ducta digytis infimis intro verſus aduncis: quibus pondus quaſi cãcer mordicus inſtringeret. ſuprema duo capita erãt armillata: ꝑ eas armillas funis traduct⁹ / et reuinctus tractu ſui forcipẽ aſtrĩgebat. Vidimus lapidibus vaſtis præſertim colũnarum media in ſuperficie alioqui dolata atq; expolita relictos vmbiliculos ꝓminentes quaſi anſas: quibus funium illaqueamenta detinerentur / ne ſubexfluerent: vtunturq; præſertim ad coronas impleolis. Sic eni appello quæ fiant ſic: incauatur formula in lapide ad crumenæ vacuæ ſimilitudinẽ ꝓ lapidis vaſtitate palmos

*Funiſma defactus cicleolis mouẽdis aptæ.*

*Impleolę*

ore arctiore:fundo introrſus latiore:vidimus impleolas ꝓfū=
das pedem:hanc cōplent ferreis cuneolis: quorū duo hinc atq̧
hinc collaterales lineamento ad.D.litteræ ſimilitudinē finiun
tur.Hic ad ſpatia intus cōplenda laterib⁹ impleolæ ſubingeren
tur.Medius vero cuneus quod inter vtrūq̧ vacui eſt poſtrem⁹
complet:ſingulorū cuneorū auriculæ extāt ex formula.Per au
ricularū foramina inuehitur digitus ferreus: et adiungitur an
ſa valida:cui funis ductari⁹ illaqueatus.Nos colūnas atq̧ por
tarum labra & huiuſmodi quæ ſtantia ſinenda ſunt in hūc mo
dum illaqueauimus. Fecimus ferreū aut ligneū ergaſculum ꝓ
ponderis vaſtitate bene firmū:quo colūnam apto ſui loco præ
henſā incinximus:cuneiſq̧ gracilibus et oblongis leui malleo
inſtruximus et affirmauimus.Demū vti aiunt brachas ex funi
bus ergaſculo adegimus hoc pacto:neq̧ impleolaꝝ vulnerib⁹
lapidem:neq̧ angulares lapidis acies cincturis rudentū leſim⁹
Adde ꝙ genus hoc ligandi omniū expeditiſſimū aptiſſimū & fi
diſſimum eſt.Multa quæ ad iſtos vſus pertineant ꝓlixius alibi
explicabuntur.Sed hic machinas tantum interpretari oportet Machinę
eſſe veluti animantia manibus admoduꝫ validiſſima:et dimo= quid.
uere pondus nō alijs fere modis:q̄ id nos ipſi moueamus. Ea
de re quas intentiones mēbrorum neruorūq̧ amittendo pellē
do trahendo/transferendo adhibeamus:tales machinis imita
ri neceſſe eſt.Vnū admoneo:vaſtiſſima vtcūq̧ mouere inſtitue
ris pōdera conferet ſenſim/cautim/mature/aggredi rem obva=
rios/incertos/irrecuperabiles caſus et pericula/que iſtiuſmodi
negocio pręter opinionem etiam expertiſſimis ſolent euenire.
Neq̧ enim tāta ſequetur laus et ingenij approbatio/ſi ſucceſſe=
rit quod tuo fretus conſilio aggreſſus ſis:q̄ redundabit deteſta
tio et odium temeritatis/vbi male ſucceſſerit.De his hactenus.
Nunc redeo ad cruſtationes.

¶In cruſtandis parietibus harenationū tunicæ tres adminus.
Earū officia & materia.Inductarū et adactarū cruſtationū ſpe=
cies Calx parāda:pictorię cruſtatiōis inuentū nouū. Ca.IX.

Omnibus cruſtationibus adegiſſe oportet harenatio=
nū tunicas ne minus tres.Prime officiū eſt parietis ſu
perficiē præhenſare arctiſſime/et reliquas ſuperaddi=
tas harenationes ad parietē continere. Extreme offi=
ciū eſt expolitionū colorū/lineamētorūq̧ venuſtates exprome

re. Mediarum officium eſt: vtriſq; vitia emēdare atq; prohibere Vitia hæc ſunt. Nam ſi erunt vltimæ quidē et ſupmæ acres vt ſic loquar mordica es parietū quales eſſe quidē pmas oportet, acrimonia ſui crebris rimulis interſfūdentur exſiccādo. Sin aūt erunt primæ illæ molliores: quales eſſe vltimas oportet: nō cōpræhenſabunt tenaci morſu parietē: ſed deſciſcent. Quo plures erunt harenationes: eo illuſtrius leuigabitur: et cōtra vetuſtatem ſolidiores perſeuerabunt. Vidim⁹ apud antiquos qui vſq; nonā ſuperaddiderint harenationē. Harū primas omnino eſſe oportet aſperrimas ex harena foſſili et teſta non valde tūſa ſed glandulosa ad craſſitudinē digytorum, interdū vſq; palmum. Medijs tunicis harena fluuiatilis cōmodior q̄ min⁹ findatur. Haſce item eſſe aſperas oportet. Nā leuigatis ſuperaddita non adhærent. Vltima omniū erit nitidiſſima marmorata: hoc eſt cui pro harena ſit tunſus lapis candidiſſimus. Hanc vltimam partem craſſā ponere ſemidigitu3 ſat eſt. Aegre enim ſiccatur ſi craſſior adiungitur. Vidimus qui parſimonię gratia extremam cutim corio calciamentorū non craſſiorē ſuperextenderit. Mediæ harenationes prout his aut illis proximiores ſūt deinceps moderabuntur. Venæ quædam alabaſtro tralucido perſimiles lapidis montibus inueniūtur: quæ neq; marmor neq; gypſu3, ſed inter vtrūq; ſint natura ſui admodū friabiles. Is lapis tūſus et pro harena miſtus ſplendentes marmorei candoris ſcintillulas mirifice referet. Viſuntur paſſim cruſtationū continendarū gratia claui parietibus affixi: ætas docuit æneos præſtare. Perplacet qui clauiculorū loco inter iuncturas ordinū per parietē factis minutis foraminibus extantes glebuſculas ſiliceas confixere malleolo nimirū ligneo. Murus quidē quo erit recētior, quo ve aſperior eo harenationes denſius cōtinebit. Ergo ſi inter aſtruendū et dum viret opus primam quāuis tenuem harenationem induxeris captus præſtabit ſuperinducēdis tenaces et indelebiles: poſt auſtros ꝯmodiſſime omne cruſtationis op⁹ inducetur: per boream et frigora et æſtum aeris inducta, preſertim cutis vltima repente inſcabreſcet. Porro cruſtationum aliæ inductæ alię adactę. Inducit̄ autem3 gypſu aut caxl. Sed gypſū non niſi ſicciſſimo eſt in loco vtile. Cruſtationib⁹ quibuſuis ex vetere pariete ſuffuſa inimica eſt humiditas. Adigitur et lapis et vitrum et huiuſmodi. Inductarū cruſtationū hæ ſūt ſpecies:

Harenatio.

Claui in parietib⁹ affixi.

Cruſtationū ſpēs.

albaria/pura/inſignita/pictoria. Adactarum autẽ hæ: obtabu=
lata/circũexecta/teſſellulata. ¶ De inductis prius Calx ſic para Calx quo
bitur exuberatim et pura aqua operto in lacu diu macerabitur modo pa
Inde ferro nõ ſecus atq; ligna dolẽtur aſciabitur. Maceratæ ſi= randa.
gnum erit/vbi inter aſciãdum calculi ferrum non offenderint:
tertium ante mẽſem nõ ſatis etiam maturam putãt: lentam &
valde glutinoſam eſſe oportet quã probet. Nã ſi ferrũ exierit
ſiccum indicio erit euanidam eſſe & ſiticuloſam. Cũ harenã aut
quid tũſum imiſcueris diu & vehemẽter atq; iterũ diu ſubagita
to: etiã rurſus ſubuerſato quoad quaſi ſpumeſcat. Eam veteres
qua vltimã cutim inducturi erant mortario cõpinſabant: tem=
perabãtq; ipſam hanc miſturã vt ferrum nõ detineret dũ indu=
ceretur. In iam inductã ſubareſcentẽ atq; adhuc ſubuirẽtem al=
tera inducet̃: curabiturq; vt tenore vno ſimul omẽs cutes inare
ſcant: leuib⁹ planatorijs & bacillis verberatas cruſtationes dũ
virent denſant̃. Vltima cutis in puro albario diligenter perfri=
cata ſplẽdorem dabit ſpeculi: eãdemq; factã penit⁹ ſiccã ſi vnxe
ris cæra & maſtice modicoq; oleo vna colliquefactis: & ſic vn=
ctum parietẽ carbone ignito ex pelui concalefeceris vt vnguen
ta comb'bat: vincet marmora nitore. Nos experti ſum⁹ cruſtas
eiuſmodi rimis euadere imunes/ſi inter inducendũ illico appa
rentes fixuras manipulis virgularũ ibiſci/ſpartive crudi caſti=
gaueris. Qđ ſi per caniculã/aut loco ęſtuoſo inductur⁹ ſis/ tun=
dito et minutiſſime cõcidito rudẽtes vetuſtos/& pulti cõmiſce
to. Tum & leuigabitur quidẽ belliſſime/ſi ſapone albo tepento
aqua ſoluto modice inter leuigandũ ſuperaſperſeris multa in=
unctura expalleſcit. Signa ſigillis expeditiſſime affigent̃. Sigil
la ex ſculpturis haurietur gypſo madente ſuperinfuſo. Ea qui=
dem cũ aruerint quo diximus vnguẽto perunctã cutẽ marmo=
ris imitabũtur. Signorũ iſtiuſmodi duo ſunt genera. Vnũ pro= Signorũ
minens. Aliud caſtigatũ & retũſum. Recto in pariete non incõ= duo gña.
mode aſciſcẽtur prominẽtia. Cœlo autẽ teſtudinũ retunſa ma=
gis cõuenient. Nam ꝓminentia ſi pẽdeãt/põdere ſui facile de=
ſtituũtur: incoliſq; periculo ſunt caſu. Recte admonent vbi pul
uis multus futur⁹ ſit/cœlatas coronas & ꝓminẽtes nõ adhibe
as/ſed planas & caſtigatas: quo aptius abſtergant̃. Pictorię cru Cruſtati
ſtationes alię in vdo: alię in ſicco. Vdis color oĩs natiuus ex la ones pi
pide/terra mineris et eiuſmodi ſumpt⁹ cõueniet. Fucatus autẽ ctorię.

om̄is color et om̄is pręſertim qui in igne poſitus mutet̃/ſicciſſima deſiderat: calcẽq;/lunamq;/& auſtrũ odit. Nouũ inuentum oleo linaceo colores quoſvelis inducere contra omnes aeris & cœli iniurias ęternos: modo ſiccus & minime vliginoſus ſit paries vbi inducat̃: tametſi comperio pictores antiquos pingẽdis puppibus nauiũ vſos liquẽti cæra ꝓ glutino. Tum & vidim⁹ in veterũ operibus inductos parieti colores gemmarũ/ſi ſatis rem teneo/cęra aut fortaſſis albo bitumine ad tãtam duritiem redactos vetuſtate/vt ne igne quidem ne item aqua diſſolui poſſint eſſe id vitrũ aſſum dicas. Vidim⁹ & q lacteo calcis flore colores maxime vitreos parieti dum virebat/adglutinarũt. Hęc de his.

¶ Adactę cruſtationes obtabulatę ſubtilius deſecandi/lenigãdi & parietib⁹ affigẽdi marmoris induſtria: pultis colorib⁹ varijs inficiendę modus haud illepidus. Caput. X.

Cruſtationes adactę. Secandi marmoris ratio.

ADactę autẽ cruſtationes obtabulatę quãuis aut puræ quidẽ ſint aut cœlate/amborum tamen vna eſt ratio. Mirũ dictu quãtũ diligentiæ veteres ſecandis tabulis marmoreis atq; illuſtrandis adhibuerint. Vidi equidem tabulas marmoreas cubitos longas plus quattuor: latas duos: craſſas vix ſemidigitum: & iunctas lineavndoſa: quo magis ſpectãtes fallerẽt. Exſecandis marmoribus veteres harenã ethyopicam in primis ꝓbaſſe ſcribit Plinius: indicam proxime accedere: ſed molliorẽ eſſe egyptiam: itidẽ præſtare noſtris. Ex quodam tamen adriatici maris vado repertam ferunt/qua veteres vterẽtur. Nos ex littoribus puteolanis harenam colligim⁹ huic operi non in poſtremis vtilem. Ex quouis torrente anguloſa harena ſumpta vtilis eſt: ſed quo craſſior quidem eſt: eo laxioribus ſegmentis terit/& acrius rodit. Quo autem leuius delimat: eo polliturę ꝓximior eſt. Expolitio ab extremis limis incipit: deſinit in id qđ potius lingit q̃ rodit. Thebaica fricãdis &

Smirill⁹. Pumex. Stagni ſpuma. Ceruſa. Tripolea creta.

poliendis marmorib⁹ probatur. Laudãt et cotes: ſmirillum appellãt lapidẽ: cuius farina nihil pręſtabilius. Et pumex poſtremis delinimentis perutilis eſt. Stagni peruſti ſpuma/vſtaq; ceruſa/& tripolea in primis creta & generis eiuſdẽ quouis modo in minutiſſima corpuſcula athomis puſilliora cadẽq; mordentia conterãtur vtillima ſunt. Tabulis cõtinendis ſi erũt illę quidem craſſę clauiculi aut marmorei ꝓminẽtes captus adinterſigãtur parieti: ſubinde nudę tabulę applicent̃. Sin autem erunt

tenuiores poſt ſecundas harenationes calcis loco cęra/pix/ reſi
na/maſtix/et gũmarum om̃is numerus cõfuſe colliquefactꝰ ad
hibeat̃:ſenſimq; cõcaleſiat tabula:ne repentina ignis moleſtia
crepet. Ponendis tabulis laus erit:ſi ex earũ expaginatione ac
ſerie aſpectus cõcinnitas referet̃.Maculę eni maculis & colores
coloribus/& talia talibus coaptãda ſunt:vt alter alteri mutuo
pręſtet gratiã.Veterũ perplacet aſtutia: qui quidẽ proximiora
oculo nitidiſſima expolita reddebant.In his autem q̃ diſtantes
et in altũ erant futurę parcebãt labori.Quin & locis aliquibꝰ ne Teſſellulata marmora.
leuigatas quidẽ apponebant:ꝙ eo vix curioſiſſimi recognito-
res inſpectaturi eſſent.Cicũexſecta & teſſellulata in hoc conue-
niunt:ꝙ in vtriſq; picturam imitamur varijs lapidũ/vitri/con Item Circũexſecta
charũve coloribus apta quadã explicatione cõpactis.Conchas
margaritarũ ſecare & imiſcere cruſtationibꝰ primum inſtituiſſe Conchæ margaritarũ cruſtationibꝰ imiſtę.
Neronẽ ferunt.In hoc differunt ꝙ in circumexectis q̃ maiuſcu
las poſſumus tabellularũ partes adhibemꝰ.In teſſellulatis qua
drata minutalia fabis non maiora immittũtur:quo enim intra
minutiora ſunt:eo ſplẽdoris ſcintillas diffuſius referũt.Teſſel-
lularũ ſuperficiebꝰ varias in partes accepta lumina reijcientibꝰ
differũtq; ꝙ illis affigendis cõmodior gũmarum pultis eſt: his
vero teſſellulatis vtilior eſt calx:cui tyburtini lapidis farina tri
tiſſima imiſta ſit.Sũt qui operi teſſellulato calcem iterum atq;
iterũ allutari aqua feruenti iubeant:quo ſalis ardoribus exuta
mollior & lẽtior ſit.Rota video circumexectorũ operũ prædu-
ros lapillos fuiſſe delimatos in teſſellulatis.Aurũ vitro appin
gitur calce plũbi qua nullũ fit fluidius vitrum.¶Quę de cruſta
tionibus diximꝰ om̃ia ferme ad opus pauimenti/de quo dictu
ros polliciti ſumꝰ faciũt:pręter id qđ neq; pictoreas/neq; adeo
inſignitas cruſtationes recipiũt:ni forte ꝓ pictorijs illud veni-
at ꝙ pultẽ varijs coloribus inficere poſſumꝰ:& ſpacijs circum
ſeptis limitibꝰ marmoreis ad picturę imitationẽ fundere.Infi-
citur rubrica vſta teſta ſilice & ferri fece et hm̃oi pauimẽtis cru-
ſtatis cũ ſicuerint opus diſpumabit̃.Id fit ſic. Siliceus lapis aut
potius plũbũ pondo quinq; ſupplanata ſuꝑficie funiculis hor-
ſum iſtorſum trahit̃ retrahitq; ꝑ pauimẽtũ ſpãſa harena aſper-
rima atq; aqua quoad radẽdo belliſſime leuiget̃. Nõ leuigabit̃
niſi teſſellularũ anguli & lineę ſint cõformes.Qđ inductum ſit
oleo p̃ſertim linaceo ꝑfuſum vitreã acquirit cutim.Amurca p-

fundere cõmodiſſimũ: tum et aqua in qua extincta ſit calx ve=
hementer conferet ſi iterũ atq; iterũ aſperſeris. In his omnibus
quæ recenſuimus vitabitur eiuſdem coloris & formæ nimium
crebra & vno in loco plus ſatis conferta et perturbate compũ=
cta copia vitabitur et coniũctionũ hiatus: omnia ad vnguẽ cõ=
ponentur atq; delicabuntur: vt cuncte partes operis æqualiter
ſeſe abſolutas præbeant.

¶ De tecti cõtignationibus: teſtudinationib⁹ & ſubdiualibus
cruſtationibus: & ſiue ex cedro ære: plũboue tabulæ fiãt ſeu vi=
treatæ ſint tegulæ qualiter et quid cõmodius. Capi. XI.

HAbet & tectum ſuas cõtignationũ/teſtudinationũ &
ſubdiualiũ cruſtationũ delitias atq; venuſtates. Ex=
Porticus — tant in hanc vſq; diẽ ad porticũ Agrippæ cõtignatio
Agrippę. — nes æneis trabibus pedũ quadraginta: op⁹ in quo ne
ſcias impenſã ne magis an artificis ingenium mirere. Cedro te
ctum epheſiæ Dianæ annos ſtetiſſe permultos alibi retulimus
Salauces — Salaucem colchorũ regẽ habuiſſe victo Soſoſtre ægyptiorum
rex Col= — rege trabes aureas et argenteas meminit Plinius. Tum & viſũ
chorum. — tur tẽpla marmoreis tabulis operta: quales ad tẽplum hieroſo
Catulus. — limarũ fuiſſe referunt ampliſſimas ſũmo nitore cãdẽtes: vt a lõ
Pantheõ — ge id tectũ intuentibus niueus eſſe videatur mons. Catul⁹ pri=
Honori= — m⁹ tegulas romæ æneas Capitolij inaurauit. Subide Pãtheon
us pont. — romæ æreis opertũ ſquamis inauratis fuiſſe cõperio. Et Hono
max. — rium Pont. maximum eu;/cuius tẽpeſtate Maometes nouam
Plũbi vſ⁹ — Aegyptijs Lybiæq; religionẽ et ſacra inſtituit baſilicã petri ta=
in ſubdi= — bulis totam operuiſſe æneis. Germania tegulis vitreatis nitet.
ualib⁹ cõ= — Plumbo paſſim vtimur: opus quidẽ ad diuturnitatẽ aptũ: atq;
tignatio= — in primis ad gratiã: neq; impẽſa nõ moderatũ eſt: ſed in eo hæc
nibus. — ſunt incõmoda. Nã ſi cementitio applicabitur operi/illic qđ nõ
ſubreſpiret/ſed ſuccẽſis quib⁹ incũbat lapillis plus ſatis æſtuãs
☞ feruore ſolis colliqueſcit. Faciat hoc ad rẽ quod experiri licet.
Plumbeum vas igne non liquabitur: ſi p'enũ ſit aqua: inijcito
calculum: ilico colliquefiet cõtactu ac perforabitur. Accedit ꝙ
iſtic vbi nõ habeat crebros & admodũ firmos captus: quib⁹ la=
minæ cõtineantur: facile ventis abſtergitur. Accedit etiã ꝙ bre
ui ſalibus calcis vitiatur atq; exeditur: vt m[illegible] nimiu[illegible] tu=
tius cõ[illegible]nitatur: ni forte ignes metuas. Se[illegible]q; incõmo
do ſũt claui ꝑſertim ferrei: ꝙ ſole velien[illegible]uli ipſi in=

ferueſcãt/& rubigine circũrodant. Anſas et acus idcirco teſtudi
natis oportet plũbeos: quibus laminæ tegularꝝ candenti ferro aſ
ſolidentur. Oportet & opus ſubinſtratũ reddere leui oblinimẽ
to ex cinere ſalictarũ loto admiſta creta albenti. Claui ex ęre mi
nus cõferueſcũt: ledũtq; minus erugine. Plumbũ ſtercore alli=
tum vitiatur. Idcirco ꝓuidendũ/ne ſtationes habeant quibus
ſeſe apte recipiant aduolãtes: aut denſior illic materia ſubſtituẽ
da eſt: vbi ſtercus cadens accumuletur. In ſũmo ad templũ Sa=
lomonis refert Euſebius catenas extenderãt: qbus vaſa pẽde=
rent ænea.cccc. quoꝝ ſonitu alites fugarent. In tectis quoq; or
nantur faſtigia et ſtillicidioꝝ labra & anguli. Apponũtur enim
pilæ flores/ſtatuæ/bigæ/et eiuſmodi de quibꝰ mẽbratim dice=
mus ſuo loco. Nunc quod quidẽ totũ genꝰ iſtiuſmodi ornamẽ
torũ cõplectat̃ amplius nihil occurrit: niſi vt aptis locis quæq;
operi cõdicant apponantur. Aptionũ ornamenta plurimũ ope
ri afferunt iucunditatis atq; dignitatis.

¶ De apertionũ ornamentis/difficultatibus/affictoossibꝰ & co
lũnis erigendis ope afficto adherente & ſoluto. Capi.XII.

Sed habẽt difficultates et graues et multas: quibꝰ nõ
niſi magna artificis diligẽtia & graui ipenſa ꝓuidea=
tur. Lapidibꝰ eni indiget vaſtis integris/ꝑparibꝰ ele=
gantibꝰ/raris: q̃ oĩa neq; facile inuenientur/neq; tra=
ctantur/diriguñt/dolãtur/cõponunt̃ penitꝰ ad arbitrium. Ne=
gaſſe architectos aiebat Cicero colũnas poſſe ad perpendiculũ
ſtatui: quod ipſũ cũ firmitatis cauſa tũ etiã venuſtatis gratia in
aptionibus omnino neceſſe eſt. Sũt et alia incõmoda: ſed oĩbꝰ
quoad ingeniũ valebit ꝓuidebimꝰ. Apertio natura ſui ꝑuia eſt
ſed interdũ paries parieti q̃ſi pellis veſti affulcit̃: quoddãq; fin=
gitur aptionis genꝰ nõ paruũ: ſed ꝑcluſũ obiecto pariete: quod
quidẽ nõ inepte ea re affictũ nũcupabit̃. Hoc genꝰ ornamẽti vti
et cætera pleraq; oĩa ornamenta corroborãdi operis et minuen
de impenſæ grã a fabris tignarijs primo inuentũ eſt. Id lapicide
imitati egregiã operibꝰ venuſtatẽ attulere. Quiduis hoꝝ pul=
chrius erit/ſi habebit oſſa itegra vnico ex lapide. Proximũ erit
cum ita cũctas habebit ꝑtes: vt non appareat vbi iũcte ſint. Ve
teres maximos colũnarum cæteroꝝq; oſſiũ lapides etiã affictis
apertionibus priꝰ erigebãt: in ꝓ ſuis baſibus ſtatuebant q̃ parie
tem atto lerẽt. Prudẽti ſane conſilio. Nã patebat vſus machi=

narũ expeditior: et perpendicula liberiora captabanť. Ad ppẽdiculũ colũna ſtatuetur ſic in baſi/ et ima in colũna: & in ſũmo centra circulorũ notabuntur. In cẽtro baſis acus ferreus plumbo affirmabitur. Centrũ vero imæ colũnæ pforabiť/ quoad acũ extãtẽ ex baſi intra ſe concipiat. Supra verticẽ machinæ annotabitur punctũ: a quo ppendiculũ in mediũ cadat baſis acũ. His paratis non erit difficile pellere ſũmum colũnæ ſcapũ: vt ſui circuli centrũ puncto annotato ſubſtituat ex ppendiculo. Didici ex veterũ opibus cõplanari poſſe marmora teneriora iiſdem ipſis ferramentis: quibus et materia abradatur. Illud etiã obſeruarunt/ vt rudes adhuc lapides aſtruerent ſolis dolatis capitib⁹ lapidũ et labris: quæ in opere mutuo iũgerentur: obſtructo vero ex opere poſtea quod rude aderat dedolabant atq; leuigabãt Credo id quidem: vt periculis machinarũ q̃ minimũ poſſet impenſæ cõmitterent. Grauius enĩ diſpendiũ ex terſo et plane abſoluto lapide accepiſſent/ ſi caſu aliquo diffractũ fuiſſet q̃ ex inchoato. Adde ꝙ tẽporibus ꝯſultiſſime ꝓſpiciebãt. Aliud enim tempus eſt operis aſtruendi: aliud veſtiendi atq; expoliãdi. Affictorũ opeꝝ duo ſũt gñа. Vnũ quod ita adhæret parieti/ vt q̃ta ſui pars ĩterlateat/ & quota ꝓmineat ex pariete. Aliud quod totis colũnis ex pariete ſolutũ exit: & porticũ imitari voluiſſe prefert. Illud ea re ꝓminens: hoc expeditũ nũcupetur. In ꝓminentibus erunt colũnæ aut rotundæ aut quadrangulæ. Prominere oportet rotundas ne plus/ ne itẽ minus ſemidiametro. Quadrangulas ne plus parte ſui lateris quarta/ ne minus ſexta. In expeditis colũnę nuſq̃ plus q̃ totis baſib⁹ et parte ampli⁹ quarta ſecedent a pariete: nuſquã minus q̃ vt tota columna et baſis exeat ex pariete. In his aũt quæ totis baſibus et quarta ſecederint quadrangula ex pariete colũna ꝓminens reſpondeat neceſſe eſt. Trabs in expeditis non continuo per frontẽ parietis extendetur: ſed interſerabitur ad pares angulos et libellã contra colũnas: vt illic prorumpẽtia ex pariete capita intimarũ trabiũ ad ſingula colũnarum capitula carpenda ꝓtendanť. Coronæ q̃ trabem parietis ornant etiam porrecta iſtiuſmodi capita circũornabunt. In prominentibus aũt licebit vtrũ velis aut ppetuo trabe et coronis nõ interruptis toto ædificij ductu vti aut etiam expeditorũ rationes imitari ſimulata intimaꝝ trabiũ eruptione ac prominentia. Diximus de ornamentis quæ ad eas partes

Affictorũ opeꝝ duo genera.

ædificiorū pertineant: in quibus omnia cõueniunt ædificia: de his vero in quibus non conueniunt dicendū erit in proximo libro. Nam hic ſatis habet amplitudinis. Sed cū hic liber ea ſibi ſumpſerit diſquirenda: quæ ad iſtarū partiū ornamenta pertineant: nihil idcirco negligatur: quod quidē ad eam rē conferat In tota re ædificatoria primariū certe ornamentū in colūnis eſt.

¶ Primariū eſſe in colūnis ornamentū earūdem lineæ axis finitor circuli diametri loca ꝓiectura retractio: venter nextrū: anulus. axis: ipſiuſq; diametri ptes: & partiū pticulæ. Capi. XIII.

NAm & vna plures appoſitæ porticus parietē omneq; apertionis genus ornant: et ſimplices vtiq; non indecoræ ſunt. Triuia enī theatra plateas honeſtant: trophea ſeruāt/ monumēto ſunt: gratiā habent: dignitatem afferūt. Difficileq; dictu eſt quantū in ea re quod eſſet elegātiſſima veteres impenſæ cõiecerint. Alij enī minime cōtēti pario numidico alabaſtroq; marmore et eiuſmodi etiā artificū pſtantiſſimorū adiecere manū: fecereq; vt eſſent refertæ ſignis & imaginib⁹: quales in tēplo epheſiæ Dianæ fuiſſe ferunt numero plus centū viginti. Alij baſes et capitula ænea atq; inaurata addidere: qualia in porticu romæ duplici: quā quidē in Octauij conſulatu eius qui de Perſio triūphauit ſtatuerūt: alij totas colūnas æreas: alij argento veſtitas reddidere. Sed iſta prætereantur. Teretes eſſe colūnas oportet omnino et tornatiles. Cōperio Theodoꝝ quendā et Tholū architectos in eorum officinis paſſe turbines apud lemnū: et illic pēdētes colūnas ita libraſſe: vt puero circūagente tornarent. Græca hiſtoria. Hoc ſit ad rem In colūna lineas haſce penſitam⁹ longiſſimas axim et finitorē. Breuiores autem ſunt circuloꝝ diametri: qui varij varijs locis colūnam cingunt. Ex circulis quidē iſtis notiſſimi ſunt plana ſuperficies: quæ in ſūmo eſt capite colūnæ: et plana item altera ſuperficies quæ in imo eſt: quam eandem planaꝫ appellamus. Theodorus et Tholus egregij columnarū artifices.

Axis autem recta eſt linea per medullam colūnæ ducta a cētro circuli ſupremi ad centrum infimi: quæ eadem linea medianuꝫ dicitur columnę perpendiculum. In hac ipſa linea axi centra circulorum omnium ſiſtuntur. Finitor vero linea eſt ducta a limbo extremo ſupremi circuli ad infimum huic regione oppoſitum infimo in limbo pūctum. Diametrorum omnium qui per craſſitudinem columnæ ſunt extenſionem finiens/ eaq; ex re Diametrorū in columna exiſtentiū rationes.

non vnica & recta eſt vti axis: ſed multis partim rectis/partim flexis lineis cōpoſita vti mox explicabimus. Circulorū penſandorū diametri ſunt locis per columnā quinq;. Locorū hęc ſunt nomina: proiectura retractio/venter. Proiectura duplex eſt: in ſummo colūnę vna: in imo altera. Dictæ q̄ pręceteris prodeāt atq; emineāt. Retractiones etiā binę ꝓiecturis proximę ſuccedūt: tum in imo/tū etiam in ſummo. Dictę q̄ per eas ꝓiecturæ ad ſcapi ſoliditatē retrahātur. Ventris diameter ſub media columnę lōgitudine annotatur. Dict⁹ q̄ illic colūna ſubinturgeſcere videaẗ. Rurſus proiecturę differūt inter ſe. Nā quę in imo eſt ſolo cōſtat nextro & flexione qua ab nextro ad columnę ſolidū retrahaẗ. Proiectura vero quæ in ſummo ſcapo eſt præter nextrum & inflexam hanc obliquitatē habet etiā torquem. Polliciti ſumus velle me quoad in me ſit/latine & oīno ita loqui vt intelligar. Fingere iccirco oportet vocabula vbi vſitata non ſuppeditant: & ſumere a rebus nō diſſimilibus nominū ſimilitudines conducit. Nextrum appellāt apud nos ętruſcos victā pertenuem qua capillos virgines vinciāt atq; innectant. Faſciolam iccirco quę quaſi regula circūflexa pro anulo columnę calcem obambit/ſi ita licet/nextrum appellem⁹. Anulum autem in ſummo pręter nextrum qui veluti funiculus aduolutus ſuprēmum ſcapi ambitum adſtringit torquem appellemus. Demum finitor linea cōparabitur ſic: nāq; in pauimento quidem aut coęquato aliquo in pariete quem locum picturam nūcupo recta inſcribitur linea longa ęque atq; futura eſt columna: quā ex rupe fabri exſecturi ſint: hæc linea axis diciẗ. Axim ergo diuidemus certas in partes prout futuri operis ratio & columnarum varietas/de qua ſuo diceẗ loco: ad quarum partium modū fiet imę plantę diameter: quā iſtic in pictura tranſuerſa lineola ad pares vtrumq; angulos infimo in axis capite perſcribimus. Hanc diametrum in partes diuidimus quattuor & viginti. Partium vnam damus altitudini nextruli: quā quidem altitudinē iſtic in pictura deſcribimus linea puſilla. Rurſus ex quattuor & viginti particulis plantę capimus tris: ad iſtāq; altitudinem in axi ponimus centrum proximæ retractionis. Per hocq; centrum lineam ducimus ad pares angulos ęquidiſtantē plantæ. Iſtęc igiẗ linea erit diameter imę retractionis: cui⁹ lōgitudo fiet breuior q̄ ſit ipſa diameter plantę ex illi⁹ ſeptima. Signatis his

Nextrū quid.

duabus lineis/hoc eſt diametro retractionis & nextro a capite
nextri ſoluto ad caput retractionis ducimꝰ lineã inflexam dor=
ſo verſus axem flexione q̃ id fieri poterit molli atq; gratiſſima.
Eius iſtius flexionis initiũ quartã habebit circuli puſilli : cuius
cicli ſemidiameter ſit nextri altitudo. Poſt id totam axis longi=
tudinem in partes diuidimus ęquales ſeptem: & eas diuiſiones
pũctis annotauimꝰ. Quarto igit̃ in puncto a planta numerare
incipiẽs conſtituam centrũ ventris: per q̃d ſuã ducas diametrũ:
cuiꝰ lõgitudo ęqualis ſit diametro imę retractionis. Sũma de=
inceps retractio & proiectura cõſtituent̃ ſic. Nam ꝓ colũnę ma
gnitudine de qua ſuo loco ratiocinabimur/ ſummi circuli dia=
meter ex diametro imę plantę deducet̃: atq; in pictura ad ſupre
mum caput axis adſcribet̃. Quã quidẽ diametrũ cum erit deſcri
pta in particulas diuidemus duodecim. Harũ particularũ inte=
gram vnã occupabunt vna torquis & nextrum ſumme ꝓiectu=
rę. Sic nam torquis huius ipſius.xij.tertiã capiet bis: reliquum
dabit̃ nextro. Sed hac ꝓiectura erit retractio: cuius centrũ diſta
bit a centro ſupremi circuli ꝓiecturę ex particulis illius.xij.vna
atq; inſuper dimidia. Eritq; retractionis ipſius diameter minus
diametro maximo ꝓiecturę ex illius nona. Poſt hęc ducetur in
flexa linea ductu quali infimã duximus inflexuram. Demũ per
ſcriptis in pictura ꝓiectionibus/retractionibꝰ/obliquis inflexu
ris & ventris diametro ducet̃ linea recta a capite retractionis ſu
premę atq; item a capite imę retractionis ad caput diametri : q̃
ventrẽ notarimus. Itaq; his quas receſuimus perſcriptionibus
linea quę finitor dicit̃ cõpoſita eſt. Ad cuius lineæ modũ tabu=
la gracilis deformabit̃/qua fabri lapicidę iuſtum columnę am
bitũ & finitiones captent atq; terminent. Scapi imi ſuperficies
ſi erit colũna bene tornata ad pares vtrinq; angulos medij per=
pẽdiculi coęquabitur ducto radio a centro circuli qui in ſupre
ma colũnæ ſuperficie ſit. Hęc a veteribꝰ litteris tradita non in=
uenimus: ſed diligentia/ſtudioq; ex optimorũ operibus anno=
tauimus. Quæ ſequẽtur ad iſtiuſmodi lineamẽtorum rationes
maxima ex parte pertinebunt: erũtq; multo digniſſima et ad pi
ctorum delitias mirifice conferent.

SEQVITVR LIBER.VII.

# LEONIS BAPTISTAE ALBERTI DE RE AEDIFICATORIA LIBER SEPTIMVS. QVI SACRORVM ORNAMENTVM INSCRIBITVR.

¶ Reſumptis architecturę diuiſionib⁹ mœniũ tẽplorũ & baſilicæ religionẽ ſacrã religionis areę et vrbis honeſtatẽ & gratiã exemplis & rationibus oſtendit. Caput primum.

REm ædificatoriã cõſtare partib⁹ diximus / & partiũ alias quidẽ eſſe quib⁹ omne ædificiorũ genus qualecũq; ipm ſit cõtineat: vti eſt area tectũ & eiuſmodi. Alias autẽ eſſe quib⁹ ædificia ipſa differãt inter ſe. De illorũ ornamentis hactenus recẽſuimus quãtũ ad inſtitutũ pertinere videbat. Nunc de his alteris dicẽdũ eſt Habebit quidẽ hęc diſquiſitio vtilitatis tm̃: vt ea ne pictores quidem venuſtatũ exquiſitiſſimi ſectatores vllo pacto ſibi carẽdũ eſſe affirmaturi ſint. Habebit etiam iucũditatis quoad non dico plus legiſſe nõ pœniteat. Sed velim nõ iprobes / ſi nouis ꝓpoſitis finib⁹ nouis primordijs rẽ aggrediemur. Primordia quidẽ aditusq; ex diuiſione & pſcriptione / annotatione ve partiũ ex quibus tota cauſa cõſtet rectiſſime panduntur. Nã veluti in ſtatua ære / auro / argẽtoq; miſtis cõſlata aliud faber ex põdere conſiderat: aliud fictor ex lineamẽtis: aliud alij fortaſſis quęrent. Ita & nos alibi partes haſce rei ędificatorię ita diſtribuẽdas dixim⁹: vt ordinẽ ſatis aptũ atq; expeditum prębuerint recẽſendi q̃ illic ad eã rẽ facerent. Nũc partionẽ pręfiniem⁹ eã: quę potiſſimum venuſtati decoriq; ędificiorũ ſatiſfaciat magis q̃ vtilitati ac firmitati. Tametſi iſtiuſmodi oẽs laudes ita inter ſe cõueniant: vt in qua re aliquid horũ deſideres: in ea quidẽ & cętera nõ probẽtur. Aedificia igit̃ alia publica / alia ſunt priuata. Tamẽ & publica atq; item pͥuata aut ſacra quidẽ ſunt / aut ꝓfana. ¶ De publicis ędificijs prius dicã. Vrbiũ mœnia veteres ſumma religione ſtatuebãt & numini dicabãt / in cuius tutela futuri eſſent. Neq; vlla quidẽ hoĩm ratione arbitrabãtur poſſe mortaliũ res ſatis a quoq̃ moderari: quin inter hoĩes cõtumelia atq; perfidia verſarẽtur: ſempq; vel ſuorũ negligẽtia / vel finitimorum inuidia ęque vrbẽ eſſe / atq; in ſalo nauim arbitrabãtur caſibus ꝓximã /

Mœnia dijs dicata.

periculiſq; expoſitã. Ea re fabulari ſolitos ĩterpretor Saturnũ vt rebus hoim conſuleret quõdam heroas ſemideoſq; vrbibus prefeciſſe: quorũ ſapientia tutarẽtur: q nõ mœnibus ſolum ad nos tuendos/ſed deorũ etiã ope admodũ indigeam⁹. At illi Saturnũ id ita egiſſe predicãt: q veluti in armẽtis nõ pecudẽ ſed paſtorẽ preponim⁹: ita & hominib⁹ preponẽdos intelligeret/gen⁹ aliud animãtiũ qđ multo preſtaret ſapientia atq; virtute. Itaq; dijs dicata mœnia. Alij optimi & maximi dei ꝓuidẽtia effectum predicãt/vt cũ animis hoim/tũ & populis fatales genij aſciſcerent. Mœnia igit quib⁹ ĩ vnũ ciues cogãtur et tueãtur ſacra nimirũ habebãtur: quomq; obſeſſam vrbẽ aliquã eſſent capturi: nequid cõtra religionũ venerationẽ egiſſe viderẽtur certo ſacrorũ carmine euocabant tutelarios deos vrbis illi⁹ vt nõ inuiti trãſmigrarẽt. Templũ quis dubitet religioſum eſſe cũ cæteras ob res/tũ vel ea re maxime q illic ſuperis de genere hoim optime merẽtibus debita gratulatio & veneratio habeat: quæ pietas vna eſt primaria iuſtitie pars: ac iuſtitiã quidẽ ipſam per ſe diuinũ quoddã eſſe munus quis nõ aſſentiat. Et iuſtitie pars etiã eſt huic ſuperiori finitima/et dignitate præcipua/ſuperiſq; multo gratiſſima/ac perinde ſacratiſſima: qua erga hoies pacis trãquillitatiſq; gratia vtimur: dũ eſſe pro meritis quibuſq; retributũ velimus: iccirco baſilicã vbi vis dandũ ſit religioni adiudicabim⁹. Quid monumẽta rerũ dignarũ: que eternitati dicata poſteritati cõmẽdãtur? Ea ni fallor tota ex iuſtitie religioniſq; rationib⁹ cõſtant. De mœnib⁹ igitur & tẽplis et baſilica/& monumẽtis nobis dicendũ eſt: ſi priuſq̃ iſta attingam⁹: pauca breuiſſime referẽtur: de ipſis vrbibus nõ pretermittẽda. Regionẽ vrbis atq; aream vehemẽter honeſtabit copia edificiorũ aptiſſimis locis diſtributa & collocata. Platoni ager & area ꝓbabat diſtincta claſſib⁹ duodecim: & in ſingulis ſingula tẽpla ſacella ve conſtituebat. Nos & cõpitalia & minorũ etiã iudicũ ſedes & preſidia/& curricula/ludorũq; ſpacia adijciam⁹. & ſi qua demũ cũ his cõueniant: modo ager quaq; verſus tectorũ copia floreſcat. Atqui vrbiũ quidẽ alie maxime/aliæ minores: vti caſtella & minuta oppida. Eſt apud Priſcos ſcriptores opinio: vrbes ĩ plane poſitas minime vetuſtas eſſe: & iccirco min⁹ habere auctoritatis. Lõge enĩ poſt diluuiũ cõditas interptãtur. Sed certe vrbib⁹ plana & aperta: caſtellis autẽ ardua & difficiliora magis

Plato de vrbe conſtituẽda.

cōducunt ad gratiā atq; amœnitatē.In his tamen mutua velim
eſſe hęc:vt plana leuiſſimū in tumulum ſeſe attollant mūditię
gratia:& mōtana cōplanatā ęquabilemq; ſibi occupent aream/
Capua. viarū ędificiorūq; cauſa Capuam vrbē Cicero viſus eſt vrbi ro
mę prępoſuiſſe ea re ꝙ ſuſpēſa collibus & cōuallibus interru-
pta nō eſſet:ſed patula atq; perequata.Apud Pharum inſulam
cōdere vrbem deſtitit Alexander loco alioquin munito et per-
cōmodo qđ ſpacio futurā nō ampliſſimā intelligeret. Ne illud
quidē hic pretereundū cenſeo:inſigne vrbis ornamentū extare
Tygranes. vbi ſit ciuium copia.Tygranem legimus cū tygranocetā vrbē
cōderet/coegiſſe maximam vim honeſtiſſimorū & ſplendidiſſi
morum hominū:vt in eā cū fortunis omībus cōuenirent/poſi-
to edicto quę qui eo loci nō cōportaſſent alibi inuēta fiſco aſcri
berētur.Idipſum quidē vel ſponte faciēt finitimi/atq; item ex-
terarū gētium mortales:vbi ſe iſtic vitā cū ſaluberrime/tum &
lautiſſime inter frugi & benemoratos agere putent. Sed præci-
puū vrbibus ornamentū afferent ipſa viarū & fori et deinceps
operū ſingulorū ſitus/ductus/cōformationes / collocationes:
ita vt ꝓ cuiuſq; vſu/dignitate/cōmoditate omīa recte parata &
diſtributa ſint. Nāq; amoto quidē ordine nihil prorſus erit qđ
ſeſe aut cōmodum/aut gratū/aut dignū preſtet.Benemoratam
& bene cōſtitutam rempublicā lege cauiſſe oportere aiebat Pla
to:ne exterarū gētium delitię in vrbē cōportarētur: neue ciuis
quiuis natu minor annis.xl.peregre ꝓficiſceretur.Et qui hoſpi
tes virtutis gratia in vrbē cōueniſſent:cū ad tēpus bonis eſſent
imbuti diſciplinis:ad ſuos remitterenť.Id quidē qđ iſtiuſmodi
peregrinorū contagijs fiat:vt ciues veterē patrum parſimoniā
indies dediſcāt:& priſcos mores odiſſe incipiāt:ex qua vna ma
Epidauroꝝ mos xime re vrbes reddantur deterrimę.Epidauros refert Plutar-
chus ꝙ ſuos ciues Illiricorū cōmertijs fieri improbos aduertiſ
ſent:& meminiſſent malis moribus res nouas ciuitatibꝰ excita
ri:id veriti ex omniū ciuiū multitudine vnū in ſingulos annos
eligebant in primis grauē & circūſpectū:qui ad illirios accede-
ret:& quę quiſq; ſuorū mandaſſet mercareť atq; cōtraheret.De-
mum in hac ſentētia periti omēs ſunt:vt iubeant omnino curā
habendā perq̄ diligēter/ne quid ciuitas aduentitiorū admiſtio-
Grecorū mos. ne vitieť.Nō tamen eos imitādos duco:qui omē genꝰ hoſpitū
excluderent.Apud Grecos ex vetere more populis nō cōfede-

ratis alioquin tamen nõ inimicis ſi quãdo armati ad ſe appuliſſent aſſeuerant neq; intra vrbẽ recipere/neq; per inhoſpitalitatem adigere: ſed a pomerijs ſtatuebãt non lõge forũ venalium quo ſe reficerẽt aduenę/ſi quid vſui poſcerẽt: & ciues a periculi ſuſpitione eſſent ĩmunes. Ac mihi quidẽ Carthaginiẽſes ꝓbantur. Neq; eni nõ recipiebant hoſpites aduenas: neq; illis oĩa cũ ciuib⁹ volebãt eſſe cõmunia. Cętera patebat in forũ via exteris. Verũ ad ſecretiora vrbis/ad naualia/& eiuſmodi ne aſpect⁹ quidẽ cõcedebatur.

Carthaginienſium mos.

Nos hinc moniti ita vrbis areã partiemur: vt nõ modo ſua peregrini habeãt diſtincta diuerſoria ſibi apta: ciuib⁹ nõ incõmoda: verũ & ciues etiã ipſi apte/cõmodeq; inter ſeſe ꝓ cuiuſq; officio & dignitate habitent. Ad vrbis quidẽ gratiam perq̃ egregie faciet: ſi varię fabrorũ officinæ varios vicos & regiones ſibi occupabũt locis idoneis. Nãq; ad forũ quidem argẽtarij/pictores/anularij. Subinde aromatariæ tabernæ/veſtiarię & quę demũ honeſtiores putẽtur. Extremis autẽ locis obſcenorum feditas & fetores/maxime coriariorũ ſterquilinea ſecludẽtur: atq; ad ſeptẽtriones ſubigent: ꝙ illic flatus aut rari ſint in vrbẽ/aut adeo vehementes/vt abſtergãtur magis q̃ importẽtur. Eſſet fortaſſis quibus placeret nobiliũ cõuicinias ab oĩi plebicularũ colluuie eſſe liberas & purgatas. Alij mallent totas vrbis regiones ita ornatas eſſe/vt quæ vſus poſcat/oĩa vbiq; ſuppeditẽtur: eaq; re ꝓmiſcuas digniſſimorũ ędibus haberi tabernas meritorias intermiſtas nõ recuſarent. Sed de his hacten⁹. Aliud nẽpe vtilitati/aliud dignitati debet. Redeo ad rẽ.

## ¶De murorũ & templorum apud veteres ędificatione primaria. Caput.II.

Mœnibus veteres pręſertim populi Aetrurię quadratũ eundẽq; vaſtiſſimũ lapidẽ probauere. Qꝛ ipſum Athenæ quoq; auctore Themiſtocle vſurparũt ad pyreum Viſuntur & vetuſta oppida cum Aetruriæ: tum & vmbriæ: tũ etiã apud Hernicos lapide aſtructa prægrãdi: incerto/& vaſto: qđ mihi quidem opus vehementer probatur. Quãdam enĩ præſefert rigiditatem ſeueriſſimę vetuſtatis: quę vrbibus ornamẽto eſt. Ac velim quidem eiuſmodi eſſe vrbis murum: vt eo ſpectato horreat hoſtis: et mox diffidens abſcedat. Maieſtatem afferet latiſſima/profundaq; foſſa/ripis abruptis coercita muro. Qualẽ ad Babylonẽ fuiſſe ferũt cubitos regios latam quinqua-

Mœnia quãto lapide aſtruẽda.

ginta/& ꝓfundam plus centũ. Augebit maieſtatem altitudo & craſſitudo mœniũ: quales feciſſe legimꝰ Ninum/Semiramim/Tigranẽ/et plęroſq; oẽs qui animo ad magnificentiã ꝓpenſi fuerint. In turribus & decurſorijs mœnium romæ vidimus pauimenta picta opere teſſellata/& parietes cruſtatos venuſtiſſime. Sed non oĩa vrbibus oĩbus ꝓbabũtur. Coronarũ vero et cruſtationum delitię mœnibus non debenť: ſed pro coronis paulo abſterſiores aliqui pręlõgi lapides ad regulã & libellam prominebũt. Pro cruſtatione autẽ tametſi aſperitas frontis vltro contumax & quaſi minitabũda perſtabit. Velim tamen lapides ita iũctos eſſe ad angulos lineaſq; mutuas/vt aſtructa nuſq̃ hiatibus dehoneſtẽtur.

Regula dorica.

Id cõmodiſſime aſſequemur regula dorica: cui ſimilẽ oportere legẽ eſſe aiebat Ariſtoteles. Ea eni erat plumbea flexibilis. Nam cum haberẽt illi quidem apud ſe lapides pręduros & intractabiles ĩpenſę ac labori parcentes: nõ ad rectos angulos dolabant glebas: ſed incertis ordinibus/vti ſe quiſq; cubilia caperet apponebãt: ea re ꝙ circumferre lapidem quoad locos idoneos & ſedẽ aptam captaſſet/laborioſiſſimum eſſet: flexibilẽ huiuſmodi regulã appingebãt: angulũq; lateraq; iungendi lapidis concingebãt: & obflexa ꝓ norma vtebantur: qua ſtructorũ lapidũ interuacua prętentarent: vſurparẽtq; locos/vbi copulandũ lapidẽ cõfirmarent/atq; deinceps interſererent. Tũ & venerationis gratia intra pomeria & pro muris velim patulam circũſcribi viam/ſacrariq; publicę libertati: quam quidem ne foſſa/ne pariete/ne ſepto/neue arbuſto quidem homo quiuis impune compediat.

De tẽplo. Attẽde ꝙ olim primi tẽpla poſuerũt

¶ Venio ad templa. Primos tẽplorũ cõditores fuiſſe comperio Ianum patrẽ in Italia. Ideoq; veteres aſſueſſe in ſacrificijs perpetuo pręfari Iano deo. Sunt q̃ Iouem apud Cretenſes primũ dicaſſe templa ferant: eaq; re Iouem deum iter eos qui coleretur primariũ putari. Apud Phœnices Vſonem primum ſimulachra igni ventoq; erexiſſe: & tẽpla ſtruxiſſe prędicant. Alij Dionyſium cum apud Indos peragraret: & nullę tum primum per eas regiones eſſent vrbes/cõſtitutis a ſe oppidis adieciſſe templa/& certos tradidiſſe cultus religionum. Alij in Achaia Cecropem primum Opi: & Archadas primos Ioui templa extruxiſſe affirmãt. Iſim quoq; quam eãdem legiferã deam nũcuparunt/ꝙ prima ex deorũ genere viuere legibꝰ ſuis inſtituerit/templum Ioui & Iunoni parẽtibus

principio feciſſe:ſacerdoteſq; decreuiſſe referunt.Quale autem apud quoſq; per eā poſteritatē fuerit templū non ſatis conſtat. Mihi quidē facile perſuadebit fuiſſe quale apud Athenas in arce: qualeue apud Romā in Capitolio.Habuere etiā florente vrbe opertū paleis & culmo. Sic enī priſtinā illam patrum parſimoniam exprimendā ducebāt. Sed cū regum cęterorūq; ciuiū opulentia ſuaſiſſet: vt ſe vrbēq; ſuā ędificiorū amplitudine honeſtarēt: turpe viſum eſt ędes deorū nulla pulchritudinis laude a tectis mortaliū ſuperari: breuiq; ad id ꝓgreſſa res eſt: vt in frugaliſſima vrbe vnius tēpli fundamētis Numa rex libras argenti quatercētenas decies erogarit.Cuius principis inſtitutū dum ꝓſpexit dignitati vrbis/dūq; id tribuit deoꝝ venerationi quib⁹ oīa debemus/vehemēter laudo.Tametſi fuit quidem apud nōnullos qui ſapientes habiti ſint/opinio: vt ſuperis tēpla fieri non ꝓbarint.His auctoribus Xerxes inflāmaſſe tēpla Gręcię dicitur ꝙ parietibus includerent deos: quibus oīa debeant eſſe patentia: quibus ve ipſe mūdus pro templo ſit. Sed redeo ad inſtitutum.

Xerxes templa Gręciæ flāmis abſumpſit.

¶Quāto ingenio/cura/induſtria/diligentia cōſtituendū & exornandū ſit templū: quib⁹ dijs/vbi/& qualia tēpla. Caput.III.

TOta in re ędificatoria nihil eſt ī quo maiore ſit opus ingenio/cura/induſtria/diligētia/q̄ in templo conſtituendo atq; exornando. Sino illud ꝙ templū quidē bene cultū & bene ornatū ꝓfecto maximū & primariū eſt vrbis ornamentū. Deoꝝ equidē certe eſt diuerſoriū templum. Qđ ſi regibus & magnis viris hoſpitibus ædes ornam⁹: lautiſſimeq; apparamus: quid ſuperis īmortalibus faciemus? quos quidē adeſſe vocatos ad ſacrificiū/& noſtras audire ꝑces ſupplicationeſq; volumus? Sed ne curent quidē ſuperi caduca hęc quę hoīes facient plurimi a nitentium puritate & numinis veneratione moueanť. Proculdubio ad pietatis cultū plurimū intereſt habere tēpla q̄ aīos mirifice delectēt/detineātq; cū grā atq; admiratione ſui. Pietatē veteres tū demū coli aſſeuerabāt/ cū tēpla deorū frequētarentur. His de rebus velim quidē tēplo tm̄ adeſſe pulchritudinis/vt nulla ſpecies ne cogitari vſpiā poſſit ornatior: & oīi ex pte ita eſſe paratū opto: vt q ingrediātur ſtupefacti exhorreſcāt rerū dignarū admiratiōe: vixq; ſe cōtineant/quin clamore profiteātur: dignū ꝓfecto eſſe locum deo qđ

Templũ mileſiũ. intueantur. Mileſij templum inquit Strabo conſtruxere: quod propter magnitudinẽ remãſit ſine tecto. Id non laudo. Gloria Tẽplum Samium bantur Samij templũ apud ſe omniũ maximũ: ea non negabo ita ponenda eſſe vt vix augeri poſſint. Infinita enĩ res ornamẽtum eſt: ſempq́ etiã in puſillis templis relinquitur: vt addi aliquid cũ poſſe tum et deberi videatur. Mihi tamẽ ea probabunt quæ pro vrbis amplitudine maiora eſſe nõ deſideres: tectorũq́ interea vaſtitate offendor. Sed illud apprime adeſſe in templis opto: vt quæcũq́ ſeſe oculis obijciãtur / oĩa ſint eiuſmodi: vt nõ facile ſtatuas artificũ ne ingenia et manus: an ſtudia ciuiũ in parandis exhibendiſq́ rebus rariſſimis atq́ preſtantiſſimis maiore digna laude ſint: eadẽq́ ad gratiã ne magis decoremq́: an ad æternitatis perpetuitatẽ faciant. Cui rei cũ cæteris in operibus publicis priuatiſq́: tũ maxime in tẽplis aſtruendis iterum atq́ iterum maiorẽ in modũ ꝓſpiciendum eſt. Tam multas.n. erogatas impenſas cõtra ſiniſtros caſus munitiſſimas eſſe cõdecet ne pereãt. Et vetuſtatẽ non minus auctoritatis / q̃ ornamentũ

Quibus dijs tẽpla locis aptĩ ponenda dignitatĩ afferre tẽplis arbitramur. Sed templa veteres ex diſciplina Aetruſcorũ moniti non omnib⁹ dijs omni in loco ponenda cenſuere. Nã deos quidem qui paci / qui pudicitiæ / qui bonis artibus præeſſent / intra mœniũ ſepta collocãdos putarũt. Qui aũt voluptates / rixas / incẽdia cierent: Venerẽ / Martẽ / Vulcanũ excludẽdos putarũt. Veſtã / Iouẽ Mineruã: quos eſſe tutores vrbium aiebat Plato: ad mediũ oppidi arcẽq́ ponebant. Palladẽ opificũ deã: Mercurium cui maio menſe mercatores facerent / atq́ Iſidẽ ad forum. Neptũnum ad littus maris: Ianum excelſis montibus ſtatuebãt. Aeſculapio in inſula tyberina templũ locarunt: ꝙ ægrotos aqua in primis indigere arbitrabãtur. Alibi extra vrbem ædes huic deo ponere aſſueſſe aiebat Plutarch⁹ ꝙ illic eſſet aer ſalubrior. Præterea varijs dijs varias templorũ

Varijs deis varię tẽplorũ formæ ponẽdę. formas deberi exiſtimabant. Nam ædem quidẽ Solis Liberiq́ patris rotũdam probarunt: Iouiſq́ tẽplum ꝙ ſemina rerũ omnium patefaciat / tecto ſtare oportere aiebat. Varro perforato. Aedem Veſtæ quã eſſe terrã putarent: rotundã ad pilæ ſimilitudinẽ faciebãt. Alijs ſuperis ædificia a terra exaltabant. Inferis ſub terra. Terreſtrib⁹ media ponebãt. Fit etiã vt ſic interpretet varijs vſibus ſacrificiorũ varia ſibi templorũ ædificia adinueniſſe. Nã alij quidem ſanguine aras perfũdebant. Alij vino et li

bo faciebāt. Alij nouis indies ritibus delectabātur. Poſthumij lex apud Romanos fuit. Vinū in rogū ne aſpergito: eaq; de re veteres nō vino libare aſſuetos referūt: ſed lacte. Apud inſulā Hyperboream ad oceanū vbi natā Latonam ferunt: regia vrbs Apollini ſacrata erat: cuius ciues ꝙ quotidie cantu deum colerent: erat eorū nemo nō cythariſta. Apud Theophraſtū ſophiſtam inuenio ſolitos in Iſtmo Neptūno & Soli formicam imolare. Aegyptijs fas non erat placare deos vllis reb⁹ pręterq̄ pręcibus intra vrbem: eaq; re Saturno & Serapi extra vrbem templa poſuere: ꝙ illis pecudes mactarentur. At noſtri quidem ad vſum ſacrificij paſſim baſilicas vſurparūt: id quidem tum ꝙ a principio baſilicis priuatorū cōuocari & cōgruere conſueſſent: tum ꝙ in eis ſumma cū dignitate ꝓ tribunali ara collocaretur: et circū aras chorus belliſſime haberet. Reliquū baſilicę vti eſt ambulatio & porticus populo aut ſpacianti: aut ad ſacrificium adſtāti pateret. Accedebat ꝙ cōcionantis pōtificis vox cōmodius baſilica audiret materiata: q̄ teſtudinato in tēplo. Sed de his alibi. Faciat ad rē quod aiunt: Veneri/Dianę/Muſis/ Nymphis/& delicatioribus deaꝝ ędes dicādas eſſe: quę virgineā gracilitatē & floridā ętatis teneritudinē imitent. Herculi Marti & maximis dijs ita ponenda eſſe tecta: vt magis auctoritatem ex grauitate q̄ gratiā ex vetuſtate prębeāt. Demum vbi tēplū colloces eſſe oportet celebre/illuſtre/& vti loquūtur ſuperbum: et ab omi profanorū cōtagio expeditū/ea re ꝓ fronte habebit amplam & ſe dignā plateā, circuetur ſtratis laxiorib⁹/vel poti⁹ plateis digniſſimis: quoad vnde vis pręclare cōſpicuum ſit.

Varij ſacrificiorū ritus.

¶De templi partib⁹ forma/& figura/ſeu rotunda/quadrangula/ſeu polygonia fuerit. Caput.IIII.

TEmpli partes ſunt portic⁹ & cella interior. Sed in his vehemēter differūt. Nāq; templorū quidē alia rotunda: alia quadrangula: alia demū angulorū pluriū. Rotūdis naturā in primis delectari ex his quę ductu ei⁹ habeātur/gignātur/aut fiant in prōptu eſt. Orbis rerū aſtra/arbores/animātia/eorūq; nidificationes/& eiuſmodi quid eſt vt referam/quę oīa eſſe rotūda voluit: & delectari naturam ſexangulis etiā videmus. Apes enī & crabrones & interſecta quæuis animātia nō niſi ſexāgulas in ſuis theatris cellas aſtruere didicere. Rotūdā areā ciclo ꝓfiniemus. In quadrāgulis ferme oīb⁹

Forma rotunda naturę q̄ gratiſſima. Itē ſexangula.

tẽplis maiores obſeruauerunt areã producere: vt eſſet ea quidẽ lõgior amplius ex dimidia q̃ lata. Alij poſuere vt latitudo pte ſui tertia a lõgitudine ſuperaret. Alij voluere lõgitudinẽ duas capere integras latitudines. In quadrãgulis areis maximũ erit vitiũ deformitatis: ſi anguli aderũt nõ oẽs recti. Numero angulorũ veteres vtebãtur aut ſex aut octo: aut itidem & decem. Iſtiuſmodi oẽs areę in cicli ambitũ angulos terminẽt neceſſe eſt. Atq; ex ciclo ipſo recte deducũtur: nãq; dimidiũ quidẽ diametri in ciclo latus pręſtabit areę angulo℞ ſex. Qđ ſi duxeris a centro lineas rectas ſecãtes in medio latera ſingula ſexãgulę in prõptu eſt quo pacto areã angulorũ. xij. poſſis efficere. Tum ex duodenaria etiã in prõptu eſt quo pacto quadrangulã atq; etiã octãgulã efficias: q̃uis octãgulæ perſcribendæ alia exiſtat ratio percõmoda. Nã deſcripto qdẽ quadrato ęquilatero atq; rectangulo diametros pduco ad ſingulos quadrati angulos/ & dimidias cuiuſq; diametri ptes: a pũcto ſectionis circũduco vt ſecẽt hinc atq; hinc latera quadrãgulę. Id enĩ mediũ qđ quidẽ binas inter haſce factas lateri ſectiones ſit: latus erit octangulę. Decẽ angulorũ areã item ex ciclo pficiem⁹. Nã duos cicli diametros ſeſe mutuo ad pares vtrimq; angulos ſecãtes pſcribem⁹. Tum ex ipſis ſemidiametris vtrã velis diuidem⁹ binas in partes coæquales. Inde a puncto iſtic diuiſionis ad ſublime caput alterius diametri lineã rectã via obliqua adducem⁹. Hac igitur ex linea ſic ducta ſi ademeris quantũ eſt quarta totius diametri pars/ qđ illic reliquũ reſidebit/ id erit areę latus decangulæ. Adijciuntur

Tribunalia.

tẽplis tribunalia: ſed alijs plura/ alijs pauciora. Quadrangulis enim tẽplis nuſq̃ ferme niſi vnicum idq; ad caput intimũ ponetur: vt ingrediẽtib⁹ illico ad ianuam ſeſe e regione offerat. Aut ſi demum in lateribus etiam adijciẽtur/ id in eis quadrangulis areis fiet nõ indecenter: quę duplo ſint longiora q̃ lata: atq; lateribus quidẽ ipſis apponẽtur haud plura q̃ ſingula: vel ſiquid iuuabit plurima adieciſſe: conueniet ſin numero impari. Rotũdis areis atq; item/ ſi ita licet loqui/ multangularibus percõmode tribunaliũ numerus adijcietur. Pro numero enim laterum/ aut ſingulis lateribus ſingula adijciẽtur tribunalia. aut alternatim latus hoc immune relinquetur: alterũ proximum dabitur tribunali. Rotũdis percõmode adijcientur ſex/ aut etiam octo tribunalia. In areis plurũ laterũ curandũ eſt ne ſint anguli in-

ter ſe nõ mutuo cõpares & cõformes. Rurſus tribunal aut erit rectãgulum/aut erit ductum ad emicicli ambitũ. Q℞ ſi erit tribunal vnicũ habendũ ad caput tẽpli: id imprimis probabitur: cuius ſinus ad emiciclum finiatur. Proxime accedet quadrãgulũ. Verũ vbi confertus tribunaliũ numerus affuturus erit, illic ad venuſtatẽ faciet/ſi quadrangula emiciclis miſcebũtur ſitu alternato: & frontibus mutuo reſpõdentibus. In tribunalibus apertio fauciũ ſic conſtituetur. Nãq℞ cum erit quidem vnicũ habendum tribunal in areis quadrangulis/diuidam templi latitudines in partes quattuor: exq℞ his dabo faucib⁹ tribunalis duas. Aut ſi ſpacio ampliore delectabimur/diuidam latitudinem in partes ſex: exq℞ his dabo apertioni partes quattuor. Sic enim q̃ adhibenda ſunt columnarũ ornamenta feneſtręq℞/& eiuſmodi cõmodiſſime ſuis locis coaptabuntur. Sinautẽ circũ areã plura poſueris tribunalia: licebit ea quidẽ quæ ꝓ lateribus ſunt æque pari facere amplitudine: atq℞ ipſum eſt tribunal primariũ. Sed malim dignitatis gratia primarium id eſſe grãdius reliquis ex duodecim. Hoc & intereſt in quadrangulis: qd ſi omnibus lateribus fiat primarium tribunal coęqualibus nõ improbabitur: in alteris vero lineę a dextra in ſiniſtram ductę duplam habeant longitudinẽ oportet earũ quę in receſſum protẽdãtur. Parietum pars ſolida hoc eſt oſſa ædificij/quę in templis apertiones plurium tribunaliũ diſſeperent/fient vt ſint nuſq̃ minus q̃ ex quinta latitudinis interuacui: nuſq̃ ampliora q̃ ex tertia: aut vbi occluſiſſima velis eſſe ex dimidia. Rotundis autem areis ſi numerus tribunalium erit ſex facies vt intercapedines iſtiuſmodi hoc eſt oſſa & ſolidum parietis ſibi habeãt apertionis dimidiam. Sinautem octo aderũt apertiones/tunc facies vt habeant hęc pręſertim in templis maximis ęquã tribunalibus latitudinem. Sinautem erit numerus angulorum plurim⁹/fiet ex tertia tribunalis. Nonnullis in templis hinc atq℞ hinc vetuſto Aetruſcorũ more pro lateribus nõ tribunal: ſed cellulæ minuſculæ habẽdę ſunt: eorũ hæc fiet ratio. Aream ſibi ſumpſere: cuius lõgitudo in partes diuiſa ſex/vna ſui parte latitudinẽ excederet: ex ipa longitudine partes dabãt duas latitudini portic⁹/ quę quidẽ ꝓ veſtibulo tẽpli extabat: reliquũ diuidebãt in ꝑtes tris: q̃ trinis cellarũ latitudinibus darẽtur. Rurſus latitudinem ipam tẽpli diuidebãt in ꝑtes decẽ. Ex his dabãt ꝑtes tris cellis

in dextrā: & totidē tris cellis in ſiniſtrā poſitis. Mediæ vero am
bulationi quattuor relinquebant. Ad caput tēpli vnum media
naſq; ad cellas hic atq; hic aliud tribunal adigebāt. Parietes ꝓ
faucibus cellarū efficiebant ex quinta vacui interualli.

¶ Templorū porticus: acceſſus: gradus: ipſiuſq; porticus aptio
nes et interualla. Capitulum. V.

Porticus in tēplo q̄ modo et vbi ponē da.

HActenus de intimis areis. Porticus quidē ad templa
quadrangula erit aut pro frōte: aut itē ꝓ fronte atq;
etiā in poſtico: aut cellā circum obfulciet. Qua parte
tribunal prodeat/porticus non adiicietur pro fronte
Nuſq̄ erit breuior habēda porticus in quadrāgulis tēplis q̄ vt
integrā tēpli latitudinē capiat: et nuſq̄ erit latior q̄ vt ſit pars lō
gitudinis tertia. In porticibus quæ ad latera tēploꝝ ſunt colū-
næ a parietibus cellæ ſpatio diſtabunt intercolūnij. In poſtico
porticus quā velis iſtarū ipſarū quas retulimꝰ imitabitur. Tem
pla rotūda aut porticu circūuallabimus: aut tantū ꝓ frōte por-
ticum ſtatuemꝰ. In vtriſq; ratio latitudinis ex quadrangulis tē
plis ducetur. Sed porticus quę pro fronte extabunt/nuſq̄ fient
niſi quadrangulæ: earū longitudo aut totā intimæ areæ latitu-
dinē capiet: aut cedet ex octaua: aut demū fiet nuſq̄ breuior q̄

Hebreoꝝ de tēplis ponendis inſtitutū.

ex quarta Apud Hebreos ex lege patrum ſcriptum erat Sit vo
bis vna primaria et ſacra ciuitas loco oportuno et commodo.
In ea ſtruito templū vnicū: altare vnicū ex lapidibus nō manu
dolatis ſed collectitijs albentibꝰ et nitidiſſimis. Acceſſus ad tē-
plū ſit non per gradus. Vna enī gens vno conſenſu et inſtituto
religioni dedicata vno erit deo tuta et munita. Horū vtrūq; nō
probo. Illud.n.ab vſu et cōmoditate alienū eſt: eoꝝ præſertim
qui tēpla frequētes petent: vti ſunt vetulæ atq; ibelles. Hoc al-
terum a tēpli maieſtate vehementer alienū eſt: quod alibi vidi-
mus ex ꝓxima patrū noſtroꝝ ætate aſtructa ſacra: quibus ꝓ fo
ribus ad limē gradus cōſcendas aliquos: et vnde rurſus totidē
ad ſacri pauimentum gradibꝰ deſcendas/non dicā ineptū fuiſſe
inſtitutū: ſed cur inſtituerit neſcio. Mea quidē ſentētia areā por
ticus et templi totiꝰ/qn̄ id ad dignitatē vehemēter faciat/exag-
geratā atq; a cætero vrbis ſolo extātem eſſe oportet. Sed quē-
admodū in animante caput/pes: et qualecūq; velis membrum
ad cætera membra atq; ad totū reliquū corpus referendū eſt: ita
et in ædificio maximeq; in tēplo cōformandæ vniuerſæ partes

corporis ſunt:vt inter ſe oēs correſpondeant:vt quauis vna il=
larum ſūpta eadē ipſa cæteræ omnes partes apte dimetiantur.
Sic comperio pleroſq; oēs veteres optimos architectos ſugge=
ſti altitudinē ſtatuiſſe ſumptaꝫ ex templi latitudine. Namq; la
titudinē quidem diuiſere in partes ſex:atq; ex his vnā dedere al
titudini ſuggeſti.Fuere et qui in maioribus templis ſeptimā:in
maximis autē nonā latitudinis eſſe id elatum voluere. Portic⁹
natura ſui vno tantū conſtat integro ꝑpetuoq; pariete:cæteris
aūt laterib⁹ ꝑfoſſis patet apertionibus peruia.Conſiderandum
igitur eſt quo genere apertionū vti velis. Nā eſt genus quoddā
colūnationum:cum raræ & inter ſe pluſculū diſtantes collocā=
tur:alterū vbi confertæ:& alteræ alteris viciniores ſtatuentur.
In his vtriſq; inſunt vitia. Nā in rariorib⁹ quidē ob interuallo
rum laxitudines ſi trabe vtare/rūpitur. Si autē arcu/non ſatis
cōmode colūnis inducitur. In confertioribus autē arctatis in=
teruallis itiones et ꝓſpectus & lumina impediuntur. Ea de re
tertium quoddā genus inuentū eſt mediū elegās: quod iſtoruꝫ
vitijs ꝓuideat:cōmoditati ſeruiat:atq; præ cæteris probeť.His
tribus generibus eſſe contenti potuimus. Sed artificū ſolertia
duo itidē genera ſuperadiecit:de quib⁹ ſic opinor.Nā cum for= Quo ſpa=
taſſis ꝓ areæ amplitudine columnarꝝ numerus deeſſet ab opti cio colū=
ma illa mediocritate deflexere ad rariores imitandas. Cū vero næ in por
colūnarꝝ copia ſuꝑfuiſſet placuit nō nihil cōfertiores ponere. ticibus cō
Itaq; interuallorum genera quinq; annumeranť quæ ſic iuuet ſtituendę
appellare diſpanſum/confertū/elegans/ſubdiſpanſum/ſubcō=
fertum. Preterea et illud accidiſſe opinor:vt cum fortaſſis lapi
dis prælongi copia non vſq̄ ſuppeditaret:coactū quidem fuiſſe
architectum opus facere colūnis depreſſioribus.Idq; cœptum
cū non ſatis ad gratiam operis ſuccedere intelligeret murulos
colūnis ſubſtituiſſe:quo iuſtā operis altitudinem aſſequeretur
Nāq; ex annotatione ſpectationeq; operꝝ cōpertum quidē ha=
bebat:colūnas in porticibus gratiam non habere: ni ad certas
eſſent rationes altitudinis craſſitudiniſq; deductæ. Ad haſce ra
tiones quod pertineat ſic moneť. Intercolūnia facito imparia.
colūnas ne ponito niſi compares. Mediam apertionū quæ e re
gione ad oſtium obſtet cæteris facito laxiorem. Vbi intercolū=
niā arctiora habenda ſunt/gratiliores colūnas adhibeto.Latio
ribus interuallis craſſioribus colūnis vtitor. Itaq; colūnarum

craſſitudines ex interuallis/et interualla ex colūnis moderabū
tur his præſertim legibus. Nāq; confertis quidē operibus colū
narū interualla non erunt arctiora q̄ vt capiant dimidiam atq;
integram vnā colūnæ craſſitudinē. In diſpanſis autē capiet ni-
hilo plus q̄ tris additis ex octo vnius colūnæ partibus etiā tris
In elegantibus aūt duas capiet craſſitudines & partē vni⁹ quar
tā. Sub confertis duæ: ſub diſpanſis dabunt integræ craſſitudi
nes tris. Quæ autē ſuis in ordinibus erunt media interualla: ea
quidē laxiora fient: vt quarta parte ſui cætera excedat. Itaq; illi
ſic monēt. At nos ex dimenſionibus veterū ædificiorū medias
iſtiuſmodi apertiones aduertimus nō vtrobiq; iiſdem eſſe poſi
tas rationibus. Nāq; in diſpanſis colūnationibus optimoꝝ ne
mo ex quarta imo pleriq; ex. xij poſuere prudenti nimiſq; conſi
lio: nequid trabs imoderata longitudine ſui ſeſe ipſam non ſu-
ſtineret et defringeretur. Multi demū ex ſexta in reliquis: tū &
nō pauciſſimi ex. xij. poſuere præſertim apertionibus/quas ele
gantes nūcupamus.

## ¶ Colūnæ: & colūnationū porticus partes: capitula: et capitulorum genera. Capitulum. VI.

POſitis interuallis excitandæ colūnæ ſunt: quib⁹ tecta
ſubſtineātur. Permagni intereſt colūnas ne/an pilas
excites: arcuatis ne an trabeatis vtare aptionibus. Ar
cuata et pilæ theatris debētur: & in baſilicis etiā arcua
ta non aſpnantur. Sed digniſſimis in operibus temploꝝ nuſq̄
Colūna- niſi trabeatæ porticus viſunt. De his dicendū eſt. Colūnationū
tionum partes ſunt ara infima/et in eā baſis: in baſim colūna: mox capi
partes. tulum· inde trabs: in trabē tigna aut faſcia. qua refecta tignorū
capita aut operiantur/aut finiantur. Supremo loco corona eſt.
A capitulis incipiendū cenſeo: quib⁹ maxime colūnationes va
Capitula riantur. Hic peto ex his qui hoc noſtrū opus exſcribant/nume
columna ros qui recenſebuntur nō figuris/ſed nominib⁹ latinis litteris
tionum. referant: vti ſic/duodecim/viginti quadraginta et eiuſmodi. nō
xij. xx. xl. Capitula colūnis iponere docuit neceſſitas: vt in his
trabiū trunci iuncti aſſiderēt. Sed habebat deformitatē rude id
et quadratile lignū. Fuere igitur principio apud Doron. ſi oīa
Gręcis credim⁹ qui excogitarint ſimile quippiā imitari ad tor-
nū: quo rotūda veluti lanx quadrangulo ſub operculo poſita eſſe
videretur: hancq; q̄ nimium preſſa appareret collo paulo altio

re ſubſtituto ſubleuarũt. Iones proſpectis doricis operibus lã-
ces in capitulis probarunt. Sed lanciũ illã nuditatẽ colliqꝫ adiũ
ctionem nõ probarunt: ea re corticẽ arboris addidere: qui hinc
atqꝫ hinc dependẽs et ſeſe in anfractũ cõuoluẽs latera lancium
cõueſtiret. Succeſſere Corinthij auctore Callimacho: qui nõ vt
illi ſuppreſſas lances / ſed præaltum vas folijs circũobtectuꝫ ad
ſepulchrũ puellæ ſuborta acantho hærba cũ ita veſtitũ vidiſſet
perplacuerat. Tria igitur capituloꝝ gña inuenta ſunt / quæ peri
torum vſus reciperet. Doricũ tametſi hoc ipſũ apud vetuſtiſſi-
mos Aetruſcos in vſu fuiſſe cõperio / doricum inq̃ / ionicũ & co
rynthiũ. Et quid putes eſſe cauſæ? Numerus capituloꝝ diſſimi
lium paſſim offenditur: quæ magna cura / exquiſita diligentia
effecta ſũt ab his qui rebus nouis inueniẽdis ſtuduerũt. Nullũ

Tria capitulorum genera. Doricũ. Ionicũ. Corynthium.

tamen ſeſe exhibet quod merito præ his cõprobes preter vnũ
id: quod ne quidẽ oĩa ab exteris accepta referamus / italicũ nũ-
cupo. Corynthioꝝ.n. feſtiuitati adiunxit delitias ionicas: et an
ſarum loco pendentes cõuolutas affixit: opus gratũ & perq̃ ꝓ-
batum. Colũnas quæ ad operis elegantiam facerẽt / ſic inſtitue
rant. Nãqꝫ doricis quidem capitulis columnas deberi eas dixe
re: quarũ ima ſui craſſitudo ſepties ſumpta longitudinẽ ſui quę
a ſũmo eſt vſqꝫ ad imũ æquet. Ionicis imam craſſitudinem cape
re nonam ſuæ longitudinis partem voluere. Corynthijs vero
capitulis columnam octo ſui craſſitudines longam ſubſtituere
His omnibus colũnis baſes altitudine coæquales iter ſe: ſed li-
neamẽtis varias ſubſtituẽdas putarũt. Quid plura? Totis fere
lineamentis partium inter ſe diſſimiles fuere. In colũnarum ta
men ratione multa ex parte conuenerunt. Nam colũnæ linea-
menta de quibus ſuperiore diximus libro cum Ionici / tũ & Co
rynthij / tum & Dorici probauere: et in hoc etiã cõuenerunt imi
tati naturam / vt truncos quidem colũnarũ in ſũmo nunq̃ non
graciliores habendos ducerent q̃ in imo. Fuere q dixerint / craſ
ſiores in imo ponẽdas ex quarta q̃ in ſũmo. Alij quod intellige
rent proſpectas res eo minores videri / qui vno ab oculo ſemo-
tiores ſint: ꝯſultiſſime idcirco prælongas colũnas minus habẽ
das graciles putarunt in ſummo q̃ æque eſſent breues: atqꝫ de
his ita cõſtituerunt. Imã colũnę craſſitudinẽ vbi ea quidem ad
pedem vſqꝫ quindenũ futura longa ſit diuidendã eſſe in partes
ſex: atqꝫ ex his vna parte abiecta reliquas quinqꝫ dandas ſupre

mę craſſitudini. Colũnam autem a quindeno ad pedes vſqꝫ viginti ita eſſe cõparandã putarũt vt ex tribus atqꝫ decẽ partibus imi ſcapi vndecim ſummo relinquerẽtur. A vigeſimo autẽ ad pedẽ vſqꝫ trigeſimũ colũnas imo habendas ſeptem ſũmo ſex. Inde ad pedes quadraginta ex quindecim imæ colũnæ partib⁹ tris atqꝫ decẽ in ſummo relinquẽdas duas: reliquas abigendas Demũ ad pedes vſqꝫ quinquaginta colũnam quidẽ ad baſim fore oportere craſſam octo: ad altuꝫ vero ſeptem. Ea deductione deinceps ratiocinandum vt quo altius columnę caput ſit: eo & craſſius relinquatur. Itaqꝫ in his vniuerſa ꝑuenere. Sed nos ex operum dimenſionibus iſta hęc apud noſtros latinos non penitus fuiſſe obſeruata comperimus.

¶ De columnarũ & earũ partiũ lineamẽtis non inutilis repetitio. De baſi/thoris/orbiculis/anulis/lataſtro. Lineamentorum particulis/faſceola/gradu/rude/funiculo/canaliculo/gulula/vndula. Caput. VII.

Repetã igitur de colũnarũ lineamentis eadẽ fere quæ ſuperiore libro trãſegimus: ratione tñ nõ eadem/ſed alioquin vtili. Capiã quidẽ ex columnis quas publicis operibus ponere maiores ſoliti ſint/eam quæ media ſit inter maximas atqꝫ inter minores hãc eſſe ſtatuo pedes triginta. In hac igit̃ plantę maximã diametrũ in partes diuidis nouẽ coęquales: ex quib⁹ dabis diametro maximo ſummę ꝑpecturę partes octo. Erit ea de re ꝓportio iſtarũ vti nouẽ ad octo quã ſexquioctauã nũcupant: pariqꝫ proportione ponã vt ſit in imo retractionis imę diamẽter ad diametrũ plantę. Nã plantæ quidẽ nouẽ hui⁹ iſtius retractionis octo. Rurſus maximã diameter ſũmę ꝑpecturę ad ſummã retractionẽ ponam/vt ſit ſex-

Baſium partes. quiſeptima. ¶ Venio ad lineamenta partiũ in quib⁹ differunt. In baſib⁹ partes hę ſunt. Lataſtrũ/thori/orbiculi. Eſt quidẽ la-

Lataſtrũ quid. taſtrũ quadrãgula in imo ſuppoſita pars: quã ſic appello/ꝙ ea quidẽ quaqꝫ verſus in latitudinẽ diffundatur. Thori ſunt craſſi

Thorus. torques in baſi: quorũ alter columna ipſa prẽmitur: alter in la-

Orbicul⁹ taſtro aſſidet. Orbiculus eſt in gyrum incauus: qui veluti in tro-

Dimetiẽdarꝫ in colũna partiũ dorica ratio. clea ſic iſtic inter thoros prẽſſatur. Omnẽ dimetiendarum partium rationẽ duxere a diametro imæ columnę: atqꝫ ſic inſtituerunt principio Dorici. Nam baſim quidem craſſam effecere ex dimidia imæ colũnæ: in ea lataſtrum voluere quaqꝫ verſus eſſe

latum quoad integrũ imæ colũne diametrum caperet: atq; inſu per diametri ipſius partẽ nihilo plus dimidiam: nihilomin⁹ tertiam. Altitudinẽ autẽ totius baſis diuiſere in partes tres: ex quibus vnã dedere craſſitudini lataſtri. Fuit igitur toti⁹ craſſitudo baſis tripla ad craſſitudinẽ lataſtri: et latitudo lataſtri quoq; tripla ad craſſitudinẽ baſis: pręter lataſtrũ reliquũ craſſitudinis in baſi diuiſere in partes quattuor: ex quibus ſũmaʒ dedere ſũmo thoro. Rurſus illud craſſitudinis ĩ medio/quod inter ſupremũ thorũ et infimũ lataſtrũ ſit/diuiſere in partes binas: ex quibus infimam dedere infimo thoro: ſũmam excauarũt orbiculo: qui inter ambos thoros interpreſſetur. Conſtat orbiculus ex canali interſcapto et duobus nextrulis/quæ limbos canalis ambiunt Nextrulo ſeptimũ ſpatij dedere: reliquũ ſubexcauarũt. In omni ædificatione illud aduertendũ eſſe dixim⁹: vt quæ ſupaſtruãtur in ſolido acquieſcant. Nõ erit ſolidũ ſi perpendiculũ a pede ſuperimpoſiti lapidis cadẽs ſub ſe aerẽ atq; interuacuũ inuenerit. Idcirco cũ excauarẽt orbiculoꝝ canales cauere ne ſupaſtruẽdarum perpẽdicula iſtic in fodiendo attingerẽt. Thori ꝓminebunt ex dimidia ſuæ craſſitudinis ádiecta parte octaua. Tum & thori craſſioris ampliſſimus circulus perpẽdiculo ſui æquabit extremã in baſi lineã lataſtri. Hæc Dorici. Ionici quidẽ craſſitudinem doricã probauere: ſed orbiculos ingeminarũt: medioſq; duos anulos inter orbiculos adiecere. Itaq; baſes altas ex ſemidiametro imæ colũnæ effecerunt: eamq; altitudinẽ diuiſere in ptes quattuor: vnãq; ex his dedere craſſitudini lataſtri. Atqui latitudini quidẽ lataſtri ex hiſce ipſis quartis dedere vndecim. Fuit igitur tota craſſitudo baſis quattuor: latitudo auteʒ vndecim. Conſcripto lataſtro reliquũ altitudinis diuiſere in ptes ſeptem: atq; ex his duas dedere craſſitudini imi thori: et rurſus quod præter thorũ et lataſtrum eſſet craſſitudinis relictũ diuiſere in partes tris: ex quib⁹ ſũmam dedere ſũmo thoro: duas medias dedere duobus orbiculis duobuſq; anulis qui quidem inter vtroſq; thoros preſſãtur. Orbiculoꝝ anulorumq; ratio fuit huiuſmodi. Nã ſpatium quidẽ ipſum quod inter thoros eſſet diuiſere in ptes ſeptẽ. ex quibus ſingulas ſingulis anulis dedere: reliquas ſibi æquis portionibus orbiculi adſcripſere: proiecturas in thoris eaſdẽ obſeruarunt/quas & dorici: ĩ orbiculiſq; excauandis pepercere perpendiculis ſuperadiectarum partiũ:

Ionica ratio.

ſed nextrulos fecere ex octo ſuo℞ orbiculorũ. Alij ſic excogita-
runt præter lataſtrũ diuidendã eſſe baſis craſſitudinẽ in partes
ſexdecĩ: quas modulos appellamus: ex his thoro infimo qua-
tuor: ſuperiori thoro tris: orbiculo aũt ĩferiori tris et dimidiũ:
ſuperiori vtiq; et tris atq; dimidiũ: duos aũt modulos interme
dios anulis tribuendos. Hæc igitur Ionici At Corynthij ioni-
Coryn- cam atq; item doricam baſim probauere: paſſimq; vtriſq; vſi
thia ratio ſunt. Quin ad opus columnationũ nihil præter capitulũ addi-
dere. Referunt Aetruſcos in baſibus lataſtrum nõ quadrãgulũ
ſed rotundũ appoſuiſſe: id genus baſis nuſ̃q̃ in operibus vete℞
inuenimus: ſed hoc aduertim⁹ in tẽplis rotundis ad porticum:
qua quidẽ id tẽplum circũdaretur/aſſueſſe veteres ponere baſes
lataſtro in cõtinuum ꝑducto vt ſit vniuerſis colũnis perpetu⁹
veluti ſubiectus ſocius ad iuſtã altitudinẽ: quæ lataſtris debea
tur. Fecere credo id quidẽ ꝙ intelligerent quadrangula rotũdis
non cõuenire. Vidimus & qui lineas in operculis capitulo℞ ad
centrũ medij tẽpli dirigerẽt: quod et in baſibus qui fecerint for
taſſis nõ redarguas: tamen non ſatis ꝓbabuntur. Sed iuuabit
Partes or pauca interpoſuiſſe de deo℞ gratia. Particulæ ornamentorum
namento hæ ſũt. Faſceola/gradus/rudẽs/funiculus/canaliculus/gulula
rũ in co- vndula. Omnis particula lineamẽtum eiuſmodi eſt/vt ſeſe por
lumna rigat atq; promineat. Sed id quidem varijs lineis. Nãq; faſceo
Faſceola. læ quidẽ lineamentum imitatur litteram. L. Eſtq; faſceola ide;
Gradus. atq; nextrũ: ſed eſt nextro ipſo latior. Gradus faſceola eſt mul-
Rudens. to prominens. Rudentẽ addubitaui an hæderã nominarem: di
Funicul⁹ ſtenſum quidem adhæret: eſtq; eius prominentiæ lineamentũ
Canalicu veluti. C. littera ſubiũcta ad litteram. L. ſic Et funiculus qui
lus. dem minutus eſt rudens. Hæc autẽ. C. vbi inuerſa ſubiungitur
Gulula. litteræ. L. ſic. efficiet canaliculũ. Quod ſi S. littera ſub eadẽ
Vndula. L. iungitur ſic gulula nũcupabitur. iugulũ enĩ hominis imi
tatur. Si autem ſub ipſa L. adiũgetur iacẽs et inuerſa S. ſic
ex flexionis ſimilitudine appellabitur vndula. Rurſus particu
læ iſtiuſmodi aut pure habentur aut interſcalptæ. In faſceola
ſcalpunt conchilia/volatilia et titulos etia; litterarum. In gra-
du denticulos: quorum ratio hæc eſt: vt lati ſint ex eorum alti-
tudine ad dimidiã et cauũ nteruallum inter denticulos ex tri-
bus habeat partes latitudinis duas. Rudentem ouiculatum ef
ficiũt: aut interdũ folio cõueſtiũt: et oua alij integra: alij ſupne

decacuminata appoſuere. Ex funiculo baccas quaſi inſutas filo efficiunt. Gululã vero et vndulã nõ niſi folijs integũt. Nextrulum vbiuis purum ſemp relinquit. In particulis iungẽdis hæc eſt ratio: vt ſẽper quæ ſupremæ adſint magis ꝓmineant q̃ infimæ. Particulas a particulis diſtinguũt nextruli: ſũtq; illi quidẽ particulis procimatio. Cimatiũ quidẽ ſupremũ cuiuſq; particulæ lineamentum eſt. Cõferunt etiã q̄ leuigata ſuæ frõtis planitie aſperitates inter ſcalpturarum diſtinguũt: fuit lati ex ſexta eius particulæ cui adiungentur: ſeu denticuli illi quidem ſint, ſeu ouicula. Verũ in gulula fient ex tertia. Cimatiũ quid.

¶De capitulo et eius partibus dorico: ionico necnon corynthio more. Capitulum.VIII.

HVnc redeo ad capitula. Capitulũ dorici effecere craſſum æque atq; baſim: et totam eius craſſitudinem diuiſere in partes tres: primã dedere operculo: alteram occupauit lanx collo capituli quod ſub lance ſit. Vltima tertia relicta eſt operculi latitudo quaq; verſus integrũ habuit diametrum et amplius partẽ ſemidiametri imæ columnæ ſextam. Hui⁹ operculi partes hæ ſunt. Cimatiũ et lataſtrũ: et cimatium iſtic gulula eſt: ea capit ex quinq; operculi partes duas Labrum lancis extremas lineas operculi accingebat. Circa infimum lancis alij minutos anulos tris: alij gululam ornamenti gratia circũcinxere. Occupauit ornamentum hoc lãcis partem non plus tertiam. Colli diameter hoc eſt infima capituli pars, quod in omnibus capitulis obſeruatur, ſolidum colũnæ nõ exceſſit. Alij vt ex ędificiorum lineamentis collegimus, capitulũ doricum effecere altum ex dimidia atq; item ex quarta diametri columnæ imæ: totamq; hanc altitudinem capituli diuiſere in partes vndecim: ex quibus operculo quattuor: lanci item quattuor: collo autem dedere partes tris. Mox operculum diuiſere in partes geminas: ex quibus fuit ſuperior pars gulula: inferior faſcia. Rurſus et lancem in partes diuiſerunt geminas quarum dederunt infimam ſeu anulis ſeu gululæ: quæ ſubcingeret lancem. Ad collum vero alij rhoſas: alij ſurgentia folia affixere. Hęc dorici. Ionicum capitulum ſic efficiemus. Tota capituli craſſitudo erit ad columnæ craſſitudinem infimam dimidia. Hanc tibi craſſitudinem capituli diuidito in modulos vnum de viginti. Operculo igitur dabis modulos tris. Cor- Capitulũ doricum. Capitulũ ionicum.

tici dabis quattuor: lanci dabis ſex. Infimas autem reliquas ſex relinquito volutis: quas hinc atq; hinc faciat dependẽs cortex. Operculi latitudo quaq; verſus habebit diametrũ ſummi ſcapi ſuę colũnę. Latitudo corticis quę eſt a frõte capituli ad occiput ęquabitur operculo. Longitudo ipſius corticis ꝓfluet lateribꝰ atq; perpẽdebit ſeſe inuoluẽs ad cocleã lineã. Vmbilicus cocleę qui in dextro eſt diſtabit a ſiniſtro compari vmbilico modulos duos atq; viginti. Et diſtabit ab vltima ſupremi operculi linea modulos duodecim. Cocleam ipſam ſic ducito. In punctũ quidem medij vmbilici deſcribito pũctum puſillũ: cuius ſemidiameter modulum capiat vnũ. Et contra notato itidem alterum ſubtus / in ambitu excelſo notato punctũ vnũ. Et cõtra notato itidem alterũ ſubtus in ambitu depreſſiore: tũc in ſuperiore iſtiuſmodi puncto ponito pedẽ circini ſtabilẽ: pedem autẽ mobilẽ ducito a linea quę operculũ diuidat a cortice: & deſcẽdito vrgẽdo in partẽ capituli extrinſecam vſq; cõpleat integrum ſemicirculum: atq; reſpõdeat e regione ſub cicli puſilli puncto: illic reſtringito circinnum: & ponito pedẽ ſtabilem ſubtus in puncto iſtic infimo puſilli cicli. Mobilem vero pedẽ ducito ab ĩchoato vortice hactenus deſcripto: & aſcendito introrſus vſq; ſummũ lancis labrũ attingas. Sic enim duobus ſemicirculis imparibꝰ corticẽ vnũ integrũ effeceris. Deinceps reſumito ductũ iſtiuſmodi & cocleam / hoc eſt anfractus circũductæ lineæ ad oculũ hoc eſt ad puſillum vſq; ciclum ĩplicato. Lancis labrũ pãdetur / vt frontibꝰ foris ꝓmineat ex cortice modulos duos: fundo autem ſui ęquabit ſupremę columnę amplitudinẽ: cõtracturę volutatum quę ꝑ lateribꝰ capituli iungũt volutas anteriores poſterioribus fiẽt graciles ad craſſitudinẽ lancis addita moduli dimidia. Ornamentũ operculo adiũgetur: cimatium gulula vniꝰ moduli corticis craſſitudo excauabiť canaliculo ad ꝓfunditatẽ dimidij moduli. Nextruli latitudo ad canaliculũ pars erit q̃rta In medio frontis per canaliculũ ſculpentur frondes & ſemina. Partes lancis quę ꝑ frontibꝰ capituli extant ouiculatas faciũt: & ſub ouiculis diſtendũt baccas. Cõtracturas laterũ interuolutas ſquamis aut frondibꝰ circũueſtiunt. Tale igiť ionicum capitulũ eſt. Corynthiorũ autẽ capitulũ altitudo binos capit ſemidiametros imę columnę. Tota iſtęc altitudo in modulos diuidetur ſeptẽ. Craſſitudo operculi modulũ capit vnum: reliquos

Coclea q̃ modo ducenda.

Capitulũ Corynthium.

occupat vas:cuiꝰ fundi latitudo eſt/quãta in ſummo columna eſt pręter ꝓiecturas:eiꝰ labrũ in ſummo ęquat amplitudine ſui craſſitudinẽ columnæ infimã.Operculi latitudo modulos implet decẽ.Sed decuſſanť anguli ad modulũ hinc & hinc dimidium.Aliorũ capitulorũ opercula lineis conſtant rectis. Corynthiorũ opercula introrſus inſinuãtur/quoad diſtent flexitudines inter ſe quãtũ eſt in vaſe fundi latitudo . Operculi cimatiũ ex tertia craſſitudinis finieť:eius lineamẽta erunt qualia ſummis columnarũ ſcalpis apponimus. Nextrulũ & funiculus veſtiunt vas ordinibꝰ foliorũ duobꝰ inſurgentibꝰ:& cuiq; ordini folia tribuũt octo. Primis folijs longitudo eſt ad modulos duos.Secũdę itidem ſeſe ad modulos attollunt binos.Reſidui autem moduli danť canaliculis pręſurgẽtibus ex folijs/& vſq; ad vaſis altitudinẽ cõſcẽdentibus.Canaliculorũ numerus ſexdecim:quorũ in ſingulis frontibꝰ capituli quattuor aduoluũtur/bini in dextrũ vnico ex nodo:bini in ſiniſtrũ/altero vnico nodo ſeſe ita deducẽtes/vt extrema pendeãt ſub angulis operculi cocleã imitati.Medij autẽ ad mediã fronte vna iungũtur capitibus ſeſe quoq; in anfractũ implicãtes.Ad hoſce medios flos inſignis ex vaſe ſuperexcellit craſſitudinẽ operculi nõ excedens. Craſſitudo labri ex vaſe circum apparet vbi canaliculi non tegunt ea moduli pars eſt:foliorũ cincinationes digitis quinis diſtinguũtur:aut ſi iuuet ſeptenis . Cimę foliorũ propẽdent moduli partẽ dimidiã venuſtiſſimũ cum iſtiuſmodi capitulorũ folijs:tum & in omni interſcalprura eſt:vt lineamentorũ ductus perq̃ aſpere infodiãtur.Itaq; iſtiuſmodi ſunt corynthia. Italici quotquot in cęteris ornamenta ſint ſuis capitulis adiũxere.Ea dem eni vaſis & operculi/& foliorũ & floris ratio illis eſt quæ et corynthijs. Sed canaliculorũ loco habẽt anſas quaternis ſub angulis operculi eminẽtes:quę duos integros modulos compleant.Frons vero capituli alioquin nuda cũ ſit/ex ionicis ornamẽta deſumpſit.Fundit eni canaliolũ iuolutas anſarũ:& inſtar lancis labrũ vaſis ouiclatũ habet.Habet etiã ſubtenſas baccas.Multa pręter hęc viſunť capitula miſta lineamẽtis iſtorũ/et partibꝰ aut adauctis/aut cõminutis. Sed ea doctis non ꝓbãtur.Hactenꝰ capitula:ni illud deſit qđ aſſueuerit ſupra capituli operculum/aliud quadrangulum minutum et in opere latens operculũ deſcẽdere quo ſubreſpirare capitulũ/& nõ vſq; obrui

Capitulũ Italicũ.

trabis preſſione videretur: & inter ſtruẽdum quę partes operis venuſtiores & graciliores eſſent minus periclitarentur.

¶ De capitulorũ trabe/tignis/aſſibus. faſcijs modulis regulis imbricibus ſtrijs/& alijs huiuſmodi quæ ad columnationes pertinent. Caput. IX.

Conſtitutis capitulis imponiť trabs: in trabe tigna/aſſes & eiuſmodi: quę ad tectũ habẽdum pertineant In his oĩbus cum cęteri tũ Ionici a doricis multo differũt: tametſi in aliquibus vna oĩes cõueniunt. Nam trabem quidẽ ita cõparant/vt infimã eius latitudinẽ velint ſummę columnę ſolidum non excedere: latitudinem autẽ ſummam trabis ex diametro imæ columnę amplam efficiant. Coronices appellamus partes eas ſupremas quæ ſupra tignũ promineant. In his quoq; obſeruarũt quod in oĩbus prominentijs oportere diximus: vt quãta eius partis eſſet altitudo/tantũ ex pariete promineret. Obſeruarũtq; coronarũ opus hoc ex parte duodecima ꝓclinatũ ponere id quidem qđ compertũ haberent eas partes reſupinatas videri vbi ad rectos angulos porrigerẽtur. Hic iterũ peto ab his qui hæc exſcribent & id iterum atq; iterũ peto/vt numeros qui recenſebũtur non figuris/ſed ſuis integris nominibus explicẽt: quo minus vitiẽtur erroribus. Trabem igiť dorici craſſam effecere nihilo min⁹ ſemidiametro imę columnę. Adſunt in ea faſcię tris: & ſub prima ſuperiori faſcia breues aliquę ſubtẽduntur regulę: ex quibus ſingulis pendent clauiculi ſex ſubaffixi tignorũ retinendorũ gratia: quorũ capita ex pariete ad ipſas regulas promĩnẽt: id quidẽ ne regrediantur introrſus. Totã iſtius trabis craſſitudinẽ diuiſere in modulos duodecim: quibus modulis omnes quæ ſequũtur particulę dimetiuntur. Primæ infimæ faſciæ dedere modulos quattuor. Proximę huic quę media eſt dedere ſex. Supremę autem relicti duo ſunt moduli. Atq; ex modulis quidẽ ſex mediaę faſcię modulus ſuprem⁹ vnus datus eſt regulis & alter clauiculis ſubpendẽtibus. Regularum lõgitudo fuit ad modulos bis ſex. Spacia quę inter capita regularũ pura relicta ſunt/modulos patuere duos de viginti. In trabib⁹ ſunt tigna: quorum reſecta ad perpẽdiculũ capita extrorſus apparent ex moduli dimidia. Tignoꝝ latitudo æquabit craſſitudinẽ trabis: altitudini autẽ addu partẽ ſui dimidiã quoad ſit modulos bis nouẽ. Per

Coronices quæ.

Trabs dorica & ei⁹ modul⁹.

Tigna.

frontis altitudinē in tignis perpēdiculū ſignanī ſulci tres recti ęque inter ſe diſtātes ,pſciſſi angulo normę: quoad hiatu pateant ad modulū vnū. Hinc vero atq; hinc marginū acies detundiī vſq; vacet modulū dimidiū. Vacua inter tigna vbi eſt opus elegans cōplentur tabulis ęque latis: & imponūt tigna perpendiculo ſui aſſideant in ſolido ſuę columnę. Tignorū vero capita ex tabulis ,pdeunt ad modulū dimidium tabulatum perpendicula cum infima condicunt faſcia trabis ſubſtitutæ. In tabulis iſtiuſmodi ſculpuntur capita vitulorum/patinę/ rotæve/& eiuſmodi. Tignis & tabulis quibuſq; ſua imponitur faſceola cimatij loco/lata modulos duos. His perfectis pluteus ſuperaponitur: craſſus modulos binos: ei lineamenta canaliculus. In pluteū/ſic eni interprętor pauimētum diſtēditur: craſſum modulos tris eius ornamentū: ouicla ducta/ni fallor/ex ſaxorum mutatione/quę inter pauimentū ex fultu calcis emergunt: ſupra id mutulos collocat latos ęque atq; tigna: craſſos ęque atq; pauimentū. Et locantur ſinguli/vt ſub ſe ſingula reſpondeant tigna: & porrigūt ſeſe quoad promineant modulos bis ſex: eorūq; frontes ad perpēdiculū pręſecātur: appingiturq; cimatiū/ in mutulis gulula ex moduli dimidia & quarta. In ſpacijs autē quę inter mutulos pendētia ſubapparent/roſa ac acanthus inſculpitur. Supra mutulos frōs operis apponitur : occupatq; is modulos quattuor. Conſtat frons ex faſcia & cimatio gulula. Occupat enī gulula modulū vnū & dimidiū. Iſtic ſi faſtigiū imponendū eſt operi: coronices oēs ipſo in faſtigio repetunī: inq; ſingulis ad angulos pręfinitos ſingulę ſui generis ptes captantur/vt ad vnguē perpēdiculis reſpōdeant: ac ſuis lineis contermінent. In hoc differūt opus faſtigij a primis coronicib⁹/qđ in faſtigio nuſq̄ nō apponiī: ſupremo loco ſtillicidiū / id quidem eſt cimatiū vndula craſſum in doricis modulos quattuor. In illis autē coronicibus quæ faſtigiū habituræ ſunt/nō apponiī: q̄ vero faſtigiū habiturę non ſint/apponiī. Sed de faſtigijs mox. Itaq; hęc dorici. Ionici quidē nō imperite cōſtituere altioribus colūnis trabem deberi craſſiorē: qđ vt in doricis haud quidem inepte obſeruabitur. Ea re ſic diffiniendū cenſuerūt: vbi columna futura ſit ad pedes alta vſq; viginti: trabs fiet vna ex colūnę partib⁹ tredecim. Sin autem vſq; ad quinq; & viginti: tunc fiet craſſa trabs ex duodecima parte lōgitudinis columnæ. Sin de-

Tabulę. Pluteus. Trabs Ionica.

mum ad triginta futura erit pedes longa colũna: detur trabi pſ
lõgitudinis vndecima. Deniq; gradatione iſtac cætera deinceps
habebuntur. Trabs ionica tribus præter cimatiũ cõſtat faſcijs.
Eam diuiſere ĩ partes nouẽ: ex his dedere cimatio partes duas.
Cimatij lineamentum fuit gulula. Iterato q́ eſſet ſub cimatio
diuiſere in modulos duodecim: ex quibus imæ faſciæ dedere
tris: mediæ quattuor: modulos vero quinq; reliquos dedere fa-
ſciæ ſupremæ: quæ quidem ilico ſub cimatio ſit. Faſcijs ſũt qui
nullum dedere cimatiũ: & ſunt qui dederint: ex his aliqui gulu-
lam ex quinta: aliqui funiculũ ex ſeptima ſuæ faſciæ appoſuere
Cõperies preterea in operibus veterũ lineamenta aut trãſlata
aut miſta ex varijs operum rationibus: quæ nõ vſq; vituperes
ſed ex omnibus maxime probaſſe viſi ſunt trabem in qua non
plus duæ adſint faſciæ: quam eſſe quidẽ doricã interp̃tor amo-
tis regulis & clauiculis Hanc ſic fecere. Totã enĩ craſſitudinem
diuiſere in modulos nouem: ex quibus dedere cimatio modu-
lum vnũ: & partẽ moduli tertiã bis. Subinde faſciæ mediæ de-
dere modulos tris et alteriꝰ inſuper moduli tertiã. Infimæ au-
tem faſciæ dedere modulos duos reliquos. Cimatiũ trabis iſtiꝰ
habuit in ſupremo ex dimidia ſui ſpatij canaliculũ cũ nextrulo
ex altera rudentẽ. Faſciæ quidẽ iſtic mediae datus eſt ſub ruden-
te pro cimatio funiculꝰ ex totius faſciæ octaua: et faſciæ infime
datũ eſt cimatiũ gulula ex ſuæ latitudinis tertia. In trabẽ impo-
ſuere tigna: ſed eoꝝ capita non apparebãt vti in doricis: ea enĩ
reſecarunt ad perpendiculũ ſolidi in trabe: et operta effecerunt

Faſcia re-
gia.

tabula vna perpetua: quã faſciam regiã appello. Huiꝰ latitudo
tanta eſt: quãta eſt ſub ſe trabis craſſitudo. Iſtic aſſueuere inſcul-
pere aut vaſa/ & quæ ad ſacrificiũ facerent/ aut boum capita in-
teruallis diſpoſita: et a cornibus pendẽt reſtes pomoꝝ et fructꝰ
Huic faſciæ regiæ ſupappoſuere cimatium gululã altum nihil
plus q̃ modulos quattuor: et minꝰ nil q̃ tris. Supra id appoſue-
re aſſeres pauimenti gratia ꝓminentes quoad effecerint gradũ
craſſum modulos quattuor. In eos alij inſculpſere denticulos
ex imitatiõe aſſiũ reſectorum: alij cõtiguos abſq; vlla interſcal-
ptura diſſeparatos reliquere. In aſſes poſuere ſeu pauimentum
illud ſit/ ſeu trãſuerſarium ſedile/ ex quo mutuli promineant/
craſſum modulos tris: ornaruntq; id ſpatiũ ouiclis: inq; id im-
poſuere mutulos præ et ſubtectos faſcis tabularũ. Faſcia autẽ

quę pro fronte eſt altitudo modulos capit quattuor. Quę vero tegit fundũ mutulorũ lata eſt modulos ſex & dimidiũ. Supra iſtiuſmodi mutulorũ frõtem venere imbrices craſſi ad modulos binos: eorũ ornatus gulula aut rudens. Supremo loco vndula modulos tris: aut vbi ita iuuat, quattuor. Hanc in vndulam cũ Ionici, tum Dorici ſculpebãt capita leonum vomentia cõceptas aquas. Illud cauebãt, ne cadẽs vnda templum adeuntes, aut intima templi aſpergeret. Capitibus iccirco iſtiuſmodi quę apertionib⁹ ſuperimminerẽt ora occludebãtur. Corynthij nihil ad opus trabiũ & cõtignationũ addidere pręter id ſi recte interpretor, vt mutulos non pretectos ponerent: neq; vti dorici pręſectos ad perpẽdiculũ: ſed nudos ac deformatos ad lineamentũ vndulę: qui quidẽ inter ſeſe diſtarent quãtum frõtibus ex pariete prominebãt. In cęteris autẽ Ionicos ſecuti ſunt. Hactenus de trabeatis columnationibus. ¶ De arcuatis mox dicemus, vbi baſilicam tractabim⁹. Sunt aliqua quę ad iſtiuſmodi colũnationes pertineãt minime negligẽda. Nam cõpertũ quidem eſt colũnas in aere poſitas graciliores videri, q̃ quę in concluſo collocentur. Et quo ſtriarũ numerus ſit maior: eo craſſiores colũnas videri. Ea re ſic monẽt. Angulares colũnas q̄ libero aere ad proſpectũ pręceteris circũarctẽtur, craſſiores facito: aut ſtriarũ numerũ augeto. Sed ſtriãtur columnę aut canaliculis ductis linea ad imũ recta: aut canaliculis ad columnã aduolutis. Apud Dores canaliculi per directũ columnæ excauãtur: hos canaliculos architecti ſtrias appellarunt. Atqui apud Dores ſtriarũ numerus viginti: apud cæteros quattuor & viginti. Canaliculos cæteri diſcriminant nextrulo interducto. Fitq; id nihil minus q̃ ex tertia: nihil plus q̃ ex quarta apertionis canaliculi. Incauãturq; ad lineamẽtum emicicli. Dores autẽ amoto nextrulo, ſimplices ſtrias, aut interdum planas ducunt, aut potius incauant ad partẽ cicli nõ plus quartã: & terminant continuas excauationes in angulũ. Tertiã partẽ ſtriarũ quæ infima in colũnę longitudine ſit pleriq; om̃es opplent rudẽte: quo ab ictu & iniuria illeſior colũna ſit. Stria quę directã per columnę longitudinẽ a ſummo ad imum ducta eſt, efficit vt craſſior intuẽtibus videaſ colũna eſſe q̃ re ipſa ſit. Quę vero aduolueſ variabit. Sed quo minus a recta perpendiculari linea diuerteſ: eo colũna craſſior apparebit. Striarũ volutiones non plus tres: &

Trabs corynthia.

Canaliculi.

Striæ.

nunq̃ minus q̃ integrã vnam ponere aſſueuere. Striam qualē-cũq; duxeris a ſummo ad imũ ꝯtinuata & cõpari perduci linea cõuenit: nequid excauationes non cõdicant. Excauandi modũ pręſtabit angulus normę. Eſt apud mathematicos linea a quo velis puncto in ſemicicli ambitu ꝯſtituto a diametri capita perducta: illi normę angulũ rectũ conſtituere. Scalptis igitur ſtriarum laterib⁹ tam funditus deprimẽda foſſura eſt: quo ad normæ angulus libere terminet. Atqui ſtriatis quibuſuis vtrinq; capitib⁹ decens interuallũ ſinẽdum eſt quo a proximis coronã circũſtringẽtibus nextrulis vacua ſtriarũ diſtinguãtur. De his hactenus. Apud Memphim circa templũ pro colũnis coloſſos cubitos duodenos affuiſſe referũt. Alibi colũnas totas volubiles appoſuere veſtitas pampinis auiculiſq; diuulſis refertas. Sed ad maieſtatẽ templorũ decẽtius columna terſa & pura eſt.

Dimẽſiones ad colũnarum cõpoſitionem.

¶ Colligũtur dimenſiones quędã quę ad colũnas in opus cõponendas plurimũ artificij pręſtent facilitatis. Nãq; numerantur quidẽ columnę quæ in opere affuturæ ſunt: ex illarũq; numero cõponendi ratio deducit̃. Atqui in doricis / vt ab his incipiam ſi erũt illę quidẽ affuturę quattuor / diuidetur frons areæ in partes ſeptem atq; viginti. Si affuturę ſunt ſex / diuidetur in partes vnam & quadraginta. Si autem octo diuidetur in partes quinquaginta & ſex. Ex q; his dabũtur partes duæ ſingulis craſſitudinibus columnarũ. In operibus autẽ ionicis vbi quattuor columnę apponẽdæ ſunt / diuidet̃ frons areæ in partes vndecim atq; dimidiã. Vbi vero columnę ponẽtur ſex / diuidetur in partes octo & decem. Q; ſi columnas poſuiſſe oporteat octo diuidetur in partes quattuor & viginti atq; inſuper dimidiam ex quibus dabitur craſſitudini columnæ pars vna.

## ¶ De templi pauimẽto interioribus ſpacijs areæ loco parietibus & parietum ornamentis. Caput. X.

TEmpli pau mentũ & ſpacia interiora ſunt qui ꝓbent vbi gradũ aliquẽ cõſcenderent: & locũ vbi ara ſacrificij ſtatuẽda ſit oĩno celſiorẽ exigũt. Aditus fauceſq; cellarũ quę pro laterib⁹ ſunt / alij oĩuno patulas / atq; penitus expeditas nulla parietis parte obducta relinquebant. Alij duas interſtatuebant colũnas ductis rationib⁹ trabiũ ornamentorũq; a porticu de qua nuper diximꝰ. Reliquum vacuĩ qđ iſtic ſupra coronas eſſet ſtatuis & cãdelabris habẽdis relin-

quebãt:alij ad cellas huiuſmodi pariete hinc atq; hinc ꝑducto arcebãt fauces apertionis. ¶ Parietes tẽpli qui craſſiſſimos attollendos putat dignitatis gratia fallit̃. Nã corpus quidẽ cui mẽbra plus ſatis tumeant quis nõ vituperet? Adde ꝙ luminũ cõmoditas tollit̃ laterũ craſſitudine. Ad templũ Pantheon prę ſtantiſſim⁹ architectus pariete cũ eſſet opus craſſo/ſolis aſſibus vſus eſt:cętera cõplementa reſpuit:ſpaciaq; iſtic q̃ imperiti cõpleuiſſent:ſcafis & apertionib⁹ occupauit/eoq; pacto impẽſam minuit:moleſtiã ponderũ ſuſtinuit:operiq; elegãtiam adiecit. Paries ex colũnæ rationib⁹ craſſus habẽdus eſt: vt in pariete altitudinis ratio ad craſſitudinẽ ſui æque atq; in columnis reſpõdeat. Annotaui veteres in templis aſſueſſe frontẽ areæ diuidere in partes duodecim: aut vbi eſſet opus robuſtiſſimũ voluere in nouẽ:atq; ex his vnam dediſſe craſſitudini parietis. Parietẽ in rotundis tẽplis nemo minus q̃ ex dimidia : cõplurimi duas ex tribus partib⁹ diametri:aliqui ex quattuor partib⁹ ſumpſere tris:ad quas interiorẽ parietẽ vſq; ad teſtudinem attollerẽt. Sed peritiores iſtius circularis areæ ambitũ diuiſere in partes quattuor: & earũ vnius lineam extenderunt:ad cuius longitudinem parietem iſtic intimum attollerent q̃ reſpondeat vti vndecim ad quattuor. Qđ ipſum in quadrãgulis ſeu templis/ſeu quibuſuis operibus teſtudinatis imitati pleriq; ſunt. Vbi tamẽ pręterparietem h abendę hinc atq; hinc ad aream cellæ ſuntq; illic fiat ſpacij amplitudo ſub aſpectu laxior:interdum parietis altitudinem ad areæ altitudinem excitarunt. Sed in rotundis non erit altitudo parietis interior eadem æque atq; exterior. Nam finis interioris parietis pręſtabit primordia teſtudini Exterior vero parietis pars ad ſubgrundia vſq; tollatur conuenit. Ergo pars hæc ex tota altitudine teſtudinis quæ parietibus impoſita eſt partem occupabit tertiam: ſi erit illi quidem tectum gradibus deductum. Sinautem fiet tectum lineis directis & diſpluuiatis:occupabit tum quidem extrinſecus paries iſtic altitudinem teſtudinis dimidiam. Paries in templis maxime cõmodus erit teſtaceus:ſed veſtiturę ornamẽtis decorabit̃. ¶ De ornamẽto parietum ſacrorum varia varij ſenſere. Apud Cizicum fuere qui parietem delubri lapidibus ornarint terſis: cõmiſſuraſq; auro ſolido diſtinxerint. In Elide ad ædem Mineruæ frater Phidiæ tectorium induxit calce croco ſubacta & 

Paries templi.

P..t'icon

Attende varia parietum ſacrorum ap t varios ornamẽta.

lacte. Monumẽtum ſimandiũ in quo pellices Iouis conderen-
tur. Agyptiorum reges cixere aureo circulo ad ſpiſſitudinẽ in-
tegri cubiti: ambitu vero cubitorum trecentorum et quinq; et
ſexaginta: in quo per ſingulos cubitos ſinguli eſſent inſculpti
dies anni Hæc iſti. Alij contra. Cicero Platonẽ imitat⁹ lege ad
monendos putauit ſuos/ vt in templis ſpreta ornamẽtorũ va-
rietate atq; illecebris/ candorẽ in primis probarent. Tamẽ in-
quit ſpecimẽ eſto. Mihi quidẽ perfacile perſuadebitur coloris
æque atq; vitæ puritatẽ et ſimplicitatẽ ſuperis optimis gratiſſi
mam eſſe: et habere in tẽplis quæ animos a meditatione religio
nis ad varia ſenſus illectamẽta et amœnitates auertant nõ cõ-
uenit. Sed ſic puto cum alibi publicis in reb⁹ tum in ſacris ædi-
bus modo nulla ex parte a grauitate diſcedas. Laudandus erit
qui volet parietẽ et tectum et pauimentum eſſe omni arte ex-
ſculptiſſimum atq; multo elegantiſſimũ: et in primis quoad in
te ſit manſurũ. Quare percõmoda erit inteſtina ſub tectis cru-
ſtatio ex marmore vitro aut contabutata aut circũexfecta. Ex-
timũ vero pro more veterũ probabitur cruſta inducta calce ſi-
gillis aſperſa. In vtriſq; curabitur vt ſignis tabuliſq; apta et de
centiſſima loca et ſedes cõtribuantur. Et præſertim in porticu
monumenta rerũ geſtarũ picturis belliſſime cõmendabunt. In-
tra vero in tẽplo tabulas potius habere volo pictas/ q̃ picturas
parietib⁹ ipſis inductas: vel ſignis potius q̃ tabulis delectabor
ni forte ſint eiuſmodi: quas Cæſar dictator vt ædẽ Veneris ge-
nitricis ornaret duas talentis emit nonaginta. Et picturã ego
bonam/ nã turpare quidem parietẽ eſt pingere quod male pin-
gas non minore voluptate animi contemplabor/ q̃ legero bo-
nam hiſtoriam. Pictor vterq; eſt: ille verbis pingit: hic penicu-
lo docet rem. Cætera vtriſq; paria et cõmunia ſunt. In vtriſq;
et ingenio maximo et incredibili diligentia opus eſt. Sed veli
in templis cũ pariete tum et pauimento nihil adſit/ quod merã
philoſophiã non ſapiat. In Capitolio affuiſſe cõperio leges ta-
bulis æneis inſcriptas: quibus imperium regerent: eaſq; cum
templum arſiſſet: fuiſſe reſtitutas a Veſpaſiano principe ad nu-
merum trium milium. In limie Apollinis delij inſculptos fuiſ
ſe verſus memorant quib⁹ edocerent homines qua hærbarũ cõ
poſitione aduerſus oia venena vterentur. Nos eas apponen-
das admonitiones ducem⁹: quibus iuſtiores/ modeſtiores/ fru

Cæſar dictator duas tabulas talẽt[is] emit nonoginta.

Leges Ro. æneis tabulis inſculptæ.

galioreſq; oĩ virtute ornatiores/ et ſuperſ gratiores reddamur. Qualia ſunt quæ legunẽ. Talis eſto/ qualis videri velis. Ama/ et amabere/ et eiuſmodi. Maximeq; pauimentũ refertũ velim eſſe lineis et figuris: quæ ad res muſicas et geometricas pertineãt: vt omni ex parte ad animi cultũ excitemur. Aſſueuere veteres cum in templis tum in porticibus res rariſſimas ornamẽti gratia imponere. Quale illud in tẽplo Herculis: qui formicarũ cornua ab indis deuecta: et Veſpaſiani qui coronas ex cinnamo in capitolio: et Auguſtæ quæ in palatijs primario tẽplo maximã cinnami radicẽ aurea patera ĩpoſuit. Apud Themũ in Aetholia quam Philipp⁹ vaſtauit/ fuiſſe in porticibus tẽpli arma fecerunt numero vltra quĩdecim milia: et ſtatuas ornamẽti gratia vltra duo milia: quas oẽs Philippus confregiſſe refert Polibius: præter eas quæ nomen aut effigiem haberent deorũ: et fortaſſis non rerum iſtarum magis numerus/ q̃ rei varietas pẽſanda eſt. Apud Ciculos fuere qui ſtatuas ex ſale formare inſtituerunt. auctor eſt Solinus. Et ſtatuam inquit Plini⁹ effecit ex vitro. Equidem iſtiuſmodi rariſſima erũt ad naturæ atq; ĩgeniorum admirationẽ digniſſima. Sed de ſtatuis alibi. Apponũtur columnæ parietibus et apertionibus interſerũtur. Earum nõ habetur iſtic vti in porticu. Illud aduerti in templis maximis q; columnæ ad tantam operis vaſtitatem forte non reſpondiſſent: perduxiſſe camurarum cornua/ q; in eorum arcubus ſagitta ſemidiametrum excederet ex tertia: quæ res etiam ad venuſtatem acceſſit. Eſt enim ſeſe in ſublime attollens teſtudinatio agilior vt ita loquar/ atq; explicatior. Illud hic non prætereundum cenſeo. In teſtudinationibus arcuum capita ad min⁹ prolixiora ſemidiametro efficienda ſunt: quantum ſpectantibus occupant coronarum prominentiæ ne medio ex templo intui poſſint.

*Cornua formicarum.*

*Coronæ cinnameæ.*

*Philipp⁹ arma et tabulas apd Themũ confregit.*

*Statuæ ex ſale et vitro.*

¶Tẽplorũ tecta teſtudinata eẽ oportere q̃min⁹ ĩcẽdio veluti multa ſubiaceãt faſtigiorũ quoq; dignitas et ſtructura. Ca. XI.

TEmplis tectum dignitatis gratia atq; etiam perpetuitatis maxime eſſe teſtudinatum velim. Ac neſcio quidem quo id fato eueniat/ vt nullum ferme compies templum celebre quin igniũ iniuria in calamitatẽ inciderit. Legimus Cambiſem quot quot erãt apud Aegyptum templa combuſſiſſe: et aurũ atque ornamẽtũ Perſepoli trãſtu

*Templa olim celebria ɔcremata.*

*Cãbiſes.*

liſſe. Delphicũ oraculũ ter concrematum extitiſſe a Tracibus rẽfert Euſebius. Id etiã apud Herodotũ inuento reſtituiſſe Amaſim cum iterato arſiſſet ſponte ſua. Alibi legim⁹ per ea temporaincenſum fuiſſe a Phlegia quibus Fenix litteras nonnullas ciuibus ſuis adinueniſſet. Rurſuſq; incenſum regnante Cyro annis paucis ante Seruij Tullij Romanorũ regis mortem: conſtatq; incenſum demũ per eos annos fuiſſe: quibus lumina illa ingenij et doctrinæ Catullus/ Saluſtius Varroq; nati ſunt. Tẽplum Epheſiæ incenderant Amazones Syluio Poſtumio regnante. Rurſus incenſum extitit quo tempore Socrates Athenis venenum bibit. Et in Argis periſſe templum legimus igni per eum annum quo ſit Athenis natus Plato Tarquino apud Romam regnãte. Quid ſacras porticus Hieroſolymas? Quid Mileliæ Mineruę? Quid templũ Serapis apud Alexandriam? et Romæ Pantheon: et ædem Veſtæ: et Apollinis templum: in quo ſybillæ arſiſſe carmina meminere quid referam? Cætera ferme omnia templa in calamitatẽ iſtiuſmodi incidiſſe prædicant. Solum id quod in vrbe Erice dicatum erat Veneri perpetuo illeſum permanſiſſe ad ſuaſq; tempora ſcribit Diodorus. Alexandriã aiebat Cæſar ab incẽdijs immunẽ fuiſſe oppugnãte ſe q effet teſtudinata. Atqui et habet quidem ſua ornamẽta teſtudo. Apud veteres qualia ornamẽta in pateris ſacrificiorũ facerent argentarij: eadẽ ad teſtudines ſphericas exornandas architecti tranſferebãt Qualia vero ſtratorijs lectorũ pannis aſſueuere: talia fornicibus et camuris imitabanť. Ea re viſuntur quadrãgulæ octangulæ et eiuſmodi operũ diſſeminatiões per teſtudinem ductæ ad compares angulos et ad lineas cœquales diſtinctis radijs et ciclis vt ad gratiam addi ãplius nihil poſſit. Et faciat hoc quidẽ ad rem / ornamenta teſtudinũ ꝓculdubio digniſſima quæ alibi paſſim et apud Pantheon videm⁹ in cauationib⁹ formarum poſita qui facerent nõ tradidere litteris. Ea nos ſic efficere aggreſſi ſumus labore et impẽſa leui. Deſcribimus enim futurarũ formarũ lineamẽta ipſo in tabulato armamẽti ſiue quadrangula / ſiue ſexangula ſiue octangula illa quidem ſint: mox quas volo teſtudinis partes excauatas dari: eas ad conſtitutam altitudinẽ compleo latere crudo inducto creta calcis loco. Itaq; iſtiuſmodi veluti tumulus per dorſum armamẽti aſtructis ſuperaſtruo ex teſta et calce teſtudinẽ adhibi

Amaſis.
Phlegias
Fenix.

Teſtudo ſua etiam habet ornamẽta.

ta diligentia/vt eius partes graciliores craſſioribus et conſtantioribus bene annexa et bene offirmata cõueniant cõcluſa perinde teſtudíe dumarmamenta ſubdemuntur .Eximo ex ſolida ſtructura teſtudinis congeſtas iſtas luteas quas pricipio diſpoſueram accumulationes:eo pacto formarum ſcalpturæ ad arbitrium ex præſcripto ſubſequuntur. Redeo ad rem. Mihi illud vehementer placet quod ſcribit Varro. Ad teſtudinẽ pictã affuiſſe formam cæli : et aſſuiſſe præterea ſtellã mobilẽ et radiũ: qui quidem quænam eſſet hora diei: qui tum extra perflaret vẽtus indicaret. Itaqȝ iſtiuſmodi perplacet. ¶Faſtigia tantum afferre operibus dignitatis affirmãt vt ætherea Iouis domicilia tametſi illic nunquã pluat ſeruato decore minime carere faſtigio poſſe arbitrentur. Faſtigia tectis apponũtur ſic. Nã ex frontis latitudine quæ ad coronas eſt/pars ne plus quarta ſumitur: ne minus quinta:ad quam vertex hoc eſt culminis ſupremꝰ angulus attollatur:extremis ſubgrundationibꝰ faſtigij : inqȝ illo ſummo cacumine imponentur arulæ ſtatuarum collocandarũ gratia : his autẽ quæ in angulis extremis ſubgrũdationũ ſunt/ altitudo erit / quanta eſt præter faſciam regiam totiꝰ coronicis craſſitudo . Arula aũt ĩpoſita medio cacumini faſtigij excedet angulares parte ſui octaua. Buccidẽ primũ ferũt extremis tectorũ ĩbricibꝰ inſtituiſſe ꝑſonas apponere ornamẽti gr̃a ex creta rubricata. Poſtea totis cũ tegulis marmoreas ponere aſſueuere.

Buccides extremis tectorũ ĩbricibꝰ ꝑſonas primus appoſuit.

¶Templorũ apertiones. feneſtræ . hoſtia. valuæ . cum earum particulis. rationibus et ornamentis. Ca.XII.

APertiones feneſtrarũ in tẽplis eſſe oportet modicas et ſublimes: vnde nihil præter cælum ſpectes : vnde et qui ſacrum faciũt/ qui ve ſupplicãt : nequicquã ab re diuina mentibus diſtrahant̃. Horror qui ex vmbra excitatur natura ſui auget in animis venerationẽ : et coniũcta quidẽ multa ex ꝑte maieſtati eſt auſteritas. Adde ꝙ ignes qui tẽplis debentur quibꝰ nihil ad cultũ religionis ornamentũqȝ diuiniꝰ hal eas / nimia in luce langueſcũt. Veteres ea nimirũ re ſola plerũqȝ apertione hoſtij ꝯtenti erãt. Sed mihi quidẽ ꝓbabit̃: vbi aditꝰ in templũ oĩno erit illuſtris: interiorqȝ ãbulatio minime erit triſtis Vbi autẽ ara ſtatuta ſit: maieſtatẽ præſe ferat locus velim magis q̃ venuſtatem: Redeo ad apertiões luminum. Meminiſſe oportet quod alibi diximꝰ apertionem conſtare ex

vacuo & lateribus & ſuperliminari. Feneſtras & hoſtia veteres nuſq̄ niſi quadrāgula adiunxere. Sed de ianuis primo. Ad ianuas quidē optimi architecti om̄es cū Iones/tum Dores/tum Corynthij latera in ſummo ex parte ſui quarta atq; decima graciliora fecere q̄ in imo. Superliminari craſſitudinē dedere hanc quā in ſummo capite lateris inuenere & lineas ornamētorum in vtriſq; cōpares effecerunt:& iunctiones ad vnguē contermi narūt:& ianuæ coronam ſummam quæ ſuperliminare foueat ſummis columnarū capitulis quę in porticu ſint ęquarūt. Itaq; in his om̄es quæ diximus obſeruarunt. In cæteris vero alij ab alijs multo differunt. Nam Dores quidē totā altitudinē iſtanc diuiſere in partes ſexdecim: ex quibus dedere altitudini vacui apertionis: quā eādem veteres lumen nuncuparūt. Dedere inq̄ partes decem: latitudini autem quinq;: lateri autē vnam. Hæc Dorici. Iones vero primam illā integram altitudinē quę ſummis capitulis columnarū ęquatur: diuiſere in partes decem & nouem: ex quibus dedere altitudini vacui partes duodecim: latitudini ſex: lateri vnam. Corynthij diuiſere in partes vndeuiginti: ex quibus datę ſunt partes ſeptem latitudini vacui: altitudinem autem luminis effecere duplam ad latitudinē: fuitq; latus hoſtij ſeptima latitudinis vacui. In quibuſq; lat⁹ hoc eſt antipagmentum fuit trabs. Et ni fallimur Iones ſua delectati ſunt trabe ornata faſcijs trib⁹. Dores ſua amotis regulis & clauiculis & in trabem ſuperliminarē ornamenti gratia quiſquis maxima ex parte ſuas coronarū venuſtates adiecit. Sed Dores in trabem nō poſuere apparentia capita tignorū triſulcata: ſed eius loco faſciam regiam latam ex craſſitudine lateris quod ad hoſtium ſtet. Faſciæq; addidere cimatium/gululam/ et ſuper id gradum Plutei purum: & in id ouicla/mox mutulos prætectos ſuo cum cimatio: & ſuppremo in loco vndulam ſumptis particularum dimenſionibus ex his quæ ſupra in doricis trabeationibus trāſegimus. Iones ꝯtra nō faſciam regiam quā in trabibus poſuerant: ſed pro faſcia impoſuere turgentem faſciculum frondentium ramuſculorum: concinctū loro craſſum quantum eſt trabs dempta parte ex trabe tertia. Supra id cimatium/ & denticulos/& ouicla/& craſſum gradū mutulorum contectorum faſcia ſuo cum cimatio frontis & ſupremā vndulam. Pręterea addidere ad alterū quodq; extremum lateris ſub

Ianua templi.

gradu craſſo tectorũ mutulorũ: addidere inq̃ præcidẽtes/vt ſic eas appellem/auriculas ducta nominis ſimilitudine a ſagacib⁹ bene auriculatis canibus. Fuitq; auricularũ iſtarũ lineamentũ maiuſcula. S. oblonga extremis ſuis capitibus ſeſe in anfractũ volutatũ implicans hunc in modũ. Earũq; auricularum craſſitudo in ſũmo faſciculo latitudinẽ æquarit: in imo arctiores fuere ex quarta. Longitudo auricularũ pependit vſq; ad ſupmi va cui æquilibram. Corinthij integrũ colũnationũ opus a porticu ad hoſtia tranſtulere. Ornantur et ianuæ locis preſertĩ quæ ſub diuo pateant: nequid hæc alibi repetantur/porticulo adpacto huncin modũ. Poſitis enim laterib⁹ & ſuperliminari hinc vnã atq; hinc alterã colũnam appingunt expeditam: atq; etiã interdum prominentẽ. Colunarum baſes inter ſe diſtant: q integrũ opus antipagmentorum eo ſpacio concipiant. Lõgitudo colũnarũ cum capitulis tanta eſt: quanta ſit ab angulo extremo baſis dextræ ad angulum extremũ ſiniſtre. In haſce colũnas trabs faſcia coronæ faſtigiũq; imponitur ex rationibus porticus: de qua ſupra ſuo tranſegimus loco. Fuere qui ad latera hoſtiorũ pro trabe adegerint coronarũ ornamenta: ex quo hiatũ ianuę prepanſum effecere: opus magis priuatorum ædium delitij accõmodatum præſertim feneſtrarũ q̃ templorum auctoritati cõ decens. In maximis templis hoſtijs præſertim quibus aliæ nõ adſunt apertiones altitudo vacui ĩ partes diuiditur tris: vnaq; atq; eadem ſuprema linquetur vt pro feneſtra ſit: æneoq; ornatur rete: reliquum valuis datur. Suas habent rationes particularum valuæ. Inter particulas primaria eſt cardo: iſtius duplex eſt ratio. Nam aut lateri ianuæ cõmẽdantur captus ferrei et ar picones: aut ex angulo value affis emittitur: in cui⁹ cuſpide ſtatuta valua inuertitur. Valuæ templorũ q perpetuitatis gratia fiant æneæ atq; maximi ponderis ſint axe tutius agũtur q̃ arpiconibus. Non hic refero quas portas apud hiſtoricos & poetas legerim veſtitas auro/ebore/et ſignis/tã graues/vt turmis hominum referarentur: et ſtrepitu terrorẽ incuterent: ĩ his ego facilitatem laudo aperiendi claudendiq;. Ergo ad cuſpidẽ in axis infimo ſubſtituetur ſedile ęreum ſtagno imiſto: excauabiturq; medullitus cum ſedile/tum et caput axis cui valua applexa ſit in modum pixidis ad concauũ lineamentũ lancis/quoad intra ſe mutuo complexu concipiant pilã ferreã bene teretẽ et bene

Ianuæ ornamentũ

Valuæ et earũ particula.

terſam. Ad ſupremũ quidẽ axis caput qđ in value ſummo eſt aderit famella ænea ſuperliminari iterſita: et præter id axis mobilem circa ſe imbuet anulũ ferreũ vſquequaq; terſum et leuigatum. Sic fiet vt nuſquam moroſa ſit valua: et leui appulſu ad arbitriũ alludat. Singulis hoſtijs valuæ erũt gemellæ: quarũ altera hoc in lat⁹ ianuę: altera in latus alterũ ſeſe recipiat. Valuæ

Valuæ ornamẽta. eiuſq; craſſitudo fiet ex ſuæ latitudis duodecia. In valuis ornamẽta ſunt faſciæ quæ quidẽ amplitudinẽ valuæ ſuperadpactæ obambiãt numero ad arbitrium aut duplices aut triplices aut etiã ſimplices Qđ ſi erũt geminæ et veluti grad⁹ alteræ ſup alteras diſtẽtæ capiẽt ãbæ vna ex valuæ latitudie ptẽ ne magis qrtã: ne min⁹ ſextã. Eritq; pma ſupereminẽs ad pacta faſcia latior q̃ ſubſtituta ex quinta. Quod ſi erũt triplices/ tunc ex trabe ionica lineamẽta ſuſcipiẽt. Sinautẽ erunt faſciæ circũ ſimplices: fient ex quinta vſq; ex ſeptima. Faſcijs interior linea erit gulula. Longitudo valuæ diuidet̃ faſcijs tranſuerſis: ita vt ſuprema

Feneſtrę téplorũ. ſpatia quintã occupent totius altitudinis. Valuæ bis in tẽplis feneſtræ æque ornantur atq; hoſtia. Sed earum vacua ꝙ proximam ſub teſtudie celſam parietis partẽ occupet: ſuiſq; angulis ad ſuperincuruum teſtudinati terminet: ea re ſub arcu contra ſunt atq; in hoſtijs. Nãq; latiora quidem duplo ſunt q̃ alta: totamque latitudinem diuidunt columnulis duabus interſtitutis ex rationibus porticus. Sed columnæ iſtic fere in omnibus quadrangulæ ſunt. Scaphorum lineamenta quibus pictæ tabulæ ſtatuæq; collocantur ex lineamentis hoſtiorum ſumuntur altitudine tertiam ſui parietis partẽ implent. Ad feneſtras templorum lumini apponebant pro valuis contra pruinas et ventorum impetum ſtatiuas tabulas tenues alabaſtri tralucidi: aut rete æneum marmoreum ve. Plagas vero intermedias ad rete obſtipabant non fragili vitro: ſed lapide ſpeculari petito maxĩe ex Sogobria hiſpaniæ oppido: aut itẽ ex Bononia galliæ. Id lamia eſt raro pedali ãplior gypſi tralucidi et per puriſſimi. Cui peculiare natura datum eſt: vt vetuſtatem non ſentiat.

¶ Ara ſacrificij an vna vel plures, de cœnæ cõmunione. optimorum coniunctione templi et ſacrificiorum luminibus. candelabris alacritate crateribus, ceteriſq; nonnullis quib⁹ egregie ornantur templa. Ca. XIII.

Poſt hec ſpectabit quidem ad rem temploꝵ arā in qua ſacrificent ſtatuere loco digniſſimo: nimirum aſſidebit iuſte pro tribunali. Aram veteres altam facere pedes ſex: latam duodecim: in qua ſignum ſtatuerent. Aras autē ſacrificij gratia intra templū complures diſſeminare an deceat aliorum ſit iudicij. Apud maiores noſtros per illa noſtræ religionis initia optimi viri in communionem cœnæ conueniebāt: non ea re / vt corpus epulis ſaturum facerent: ſed vt conuictu mutuo manſueſcerent: et animo bonis monitis referti domū redirent multo cupidiſſimi virtutis. Illic igiť libatis potius q̄ aſſumptis quæ in cœnam eſſent per ſummā frugalitatē appoſita Habebatur et lectio et ſermo de reb⁹ diuinis. Flagrabant omniū ſtudia ad cōmunē omniū ſalutem et ad cultū virtutis. Demum quiſq; prout facultas ſuppeditabat offerebat in medium quaſi pietati debitū cēſum / et bn̄meritorū ſtipē / id eſt per antiſtitē erogabať in eos qui ope indigerēt. Oīa iſto pacto inter eos veluti inter amātiſſimos fratres erāt cōia. Poſt id tēpus cū per principes licuit publice facere: nō multo quidē a vetere patrū inſtituto deuiarūt: ſed maiore populo cōfluēte minutiore libamēto vſi ſunt. Sermones autē quib⁹ vterērur diſerti per ea tēpora pōtifices ex patrū cōmentarijs ſpectare paſſim licet. Itaq; vnica tum quidem erat ara / ad quā cōueniebant. Vnicū in dies ſacrificiū celebraturi. Succeſſere hæc tpa quæ vtinā vir quiſpiā grauis pace pōtificū reprehēdēda duceret: qui cū ipſi dignitatis tuendæ gratia vix chalendis annuis poteſtatē populo faciāt viſendi ſui. Omnia vſq; adeo circūferta reddidere altarib⁹ / et interdum nō dico pl⁹. Hoc affirmo apud mortales nihil inueniri ne excogitari quidē poſſe: qđ ſit dignius ſanctiuſq; ſacrificio. Ego vero neminem dari bene cōſultum puto / qui quidem velit res digniſſimas nimium prompta facilitate vileſcere. ¶ Sunt et quædam alia ornamentorum genera non ſtabilia quibus ſacrificium ornetur. Sunt et quibus alioquin templa honeſtentur: quorum ſpectet ratio ad architectum. Queritur quid omnium pulcherrimum ſit triuium ne lætum / ludibunda iuuentute. Mare ne refertum claſſe. Campus ne refertus milite et ſignis victricib⁹. Foꝵ ne refertum patrib⁹ togatis et eiuſmōi: an templum alacritate luminū illuſtre: Sed veli quidē lumia in tēplis habere maieſtatē. Quæ res minutis in ſcitillulis facularꝵ quib⁹

Nota epulandi morē antiquum.

Attende.

hodie vtimur non eſt. Habebunt non nego venuſtatē ſi ad ali-
quam lineamentorū ſpeciē coaptētur: ſi per coronarū lineas lā
padibus diſtēdent. Sed multo placent veteres qui candelabris

Candelabrum.

maiuſculas cōculas odoratis flāmis incendebāt. Longitudo cā
delabri in partes diuidebant ſeptem. Duę dabant baſi: eratq; ba
ſis triāgula longior ex magis q̃ lata. Inq; imo
erat ea quidē latior q̃ in ſummo ex .Stilus can
delabri excitabitur vaſis gutturijs alteris in alteras ſuperaſtitu
tis. In ſummo apponebatur cōcula gummis & lignis odoratis

Balſamū ſacrificijs incēſum.

farcita. Mandarūt memorię quātum balſami ex publicis vecti
galibus iuſſerint principes in ſingulos dies ſolennes incēdi ad
baſilicas maximas Romę. Id fuit ad libras qngētas octuagita.

Hactenus de cādelabris. Venio ad reliqua quibus egregie or

Giges.

nent templa. Legimus Gigem crateras dediſſe dono Apollini

Nota vaſa & id genus alia tēplis olī dicata p̄cioſiſſima.

Pithio ſex ex auro ſolido pondo milia triginta. Et apud Del-
phos ſolida ex auro et argēto fuiſſe vaſa quorum quodq; ampho
ras caperet ſex. Fuere & qui pluris artificū manus atq; inuentū
fecerint q̃ aurū. Apud Samios in templo Iunonis cratere ferre
is ſignis circumrefertū affuiſſe ferunt: qd olim Spartę ad Cre-
ſum miſiſſent dono tantæ amplitudinis/vt amphoras ceperit
trecētas. Delphis quoq; Samios dono miſiſſe olim cōperio fer
ream cortinā in qua miro artificio animantiū capita eſſent in-
ſculpta: quāve coloſi cubitos alti ſeptem ſubnixo genu ſubſti-
nerēt. Mirū illud Api deo ędem feciſſe Sāniticū ægyptium co-
lūnis & varijs ſignis ornatiſſimā intuſq; ſimulacrū Apis dei cō
tinuo qd od ſolem ſpectādum volueret. Illudq; iterū admirabi

Telū Cupidinis.

lius Cupidinis telum in tēplo Dianæ apud Epheſum pepēdiſ-
ſe nullis penit⁹ mandatū laqueis. De iſtiuſmodi qd ſtatuā nihil
habeo: niſi vt ſuo & decenti ponant loco quoad ſpectētur cum
admiratione & dignitate.

Baſilicæ primordia/portus/partes/ſtructura/et quid nam a
templo diſcrepet. Caput. XIIII.

BAſilicam fuiſſe prrincipio locū conſtat: vbi ſub tectū
ad ius dicendū principes cōuenirent. Huic loco digni
tatis gratia additū eſt tribunal. Poſt id/quo eſſet ea q
dem laxior primarijs tectis nō ſufficientib⁹ circūaddi
dere portic⁹ patulas intrinſec⁹ hinc atq; hinc primū ſimplices/
mox etiā duplices. Addidere inſuper alij ſm tribunal tranſuer

ſam alteram ambulationẽ: quã quidẽ cauſidicam nuncupam⁹ ꝙ illic rhetorũ turmæ cauſidiciq; verſarentur. Et iunxere haſce ambulationes inter ſe lineamento ducto ad. T. litteræ ſimilitudinem. Tum et ſeruorũ gratia additas fuiſſe porticus inter pretãtur extrinſecas. Itaq; baſilica ex ambulatione cõſtat atq; porticibus. Atqui baſilica ꝙ naturã quidẽ ſapiat templi/ multa ex parte cuncta ſibi ornamenta vendicabit quæ tẽplis debeãtur. Ea tamẽ ita vſurpabit: vt præ ſe ferat imitari tẽpla maluiſſe q̃ æquari. Exaggerabitur templorũ more. Sed ei ex aggeris altitudine quæ templis debeatur adimetur octaua: in qua vene rationis gratia cedat digniori tum et cætera quæ ornamẽto ad hibebuntur/ nequicquã eam habebũt grauitatẽ/ quam habeãt quæ templis imponantur. Præterea inter baſilicã atq; templũ hoc intereſt ꝙ eam quidẽ propter frequentiã prope tumultuantium litigioſorũ/ et propter vſum litterarũ recognoſcendarum/ ſubſcribendarumq; eſſe oportet itionibus per q̃ expeditã et apertionibus vehementer illuſtrẽ: probabiturq;: ſi ita erit parata vt qui patronos clientes ve ſuos queſitũ aduenerint: vbi ſint primo aſpectu repertum habeant. His de rebus columnæ iſtic cum rariores exiguntur: tum et arcuata maxime condecẽt et trabeatas etiam non recuſant. Sed baſilicam ſic diffiniem⁹: vt ſit ea quidem perampla / atq; admodum expedita quædam ambulatio circumſpecta ſub tecto porticibus intimis. Nam eã quidem quæ nuda porticibus ſit/ magis ad rationes curiæ et ſenatus pertinere arbitramur q̃ ad baſilicã. Et de iſtac ſuo diceẽ loco. Baſilicas aream habere oportet ita comparatã vt ſit earũ longitudo ad latitudinem dupla. Conueniet etiam habere ambulationẽ mediã vtriq; et cauſidicã liberam et expeditã. Quod ſi forte cauſidica amota tãtum erit habitura porticus hinc atq; hinc ſimplices hũc in modũ finietur. Latitudo enim areæ diuidetur in partes nouẽ: ex quibus dabuntur quinq; ambulationi mediæ: ſingulis autẽ porticibus binæ. Tum et longitudo itidẽ in partes diuidetur nouem. Ex his vna dabitur ſinui tribunalis. Amplitudini vero tribunalis in faucibus dabuntur duæ. Sin autẽ præter porticũ addẽda erit cauſidica: tunc areæ latitudo diuidetur in partes quattuor: duæ dabuntur mediæ ambulationi: ſingule autẽ ſingulis porticibus. Rurſus longitudo diuidetur ſic. Nam ſin⁹ quidẽ tribunalis ſibi introrſus capiet cur

Baſilica.

Quid a tẽplo differt baſilica.

uatura ſui partem longitudinis duodecimam. Apertura vero interualli capiet duodecimam bis et eius inſuper dimidiā. Latitudo quidem cauſidicæ ſibi partē longitudinis areæ capiet ſextam. Sin autē vna et cauſidicam et porticꝰ habitura erit duplices: diuidetur quidē latitudo in partes decē: ex quibꝰ dabis mediæ ambulationi partes / tris vero in dextram / et tris alteras in ſiniſtram occupabunt porticus partitis ſpatijs inter ſe ex dimidia. At longitudo quidē diuidetur in partes viginti: ex quibus dabitur curuaturæ tribunalis pars vna et āplius dimidia. Aptioni autem ipſius tribunalis dabuntur tris: et amplius etiam tertia. Cauſidicæ dabuntur integræ partes nihilo plus tris. Parietes baſilicarum non erunt quidem craſſi / vti ſunt tēplorum

Parietes baſilicaꝶ

Non enim teſtudinum oneribꝰ: ſed trabibus / et deliquijs tectorum ſubſtinendis excitantur. Fient igitur craſſi ex parte vigeſima ſuæ altitudinis. Parietum altitudo pro fronte ad ſui latitudinem ſpatij addet inſuper dimidiam et nuſquam plus. In angulis ambulationum porrigētur pilæ parietem ſeſe in lineam columnationum parietis extēdentes nihil minus q̄ vt binas: nihil plus q̄ vt tris craſſitudines eiꝰ parietis occupent. Sunt et qui et media longitudinis linea pilam quoq; ordine inter columnas excitent firmitudinis gratia. Eius latitudo aut tris quidem capit vnius columnæ craſſitudines: aut ad ſummū quattuor. Columnationes etiam nequicquā habebunt grauitatem quam habeant quæ tēplis apponūtur. Qua de re ſi præſertim trabeata vtemur columnatione ſic rationabimur. Nā ſi erunt illæ quidē corynthie: adimeť earū ex craſſitudīe pars duodecima. Si autē ionicæ: adimetur decima. Si vero doricæ: nona. In cæteris deinceps capitulorū et trabis et faſciæ et coronæ et eiuſmodi coaptationibus templa imitabuntur.

¶ De trabeatis et arcuatis colūnationibꝰ / q̄les baſilicarū colūnæ coronæq; variæ et earū ſedes / necnō feneſtrarū altitudo / latitudo reticulatio / de ptinuatiōe / de ianuis et eaꝶ rōibꝰ. C. XV

ARcuatis imitationibus debentur columnæ quadrangulæ. Nam in rotūdis opus erit mēdoſum ea re q; capita arcus non ad plenū in ſolido columnæ ſubſtitutæ aſſideant: ſed quātū archa quadrati circulū a ſe cōtentum excedit: tantū in vacuo pendeat. Hoc vt emēdarēt periti veteres ſuperappoſuere capitulis columnarū etiā aliud lata=

ſtrum quadrilaterum altum alibi ex quarta: alibi ex quĩta dia metri ſuæ columnæ. Ad lineamentũ vndulæ hui⁹ ſuperadiecti quadranguli latitudo in vno æquauit maximã capituli extenſionem: in ſummo fuere proiectiones pares altitudini: hoc pacto frontes et anguli arcus expeditiora habuere ſedilia atq; firmiora. Arcuatæ columnationes vti et trabeatæ inter ſe variæ ſunt. Nã aliæ quidem diſpanſæ: aliæ confertæ et eiuſmodi. In confertis altitudo vacui apertionis dimidiã capiet latitudinis ſui ſpecies. In diſpanſis habebit altitudo tertiã latitudinis quĩ quies. In ſubdiſpãſis latitudo iſtæc erit ex dimidia lõgitudinis In ſubconfertis fiet ex tertia. Arcum dixim⁹ alibi trabẽ eſſe flexam. Ornamenta igitur arcub⁹ dabunt: quæ eadẽ trabibus darentur: ſi in tales colũnas imponerentur. Præterea qui op⁹ eſſe ornatiſſimũ volent: directas inſuper ducẽt lineas perpetuũ per parietẽ in arc⁹ iſtiuſmodi ſupremũ dorſum. Deformabũtq; trabem et faſcias et coronas quales ad eã altitudinẽ colũnationibus deberi intelligant. Sed cum baſilicæ aliæ vno porticu: aliæ bino circuantur/coronarũ idcirco ſedes ſupra colũnas et arcus erit varia. Nã his quidẽ quæ vno tantũ porticu ſeptæ ſint/ ex tota ſui parietis altitudine cõſenſus coronarũ præhẽdet nonã quinquies/aut vſq; ſeptimã quater. In his vero quib⁹ duplices adſunt portic⁹ cõſcendẽt coronæ nihilo minus tertia: nihilo plus q̃ octaua ter. Appingent præterea ornamẽti gratia atq; itẽ vtilitatis ad parietẽ ſupra coronas primas aliæ inſuper columnæ maximæ quadrangulæ: quæ in ſubſtitutas primarias colũnas medijs centris acquieſcãt. Nã cõfert quidẽ ꝙ ſeruata oſſiũ ſoliditate et aucta operis honeſtate põd⁹ atq; ĩpenſa pariet ma xima ex parte leuigabit: adigetq; iſtis ſupremis colũnationib⁹ etiã coronarũ prominẽtiæ vti operis qdẽ ratio iſtic exigat. Ad de ꝙ baſilicis biporticatis alteræ in alteras colũnatiões ſtatuẽtur nũero a tecto ad imũ tris. In illis aũt binæ. Vbi igit colũnatiões appoſuer tris / illic ſpatiũ id pietis qđ ſupra colũnas primas vſq; ad ſupmã tecti cõtignationẽ ſit/ in ptes duas diuidet: eoq; loci ſecũdę coronices finient. Inter p̃mas coronices et ſecũdas paries ſeruabit integer: atq; cruſtationũ figmẽtis adornabit. Paries vero qui inter ſecũdas ac tertias coronices ſit: feneſtris fiet trãſptuſus et luminib⁹ pui⁹. Atq; fient qdẽ ſupma p interualla colũnationũ in baſilicis feneſtræ vniformes atq; mu

Arcuate et colũnatæ trabeationes.

Feneſtre.

tuo reſpondētes. Earū latitudo nō erit arctior q̄ vt tris capiat quartas totius interualli/ quod inter colūnas ſit. Altitudo vero feneſtrarum percōmode duas capiet iſtiuſmodi altitudines. Eadē ſuperliminare ſummas æquabit colūnas præter capitulū ſi erunt quadrangulæ. Sinautē erūt feneſtræ ipſæ arcuatæ licebit arc⁹ dorſum peneuſq; ſub trabē tollere: et diminuto etiā arcu licebit iſtic ad arbitrium vti. Sed is colūnæ proximæ altitudinē non prætergredietur. Subijcietur feneſtris pluteus cū cimatio gulula aut ouiclis. Vacua feneſtrarū reticulabuntur: ſed non obſtipabuntur templorum lamijs ex gypſo. Habeant ſane condecet quos acres ventos appellentes et infeſtas pruinas frangat atq; intercipiat ne qua moleſtia inferatur. Alia ex parte aſſiduo et liberrime reſpirēt neceſſe eſt: ne excitat⁹ ab frequentia pedū puluis officiat pulmonib⁹ vel oculis: Mihi idcirco vehementer probantur iſtic lamiæ tenues ex ære plūbo ve crebris et minutis foraminibus vt ita loquar expictæ/ per quæ lux penetret et ſpiritus motu auræ repureſcat.

Cōtignatio. ❡ Contignatio multum erit decora: ſi fiet ītimū in ea cælum ſubtēſum ad planiciē coæquabilē/ atq; tabulis ad vnguē compactis. Deformabunturq; aptis dimenſionibus grandes cicli angularib⁹ figuris cōmiſti: diſtinguenturq; mēbratim areolæ lineamētis ſumptis a particulis coronarū. Maxime gulula ouiclis bacciſq; ac frondib⁹ interſertis: fiētq; areolarū limbi circūredimiti faſcijs gemmatis digna et prompta rerum prominētia: interq; flores et acanthi inſignes ſplendeſcāt: Spatiaq; ipſa pictorū ingenio ad omnē venuſtatis elegātiam expol										iantur. Aurū materiæ ad glutinari leucophoro pulte huiuſmodi aiebat Plinius. Miſcētur.n. ſinopidis pōticæ libræ ſex: ſilicis lucidi libræ decē: infunditurq; mel græcenſe: nec ponitur in op⁹ ante exactū diē duodecimū.

Glutinū idelebile. Maſtix liquatū oleo linaceo miſtū helbica ſinopide beene vſta glutinum præbet penitus indelebile. Altitudo ianuæ in baſilicis ad porticū referetur. Porticus ſi pro veſtibulo extriſecus adiungetur/ fiat alta et lata atq; intrinſeca. Vacuū latera et huiuſmodi ianuarū rationes ducentur a tēplis: ſed æneis valuis nonvſq; dignabitur baſilica.

Ianuæ baſilicarū. Fient igitur ex materia cupreſſu/ cedro et eiuſmodi: ornabunt q; æneis bullis: coagmentabiturq; omne id op⁹ ad ſoliditatē perpetuitatēq; magis q̄ ad delitias. Aut ſi demū venuſtati pluſculū inſeruiendū eſt non inter-

ſita minutalia/quibus picturas imitamur: ſed ſigilla potius af ſigent modice prominentia: quæ opus ornẽt: et ſeſe facile tueantur. Baſilicas etiã rotũdas facere aggreſſi ſunt. In his medij cõceptaculi altitudo tanta eſt: quanta & totius baſilicæ latitudo. Porticus vero et columnationes et hoſtia et feneſtræ eiuſmõi hiſdẽ finiunt rationib⁹ quib⁹ et ãgulares. De his hacten⁹.

¶ De publicis rerũ monumẽtis iucundiora nõnulla animi releuandi gratia ſequẽti libro præinſerta. Ca.XVI.

V Enio ad rerum monumenta. Iuuat hic animi gratia paulo eſſe iucundior/q̃ vſq̃ fuerim. Dum omnis noſter ſermo in cõmenſurationũ numeris verſabit. Sed ero quoad potero ſubcinctus et preſſus dicendo. Maiores noſtri cum fines imperij deuictis hoſtib⁹ vi et virib⁹ propagare proſequerentur: ſigna et terminos ſtatuebãt: quib⁹ curſum victoriæ indicarent: et partũ armis agrũ a finitimis notatum diſtinctũq́ʒ redderent. Hinc metæ colũnæq́ʒ et eiuſmodi rerum dinoſcendarum notæ ortæ ſunt. Poſt id ſuperis gratificãtes prædæ partem elargiri ſacris progreſſi ſunt: et publica gaudia religioni commendarũt. Hinc aræ ſacella et iſtiuſmõi quæ ad eam rem facerent. Conſulendũ etiã nomini et poſteritati ſtatuerunt: noſciq́ʒ vult⁹/et prædicari virtutes ſuas apud gen⁹ hominũ elaborarunt. Hinc exuuiæ/et ſtatuæ/et tituli/et trophea: quæ ad cõcelebrandã famã facerent/excogitarũt. Hoſce ſubditi nõ modo qui patriã re aliqua iuuiſſẽt: ſed etiã fœlices et fortunati quantũ per opes eorũ oſtendas licuit ſecuti ſunt. Sed in re perficiunda alijs alia placuere. Liberi patris termini quos ad fines Indie profectionis ſignũ poſuit fuere lapides crebris interuallis diſpoſiti/et arbores proceræ quarũ ſtipites hedera ꝯtexerentur. Apud Liſimachiã ſtetit ingẽs ara: quã Argonautæ poſuere inter proficiſcendũ. Pauſanias apud Hippari ad pontũ cratere ſtatuit æneum craſſum ad digitos ſex: qđ quidẽ amphoras caperet ſexcẽtas. Alexander apud Alceſtẽ fluuiũ trãs oceanum aras poſuit duodecim ex ſaxo ingenti quadrato. Et apud Tanaim quantũ ſpatij caſtris occuparat: tantũ incinxit muro: opus ſtadia vſq́ʒ ſexagita. Dari⁹ caſtris poſitis apud Othriſſos ad Arteſroun fluuiũ quemq́ʒ militẽ iuſſit lapidẽ vnũ iacere in cumulos quos videntes poſteri et numero et ãplitudine maximos mirarent. Seſoſtris exercitũ agẽs eos qui ſibi viriliter ob-

Termini finiũ indiæ a Libero pẽe deuictarũ

Argonautæ.

Pauſanias.

Alexander.

Darius.

Seſoſtris.

ſtitiſſent: erecta colũna ornabat appoſitis titulis magnificẽtiſſimis. In eos vero qui ſine armis ceſſiſſent pudẽda muliebria
Iaſon. adſculpebat monumẽtis lapidũ et colũnarũ. Iaſon templa ſibi per ſingulas quas peragraſſet regiones erigebat: quæ oĩa Parmenio deleuit: ne cui⁹ eſſet illic nomẽ celebre præter Alexãdri. Hæc illi inter expeditionẽ. Verũ et parta victoria/pacatiſq; rebus
Cõpedes insuper ſic facere vſurparũt. In Palladis ſolertis tẽplo cõpedes
Lacedemoniorum. quibus vincti Lacedemones fuiſſent ſuſpendere. Lapidẽ quo rex Machienſiũ ictus a Phymio rege et perempt⁹ ſit/Euia
Plumius ni non modo aſſeruarunt tẽplo: ſed etiã velut deũ adorarunt.
Eginitæ. Aeginitæ roſtra nauiũ hoſtib⁹ arrepta dicarũt tẽplo. Eos imi-
Auguſt⁹. tatus Auguſtus victor Aegypti ex roſtris nauiũ colũnas conſtauit quattuor: quas poſtea princeps Domitian⁹ locauit in Capitolio. His Iuli⁹ Cæſar adiecit duas: vnã in roſtris: alterã ante curiam victis Pœnis nauali certamine. Aut quid ego hic turres templa/obeliſcos/pyramides/labyrinthos et eiuſmodi referã: quæ hiſtorici collegerẽt. Ad id qdẽ hoc deuenit ſtudiũ celebrandi ſui operibus iſtiuſmodi: vt etiã vrbes poſteritatis gra-
Alexãder tia in ſua ſuorumq; nomina cõdiderint. Alexander/vt cæteros omittã præter eas quas nomini ſuo etiã quadrupedi Bucepha-
Pompei⁹ læ aſtruxit vrbẽ. Sed meo quidẽ iudicio/illud Põpeij fuit perq̃ decenti⁹. Fugato.n. Mitridate quo loci eũ ſupaſſet: eo condidit
Seleucus vrbẽ Nicepolim/ minori ſitã in Armenia. Oẽs tñ viciſſe Seleucus viſus eſt. Nã is quidẽ vxori Apamias vrbes condidit tres: matri Laodicias quiq;: ſibi Seleucias nouẽ: patri Anthiochias decẽ: Alij non tã impenſæ magnitudine q̃ nouis aliquib⁹ inuẽ
☞ tis fructũ poſteritatis captauere. Cæſar ex baccis lauri quam in triumpho geſſerat ſiluã ſatiuã effecit: et ſacrauit futuris triumphis. Apud Aſcalũ Syriæ inſigne fuerat tẽplũ in quo ſimula-
Derceta. crũ locatũ eſt Dercetę vultu hoĩs: corpore poſtremo piſcis: q̃ ſe illac in ſtagnũ præcipitaſſet: additũq; eſt ne faſtũ fore ſiriũ q̃ piſcẽ e ſtagno deguſtaſſet. Apd lacũ fucinũ Mutinij Medeã angiſtẽ ad ſerpẽtis effigiẽ finxere q̃ ei⁹ ope ſerpentũ iniuria liberati ſint. His perſimile eſt hydra Herculis Io et belua lernæ: et quæ priſci poetæ carminib⁹ expixere: quæ mihi quidẽ cõmẽta vehementer probanẽ/ modo ferãt præ ſe quod virtutẽ ſapiat: veluti illud eſt qd̃ illi ad ſepulchrũ Simandis inſculpſere. Stat enĩ iudex et p̃matũ ꝯuent⁹ veſtiti ſacris: eorũ ex collo ad pect⁹

pendet ſuſpẽſa veritas clauſis ſubnutãs oculis. In medio eſt li=
brorum cumulꝰ inſcriptuſq; titulꝰ. Animi hæc vera medicamẽ
ta ſunt. ¶ Sed omniũ ni fallor egregiꝰ fuit vſus ſtatuarũ. Or=
namẽto eni veniunt et ſacris et profanis et publicis et priuatis
ædificijs: mirificãq; præſtant memoriã cũ hominũ tũ et rerũ.
Et profecto præſtãtiſſimo igenio quicũq; is fuit: q eas adinue=
nerit ſtatuas: vna cũ religiõe ortas arbitrãt Et ſtatuarũ inuẽto Statuarũ
res Aetruſcos fuiſſe prædicant. Alij Telchines Rhodios pri= iuẽtores.
mos fuiſſe irent: qui ſtatuas deorũ fabricarit: ꝯſueſſeq; illas ſcri qui ꝑmi.
bunt religionibꝰ abdicatas magicis nubes/imbres/et eiuſmõi
inducere: nouaſq; formas animantiũ ad arbitriũ imutare. Pri=
mus græcis Cadmꝰ Agenoris filiꝰ ſtatuas deorũ in tẽplo cõſe= Cadmus
crauit. Apud Ariſtotelẽ primas Athenis in foro poſitas legi=
mus Hermodoro et Ariſtogitoni: ꝙ hi primũ tyrannidẽ ſub=
ſtuliſſent. Has Alexander abſportatas a Xerſe ex ſuſis reſtituiſ Statuæ i=
ſe Athenienſibꝰ meminit Arrianus hiſtoriens. Romæ tantã af menſæ.
fuiſſe copiã ſtatuarũ ferũt: vt alter adeſſe populus lapideus di= magnitu
ceretur. Rapſinates peruetꝰ Aegyptiorũ rex Vulcano poſuit dinis.
ſtatuas lapideas cubitos altas qnq; atq; vigiti. Soſoſtris Aegy Rapſina=
ptius ſe atq; vxorẽ ſtatua poſuit cubitos alta duos et trigita. tes.
Amaſis apud Memphi ſtatuã poſuit accubãtẽ: eiꝰ magnitudo Soſoſtris
pedes erat ſeptẽ et quadragita: inq; baſi duæ aſtabãt aliæ pedes Amaſ s.
altæ viginti. Ad Simandũ Iouis ſtatuæ appoſitæ erãt tres Mẽ Memnõ.
nonis opꝰ mirificũ: vnico cæſæ in lapide: q̃rũ vna ſedẽs tãta fu
it: vt eius pes ſeptẽ excederet cubitos: et præter artificis manũ
atq; lapidis vaſtitatẽ quod mirere nulla erat in tãta mole fixu
ra aut macula: cũq; lapides ad cõceptas magnitudines nõ ſuffi
cerẽt: æreas cõflare poſteri agreſſi ſunt cẽticubites. Sed præ cæ= Semira=
teris Semiramis cũ et lapis deficeret. et maius aliqd cõcupiſce= midis ſta
ret q̃ qd ære poſſet aſſeq: apd mõtẽ Mediæ/q Bagiſtanꝰ dicit in tua mirã=
petra ſtadiorũ ſeptẽ et decẽ ſuã inſculpſit effigiẽ: quã centũ viri de vaſtita
donis venerarẽt. Illud de ſtatuis minime prætereũdũ cẽſeo qd tis.
apd Diodoꝝ legimꝰ: ſtatuarios Aegyptios tm̃ valere ſolitos ar Statuarij
te et ingenio: vt ex varijs lapidibꝰ diuerſis poſitis locis vnũ ſi= Aegyptij
mulachri corpꝰ ꝑficerẽt ꝯuẽtu partiũ adeo pfinito: vt vno loco mirifici.
eodẽ ab artifice eẽ pfecta videret. Miroq; hoc ex artificio cele= Attende
bre illd apd Samios Phythij Apollinis ſiſachrũ extitiſſe prædi mirũ arti
cant: cuiꝰ media fuerit ps Thelleſij opꝰ reliquam vero ptem in ficium.

Epheſo Theodorus perfinierit.Hęc animi gratia dicta ſint:q̄
tametſi faciāt ad rem plurimū:velim tn̄ quaſi accepta referant
mutuo ex proximo qui ſequet̄ libro:cū de monumentis priua-
torū trāſigemus:ad quā rem iſta maxime pertinebāt. Nam cū
impēſę quidē magnitudine priuati ſuperari a principibꝰ haud
facile paterētur:cū & ipſi flagrarent auiditate glorię:vehemen
terq; affectarēt quocūq; daret̄ pacto nominis ſui claritatem ef-
fundere:ea de re impēſis quidem quoad fortuna ſuppeditabat
nō pepercere. Qđ autē eſſet in poteſtate artificū:& viribus inge
nij poſſet occupari:id totis ſtudijs vſurparūt.Ergo lineamēto
rum elegātia & operis decētia maximis regibꝰ pares eſſe cōten
dentes aſſecuti ſunt meo iudicio vt in ea re non multo fuerint
poſtponēdi.Itaq; in librū proximum reſeruētur.Hoc ſpondeo
Afferent ea quidē iucunditatem cū legeris. Sed quod hic faci-
at ad rem non prætereamus.

¶An ſtatuę in tēplis ponendę/&q̄ q̄les/vbi/quot.Ca.XVII.

SVnt qui ſtatuas in tēplis ponēdas negēt. Numam re
gem ex pythagoreorū diſciplina ꝓhibuiſſe ferunt/ne
quod in tēplis ſimulachrū imponeret̄. Seneca inde ſe
ſuoſq; ciues ſubirridebat. Atqui ludimus inquit pup
pis vt pueri:ſed maioribꝰ inſtituti rationē adducētes ſic ratio-
cinātur.De dijs quis nā adeo erit ineptus vt nō intelligat mē-
te nō oculis diffiniendū eſſe:& formas omīno poſſe dari nullas
certū eſt:quibus tantā rem aliqua vel minima ex parte imitari/
aut fingere liceat.Et cōferre quidē arbitrantur/ſi demū formæ
penitus nullę aderunt factæ manu:quo aſſequamur/vt de pri-
mo rerū principe ſuperūq; intelligētijs quiſq; ſibi animo ea fin
gat:quę ad ſuas ingenij vires accōmodētur.Sic enī promptius
altiſſimi nominis maieſtatem multo venerabūtur. Alij ſecus.
Nāq; ſpecies quidē hoim collatas in deos fuiſſe dicūt quodam
optimo ſapiētiq; cōſilio:quo facilius a vitę prauitate imperito
rū animi cōuerterentur:vbi adeſſent ſimulachra/quę adeuntes
deos ipſos adire ſe crederent. Alij effigies eoꝝ qui de genere ho
minū benemeriti eſſent:quoſve in deorū numero memoria cō
ſecrādos cēſuiſſent/locis ſacratis ponēdos/viſendoſq; dedere:
quo eos poſteri venerātes ad virtutis imitationē ſtudijs glorię
incēderētur. Sed ſtatuas præſertim in templis maximi intereſt
quales quibꝰ locis frequētes:qua etiam ex materia factas appo

namus. Nõ enim quales in hortis ridiculas illius auiſtuporis dei: nõ quales in porticu bellatorũ hominũ & eiuſmodi. Neq̧ in anguſto ignobiliq̧ loco ponendas cenſeo. Sed prius de materia/mox de reliquis trãſigem⁹. ¶ Priſci (inquit Plutarchus) ex ligno ſimulachra faciebãt vti in Delo Apollinis: vtiq̧ in vrbe Populonia Iouis ex vite: qđ etiam incorruptũ mãſiſſe multi ferunt. Vtiq̧ Dianę Epheſię: qđ alij ex ebano. Mutianus ex vite fuiſſe tradit Peras qui templũ Argolicæ condidit: & filiã antiſtitem cõſecrauit/ex trunco pyri Iouem effecit. Fuere q̃ deos fingi ꝓhibuerint ex lapide ꝙ ſit durus & immanis. Aurũ itidẽ atq̧ argentum reſpuebãt: ꝙ ex terra infęcũda & infœlici: ꝙve morboſus ei color eſſet. Atqui Iuppiter (ĩquit ille) anguſta vix rectus ſtabat in æde. Inq̧ Iouis dextra fictile fulmẽ erat. Apud Aegyptios fuere qui deum igneum: ęthereoq̧ inhabitare igni putarint: nec poſſe hominũ ſenſu capi: ea de re deos ex criſtallo voluere. Alij nigro ex lapide deos aptiſſime fingi arbitrant̃: ꝙ eum eſſe colorẽ incõprehenſibilẽ ducerent. Alij demũ auro: ꝙ ſyderib⁹ cõueniret. Ego vero qua ex materia deoꝝ ſtatuas fieri probẽ addubitaui. Digniſſimã nimiꝝ dices materiã eſſe oportere: qua deum fingas: ſed dignitati ꝓxima eſt raritas. Tamen is nõ ſum qui ex ſale quales efficere Solinus refert Siculos conſueſſe: aut quales inquit Plinius ex vitro feciſſe velim. Neq̧ itẽ ex puro auro aut argẽto: nõ id quidem vt illi ꝙ ex terra ortum ſterili et colore morboſum recuſarint. Multa ſunt me quę mouеant inter quæ illud eſt qđ ad religionẽ ſpectare ipſe mihi perſuaſerim: vt quas deorũ loco adorãdas ponimus/q̃prope id aſſequi liceat/dijs ipſis perſimiles apponamus. Perennitate igit̃ quoad per mortales fieri poſſit ĩmortales habẽdas cẽſeo. Aut quid eſſe cauſæ dicam cur a maioribus acceptã opinionẽ de iſtiuſmodi rebus tanti faciant: vt iſtic audire dei pictam effigiem. Illic vero eiuſdẽ ipſius iſtius dei ſtatuam ꝓxima in ſtatione locatam pręces etiã vota iuſtorũ audire minus opinentur. Quin et quas vulgus maiorẽ immodum venerabatur ſi trãſtuleris: veluti decoctoribus qui ampli⁹ credat aut ſua cõmendet vota non inuenies. Stabiles igitur & ſuas ꝓprieq̧ dicatas & digniſſimas habere ſedes oportet. Aiunt ex auro nuſq̃ ex hominum memoria viſum opus elegãs quaſi metallorum princeps honeſtari fucato artificio dedignet̃. Id ſi ita eſt deorum ſtatuas quas

Priapus.
Simulachra ex ligno.
Peras.

eſſe decẽtiſſimas affectamus auro facere non cõdicet. Adde q̃d facile quidem acti cupiditate nõ barbam potius aureã abſtulerint: q̃ totos integros deos colliquarint/ ſi erunt auro. Ex ære perplacebit: ni me puriſſimi marmoris candor illectat. Sed erit in ære quippiam q̃d ex perẽnitatis fructu in primis probẽ: modo fecerim⁹ tales: vt maior ſit deteſtandi facinoris ratio ſi deleuerit: q̃ emolumenti/ ſi alios in vſus conflarit. Tales erunt quidẽ quas malleo aut fuſura tenui lamia veluti ſola ductas cute informarimus. Scribũt ſimulachrũ factũ ex ebore tãtę magnitudinis/ vt id tẽpli tecta vix caperẽt. Nõ laudo. Aptũ enim eſſe oportet magnitudine formæq; lineamẽtis: & partiũ modo. Et fortaſſis barba & ſupercilio ſeueriores maximorũ deorũ facies cũ molliori virginũ effigie nõ belle cõdicunt. Tũ & raritas deorum augebit ni fallimur venerationẽ. In ara percõmode locabuntur bini: aut nihilo plus q̃ tris. Reliquorũ numerus per ſcaphas aptiſſimis ſedibus diſponetur. Hoꝝ quiſq; deoꝝ heroum habitu & geſtu ſuam quoad per artificẽ id poſſis vitã & mores exprimat expoſco. Nolo q̃d pulchrum illi ducũt/ pugilem aut ludionẽ ſcænicũ geſtiat: ſed ex vultu/ totaq; corporis facie gratiam & maieſtatẽ deo dignã præbere de ſe velim adeũtibus: vt quaſi nutu & manu benigniſſime excipere: atq; ſupplicãtibus gratificari vltro velle videat. Huiuſmodi in templis ponendas ſtatuas: reliquas vero theatris & profanis ædificationibus demandandas ſtatuo.

# LEONIS BAPTISTAE ALBERTI DE RE AEDIFICATORIA LI. OCTAVVS. QVI PVBLICI PROFANI ORNAMENTVM INSCRIBITVR.

## De viarũ publicarũ ſiue militariũ/ ſeu vrbanarum ornatu: & vbi ſepeliendũ ſit/ aut vrendũ cadauer. Caput. I.

ORnamenta quę operibus adhibeãtur ad rem ædificatoriã plurimũ facere alibi diſſeruim⁹: et ornamenta ædificijs nõ deberi omnibus eaſdem ſatis cõſtat. Nam ſacra quidẽ opera præſertim publica vt reddas ornatiſſima omĩ arte atq; induſtria eſt elaborandum: ſuperis ea enĩ parãt: profana vero non niſi hominib⁹

Ergo dignioribꝰ minus digna cedant cõdecet:ſuis tamen orna-
mentorũ partibꝰ honeſtabũtur. Sacra publica eſſe qualia opor-
tet libro ſuperiore trãſegimus. Sequit̃ vt profana recẽſeantur.
Explicabimus igitur quid cuiqꝫ ornamenti impartiũdum ſit.

¶ Apprime publicũ eſſe interprętor viam. Nã ea quidẽ cum ci- Via.
uium cauſa/tũ & peregrinorũ etiã cõmodis paratur. Sed cũ ꝓ-
ficiſcentiũ alij tellure/alij aqua ſe transferãt: de vtriſqꝫ dicendũ
eſt.Illud repetas velim qđ alibi diximus. Viã aliam militarem/
aliã non militarem. Tũ & aliter eſſe habẽdam viã intra vrbem:
aliter per agrũ. Militarem viã quæ per agrũ ſit/vehementer or-
nabit ager ipſe/per quẽ dirigatur:ſi erit ille quidẽ cultus/conſi-
tus/refertus villis/diuerſorijs/rerũ amœnitate & copia:ſi mo-
do mare/modo montes/modo lacum fluentem/fonteſve/mo-
do aridam & rupem/aut planitiẽ/modo nemus vallemqꝫ exhi-
bebit. Ornamento etiã erit/ſi non præceps/non ardua/non ſor-
dida:ſed(vt ſic loquar)vaga & æquabilis/& om̃ino patula oc-
curret. Quas quidem res vt aſſequerẽtur/maiores quid non ag-
greſſi ſunt? Nõ illud refero/in centeſimum vſqꝫ miliare ſtratas
vias lapide pręduro:& maximorũ lapidum ſtrue coaggeratas.
Appiam viã inſtrauere a Roma vſqꝫ Brunduſiũ. Viſuntur paſ-
ſim totis vijs militaribꝰ ꝓſciſſæ rupes lapideę:delumbati mõ-
tes:perfoſſi colles:æquatę valles:impenſa incredibili & operũ
miraculo. Quę oĩa & vtilitati & certe ornamẽto ſunt. Pręterea
ornamentum afferẽt digniſſimum:ſi frequentes occaſiones of-
fenderint viatores:quibus adducãtur in ſermones rerum præ-
ſertim dignarũ. Facundus(aiebat Laberius)comes in via pro
vehiculo eſt. Et profecto non minimũ leuamur ab itineratio-
nis tedio cõfabulatione. Qua de re cum in cæteris maiorum in-
ſtitutis eorum prudentiam maximi ſemper feci:tum & in hoc
vehemẽter laudo tametſi maiora ſpectarint inuẽto hoc de quo
mox dicturi ſumus:q̃ vt peregre proficiſcentibus gratificaren-
tur. Hominẽ inquit lex.xij.tabularũ in vrbe ne ſepelito: neue De loco
vrito. Tum ſenatus etiam cõſulto peruetuſto cautum fecerat: ſepulturę
ne mortuum quẽpiam intra vrbis mœnia ſepelirẽt: præter vir- apud Ro-
gines veſtales atqꝫ imperatorem:ꝙ hi legibus nõ tenerentur. manos.
Valerijs(inquit Plutarchꝰ) & Fabritijs licebat honoris gr̃a ſe-
peliri in foro:ſed eorũ poſteri cũ eo impoſuiſſent:illico face ſup-
poſita aſportabãt:indicãtes id licere ſed nolle. Ergo ſepulchra

ſuorũ locabant per agrũ locis idoneis et cõſpicuis propter viam:atq; efficiebãt quoad per eorũ facultates et artificũ manus licebat/vt eſſent illa quidẽ ornamẽtis refertiſſima. Stabãt idcirco lineamentis aſtructa exquiſitiſſimis. Non deerat colũnarũ copia. Splendebãt cruſtationes. Nitebãt et ſtatuæ/ et ſigna/et tabulæ. Spectabãtur ducti ære aut marmore vultꝰ artificio per eleganti. Quo inſtituto quãtũ illi quidẽ viri ſapiẽtiſſimi et reipublicæ et bonis moribꝰ proſpexerint/ non eſt vt longũ proſequar. Tantũ ea pertigã: quæ ad rẽ noſtrã faciãt. Etenĩ quid putes viatores ſi quãdo via Appia/aut quauis alia militari via,proficiſcebantur: ꝙ eas intuerent̃ mirifice refertas copia monimẽtorũ: an non maiorẽ in modũ delectabant̃: cũ hoc et illud atq; itẽ alterum/atq; item aliud ſepulchrũ ornatiſſimũ ſeſe offerret: vnde titulꝰ effigieſq; virũ illuſtriũ recognoſcerent̃. Quid igitur ex tã multis inditijs veteris memorię/nũ parũ præſtabat̃ occaſionis/vnde ſummorũ hominũ geſta repetentes et viã ſermone leuarent: et vrbi dignitatẽ adaugerent. Sed erat iſtuc quidẽ minimum. Illud erat magis penſandũ: ꝙ patrię ciuiũq; fortunis atq; ſaluti belliſſime ex ea re ꝓuideret̃. Inter præcipua cur legẽ agrariã diuites recuſarint fuiſſe teſtatur Appianus hyſtoricus/ꝙ impium ducerẽt monumẽta maiorũ ad alienos tranſire. Quãta igitur patrimonia ad pronepotes perueniſſe arbitramur hac vna vel charitatis/ vel pietatis/vel religionis veneratione atq; obſeruatiõe: quæ aſſotus decoctoreſq; alea perdidiſſent. Adde quod erat iſtud quidẽ cũ familijs/tum vrbi ornamẽtum nominis et poſteritatis: quo iterũ atq; iterum excitarẽtur: vt mallẽt laudatiſſimorũ virtutes imitari. Demũ quid illud: quibus nam oculis ſi quando id ita accidiſſet inſolentem intra ſuorũ monumẽta craſſabũdũq; intueri hoſtẽ potuiſſent. Quis nam ignauus et vecors non illico exarſiſſet vindicandi et patriæ et decoris cupiditatẽ? Et quantũ fortitudinis ſeu indignitas/ſeu pietas/ ſeu dolor inde ſuſceptus in virorũ animis iniecijſſent. Itaq; laudandi veteres. Noſtros tamẽ non auſim vituperare: qui intra vrbem ſacratiſſimis locis condant: modo cadauer nõ intra templũ inferãt/ vbi patres et magiſtratꝰ ad arã vocatis ſuperis conueniant. Ex quo illud fiat interdũ: vt ſacrificij puritas contaminetur corrupti vaporis feditate. Quanto commodius hi qui cremare corpora inſtituere.

## ¶De ſepulchris/& ſepeliēdi multis varijſq; rationibus et modis. Caput.II.

Sed iuuat hic de ſepulchrorū rationibꝰ nō pręterire q̄
quidē dicēda videātur. Proxime eni accedūt vt ope-
ra putētur publica qñ religioni cōmendanť. Vbi cor
pus demortui hominis cōdas (inquit lex) ſacer eſto.
Et nos id ipſum ꝓfitemur: ſepulchrorū iura ad religionē perti
nere. Itaq; cū oībus rebus religio pręferēda ſit/de his quāuis
ad priuatorū iura pertineāt: anteq̄ ad publica ꝓfana proſequar
dicendū cēſeo. Nulla pene vſpiam tā efferata fuit gens: quæ nō
habēdā ſepulchrorū rationē ſenſerit: pręter neſcio quos Ictyo- Ictyophagi.
phagos quos ex vltima Indorū barbarie prędicāt ſuos mari ſo
litos defunctos iacere. Parū intereſſe aſſeuerantes humo ne an
aqua/an igne diſſoluerētur. Albani etiā curā habere defuncto- Albani.
rū nefas eſſe arbitrabātur. Sabęi corpora defunctorū ęque atq; Sabęi.
ſtercus ducebāt: quin & reges ſterquilinijs deijciebāt. Troglo- Troglodytę.
dytę mortui ceruicem cū pedibꝰ alligabāt: & raptim cū riſu & io
cis efferebant: nullaq; loci habita cura mandabāt terrę: atq; ad
caput capræ cornu apponebant. Sed iſtos nemo qui humanita
tē ſapiat approbabit. Alij cū apud Aegyptios/tū & apud Grę-
cos non ſolū corpori ſed etiā nomini amicorū monumēta ædi-
ficabāt: quorū pietatē nemo nō laudat. Eos vero apud Indos
qui quidē eſſe omniū pręclariſſima monumēta dicerēt/q̄ hoīm
memoria poſteritati mandata ſeruarētur: quive ꝓbatiſſimorū
funera nō re alia q̄ eorū laudes cantādo celebrabāt/audiendos
in primis puto. Sed eorū cauſa qui ſuperſtites ſint/etiā corpo-
ris rationē habendā ſtatuo. Adde ꝙ ad nominis poſteritatē ſe
pulchra plurimū valere in promptu eſt. Maiores noſtri his qui
de republica ſanguine & vita egregie meriti eſſent: vt gratias re
ferrent: cęteroſq; ad parem virtutis gloriā excitarēt: cū ſtatuas
tum & ſepulchra dare publice cōſueuerūt. Sed ſtatuas fortaſſis
dedere multis: ſepulchra paucis: ꝙ illas intelligerēt interire tē
peſtate & vetuſtate. Sepulchrorū autē ſanctitas inquit Cicero
in ipſo ſolo eſt/ꝙ nulla re deleri neq; moueri poteſt. Nā vt cæ-
tera extinguūtur/ſic ſepulchra ſunt ſanctiora vetuſtate. Atqui
religioni dicarūt ſepulchra eo ſpectantes ni fallor/vt cuiꝰ viri
memoriā ſtructurę et ſoli ſtabilitati cōmendaſſent/deorū metu
et religione tuerētur: quo etiā hoīm manu inuiolatū ſeruareť.

Hinc illud ex lege.xij.tabularũ ꝙ veſtibulũ aditus ve ad ſepul-
chrũ capere vſu nõ licebat. Adde & legẽ/qua pœna grauis indi
cta erat ſi quis buſtũ violaſſet: aut ex ſepulchro columnã diſie-
ciſſet/fregiſſetve. Demũ apud oẽs gẽtes bñ moratas ſepulchro
rũ habita eſt ratio. Tãta fuit apud Athenieẽſes cura ſepulchro-
rum: vt etiã perẽptos bello ſi quis dux honeſtare ſepulchro ne
glexiſſet capite plecteret̃. Apud Hebreos lege cauebat̃: ne hoſtẽ
quidẽ inſepultũ relinquerent. Multa de funerũ / ſepulchrorũq;
generib⁹ referũtur: quę ab re eſſet ꝓſequi. Vti illud eſt quod de
Scythæ. Scythis fert̃: eos inter epulas honoris gratia ſolitos comedere
defunctos & alios nutrire canes: a quib⁹ vita functi vorarent̃.
Sed de his hactẽn⁹. Ferme oẽs qui rẽpublicã bene conſtitutã
ſuis eſſe legibus voluere in primis curarũt vt cũ funera tum &
ſepulchra nequicꝗ̃ ſumptuoſiora fierẽt. Ex Pittaci lege ſup ter
ræ tumulũ aliud nõ licebat præter columnellas tris nõ plus al
tas cubitos apponere aut menſurã. Conuenire enĩ arbitrabant̃
vt in qua re cõmunis oĩm natura eſſet: in ea nullũ fortunæ di-
ſcrimen haberet̃: ſed eſſent oĩa plebi æque atq; locupletiorib⁹
cõmunia. Ita ex vetere quidẽ more gleba pura operiebant̃: idq;
recte fieri interpretabãtur quãdoquidẽ corpus qđ ex terra eſſet/
quaſi in matris gremiũ cõderent: indixere nequis ſepulchrũ fa-
ceret operoſius ꝗ̃ qđ decem hoĩes efficerent triduo. Verũ qui cu
Aegyptiorũ mos. rioſiſſime ſepulchra condidere prę cęteris fuere Aegyptij. Nãq;
errare quidẽ genus hominũ prædicabãt qui domos breuiſſimi
tẽporis diuerſoriũ lautiſſimas ædificarent: ſepulchra vero vbi
diutiſſime eſſent requieturi prę illis negligerẽt. Sed mihi ſic fit
Getarũ mos. veriſimile. Getę tum quidẽ per illã veterem poſteritatẽ ſic inſti
tuiſſe. Nam quo loci cadauer cõdidiſſent: illic notationis gra-
tia pricipio poſuiſſe aut lapidẽ/aut fortaſſis quod Platoni ſuis
in legibus perplacuit: arborẽ et mox cœpiſſe aliquid ſuper cir-
cumve aſtruere: nequid fera ſuffodiendo/eruendoq; fœdũ effi-
ceret. Cum vero deinceps ea rediſſet anni facies: vt agrum vide
rent aut florentẽ/aut onuſtum meſſe vti cum erat cũ ſui e vita
deceſſiſſent: nimirũ excitabãtur in eorũ animis deſideria chariſ
ſimoꝝ quos amiſiſſent: ſuorũq; illoꝝ dicta & facta repetẽtes lo
cum adibant: & defuncti memoriam quib⁹ poterant rebus ho-
neſtabant. Hinc fortaſſis ortũ eſt illud vt aſſueuerint cũ cæteri
tum præſertim Græci bene de ſe meritorũ tumulos honeſtare

in ferijs. Cōueniebant enĩ inquit Tuchidides illic cũ indumen torũ apparatu:& fructuũ primitias afferebant.Qđ quidẽ opus & piiſſimũ & maxime religioſum putarũt:vt etiam publice id facerent.Ex quo fit vt ſic ꝓſequar cōiectura.Hinc eos ad ſepul chra/nō tumulos modo aut colunellas operimẽti notationis ve cauſa:verũ et ponere delubra etiam inſtituiſſe:quo haberẽt vbi id ſacrũ facerẽt cũ dignitate.Ex quo illud curarũt vt eſſent illa quidẽ perq̃ decentiſſima:atq; omni ex parte cultiſſima.Sed loca vbi ſepulchra iſtiuſmodi ponerent/apud veteres fuere va=ria.Ex pontificia lege publico in loco facere ſepulchrũ vetabã tur.Platoni ſic viſum eſt hominẽ habẽdum ita vt neq; viuus/ neq; mortuus vlla ex parte hominũ cetui ſit grauis.Eaq; de re cũ extra vrbẽ tum & nō alibi q̃ in agro penitus ſterili conderẽt edicebat.Hunc imitati fuere qui certum ſepulchris locum deſi gnarint ſub diuo:et ab hominũ cętu excluſum:quos ego vehe menter probo.Alij contra:cadauera cōdita gypſo aut ſale ſer=uabãt domi.Micerinus Aegyptiorum rex mortuam filiam in boue ligneo condiderat:apud ſeq; ſeruauerat aula regia: iube=batq; in ſingulos dies ei qui myſterijs pręerãt parẽtarent. Soli tos refert Seruius veteres pręſtantiſſimis filijs atq; nobiliſſi=mis locare ſepulchra excelſis et maxime conſpicuis in monti=bus.Alexandrini per Strabonis hyſtorici tẽpora ſepta & hor=tos habebant cōdendis corporibus dicatos.Proxima patrum noſtrorum ętate ſacella templis maioribus adacta extruebant ſepulchrorum cauſa:viſunturq; toto in Latio buſtuaria fami=liarum ſuffoſſa tellure inſtructa diſtinctis per parietem buſtu=lis:quibus crematorum reliquias conderent:ſtatq; breuis titu=lus etiam piſtori/tonſori/coquo/aliptę/et eiuſmodi qui in fa=milia verſabantur.Vbi autem putos infantulos condidiſſent ſolacia matrum/eorum effigies gypſo exprẹſſas in vrna inter=cludebant.Maiorum effigies pręſertim ingeniorũ marmoreas apponebant.Hæc illi.At nos eos non improbabimus vbi vis corpus condẽdum inſtituerint:qui digniſſimis locis nominis monumenta mandarint.Cæterum quæ iſtiuſmodi in monu=mentis delectent hæc ſunt.Forma operis & titulus.Quam for mam ædificandi veteres præcæteris condignam ſepulchris pu tarint:non facile dixerim.Auguſti ſepulchrum Romæ ſtructũ marmoreo fuit lapide quadrato:& opertũ arborib⁹ fronde per

Micerin⁹

Alexan=drini.

Auguſti petuo virenti. In ſummo Auguſti ſimulachrū extabat. In inſu
ſepl̄chrū. la Tyrina nō longe a Carmania Erithræ ſepulchrū fuit ingens
Erithræ tumulus ſilueſtribꝰ palmis conſitus Zarinę ſacrorū reginę ſe-
ſepl̄chrū. pulchrum fuit pyramis trilatera: & in ſummo coloſſus aureus.
Zarinę ſe Arthacheo pręfecto Xerxis ab vniuerſo exercitu tumulus tel-
pulchrū. lurę congeſta effectꝰ eſt. Sed apud om̄es qđ primū quęrerent vi
Xerxis ſe dere videor fuiſſe vt a cæteris lineamēto differrēt: nō quo alio
pulchrū. rum opera vituperarēt: ſed quo inuenti nouitate ad ſe ſpectan-
dum illectarent: exq; ꝓfuſa ſepulchrorū cōſuetudine & ſtudio
nouis indies lineamentis inuētis: eo ꝓgreſſi ſunt: vt nihil exco
gitari amplıꝰ poſſit qđ illi nō vſurparint / belliſſimeq; perfece-
rint: & cūcta demū eiuſmodi ſunt vt egregie probentur. Sed ex
om̄i multitudine hoc aduertimus: alios nihil plus curaſſe q̃ vt
id qđ corpus caperet honeſtarent. Alios vero amplius quęſiſſe
quidpiam aſtruere: cui titulos & rerū geſtarū famam pulcherri
me cōmendarēt. Ergo illi aut marmoreo tantū ſcrinio cōtenti
extitere / aut inſup ſacellū addidere quātum loci religio poſtu-
laſſet. Alteri vero colūnam pyramidē / aut molem & eiuſmodi
maxima opera ſuperaſtruxere nō ea quidem in primis ſeruādi
corporis gratia: ſed vel magis nominis atq; poſteritatis. Apud
Sarcho- Aſon Troadis lapidem haberi diximꝰ Sarchophagon qui cor
phagus pora cōfeſtim conſumat. In cōgeſtitio obruderatoq; ſolo cōfe-
lapis. ſtim humor abſumitur. Iſtiuſmodi minuta nō ꝓſequar.

## De ſacellis / pyramidibꝰ / colūnis / aris / mole / et alijs id genꝰ. Caput. III.

Nunc quoniā veterū ſepulchra probātur: video alibi
ſacella, alibi pyramides / alibi colūnas / alidi aliud vt
moles / et eiuſmodi poſitas. De his nobis ſingulis di
Sacella. cendū cenſeo: ac prius de ſacellis. Velim ſacella iſtęc ſint veluti
puſilla templorū exēplaria. Neq; recuſabo ſi adiunxeris linea-
menta a varijs quibuſuis ędificiorū generibus collecta: modo
ea quidē ad gratiā faciāt atq; etiā ad perennitatē. Nobili ne ma
teria an potius ignobili monumenta hæc quæ ęterna eſſe cōcu
piſcimus aſtruxiſſe cōferat nō ſatis conſtat ꝓpter aſportātium
iniurias. Sed ornatus nimirū delectat: quo / vt alibi diximꝰ / ni-
hil ad cōſeruādas res poſteritatiq; cōmendādas cōmodius eſt.
Ex. C. Cæſaris atq; ex Claudij ſepulchris tātorū principū / quę
quidē ꝓculdubio clariſſima fuere / nihil plus hac tēpeſtate reli-

ctum videmus q̄ ſingulos puſillos quadratos lapides bicubi=
tales:quib⁹ eorū nomina ſeruetur.Ea quidē ni fallor nominis
monumēta ſi cōmendata maiorib⁹ lapidib⁹ fuiſſent:cū cæteris
abrepta ornamentis & diffracta iam tū pridē defeciſſent. Alibi
alia viſuntur ſepulchra vetuſtiſſima/quę nemo violarit/ꝙ ſint
opere reticulato/aut lapide ad alios vſus inutili:vt facile a cu=
pidorū manibus ſeſe vindicarint. Ex quo illud eſt ꝙ hic monē
dos putem eos:qui ſua velint eſſe admodū perpetua: vt lapide
aſtruāt nō infirmo quidē ſed nō adeo elegāti vt ea quiſpiā aut
facile cōcupiſcat:aut leuiter arripiat. Pręterea ꝓ cuiuſq; digni=
tate modū in his habendū puto/vt etiā in regibus ꝓfuſam im=
pēſaꝝ inſolentiā vituperē. Et certe portenta illa operū quę ſibi
ægyptij aſtruxere ipſis quo ſuperis ingrata deteſtor:quādoqui
dem illorū nemo in tā faſtuoſiſſimis ſepulchris humatus ſit.
Laudabunt fortaſſis alij noſtros Etruſcos ꝙ Egyptijs in ma=
gnificētia operū ſimiliū non multo ceſſerint:atq; inter cæteros
Porſennā qui quidē ſub vrbe cluſio ſibi ſepulchrū cōdidit lapi — Porſēnæ
de quadrato:in cui⁹ baſi alta pedes quiquagenos labyrinthus — ſeplchrū.
fuerit penitus inextricabilis:& ſupra id pyramides ſurgebant
quinq; ſingulæ ſingulis angulis/vna in medio. Quarū latitu=
do in imo ad pedes fuerit quinos & ſeptuagenos: & in earum
ſummo aderat orbis æneus:ex quo pendebāt excepta cathenis
tintinnabula:quę vēto agitata longe ſonitū referebāt. Idq; in
opus inſuper quattuor aſſurgebāt aliæ pyramides altæ pedes
cētenos. Et in haſce iterato aliæ nō modo vaſtitate verū etiam
lineamēto incredibiles. Iſta mihi prodigioſa et ad nullos opti=
mos vſus accōmodata nequicq̄ ſatis ꝓbabūtur. Illud Cyri per — Cyri ſe=
ſarū regis ꝓbarunt:eiuſq; moderationē oībus vaſtiſſimorum — pulchrū.
operū iactātijs pręferendā exiſtimarūt. Nāq; illi quidem apud
Paſargadas teſtudinatū domiciliū perpuſillū quadrato lapide
aſſurgebat porta puſilla vix bipedali. Intus ꝓ regis dignitate
aurea in vrna reconditū Cyri erat corpus. Ędiculā hanc nem⁹
ex oīm pomorū genere cōſitum circuibat:& late locus virebat
prato irriguo:neq; deerāt rhoſa paſſim/& florū copia oīa odo= — Cyri epi=
rata lęta amœna. Cōueniebatq; cū his titulus aſcriptus. Homo — taphium
ego ille ſum Cyrus Cambiſis filius:quē meminiſtis Perſis im= — modeſtiſ
periū cōſtituiſſe. Non eſt igiť vt inuideas ꝙ me hoc habeat do= — ſimum.
miciliū. ¶ Sed iam redeo ad pyramides. Pyramidē alij fortaſ= — Pyrami
des.

ſis triangulã: reliqui om̃es quadrãgulã effecere. Earũ placuit al titudo quãta & latitudo. Laudať q alibi ita duxerit in pyrami de lineas vt a ſole vmbrã nõ exciperent: has pleriq; om̃es qua
Colũnæ. drato lapide: nõnulli etiã lateritijs excitarũt. ¶ Columnarum aliæ ædificatorię: quib⁹ paſſim in ædificijs vterẽtur. Aliæ fuere amplitudine ad ciuiles ædificãdi vſus minime aptę: ſed ſolum notationis & poſteritatis gratia excogitatę. De his igiť dicẽdũ. Eius partes hæ ſunt / ꝓpodio & crepidine ſurgẽtes ab ipſo paui mento ſoli adſunt gradus. In eos ara quadrãgula. In hanc rur ſus altera eminet ara prima non nihil minor. Tertio loco baſis columnę: mox columna ipſa: in eam capitulum: extremo loco ſtatua ſuggeſto ĩpoſita. Sunt qui inter primã atq; ſecũdã aram quippiã veluti lataſtrũ ſuggeſti loco interpoſuerint: quo eſſet opus celſiori cũ venuſtate. Iſtarũ partiũ oĩm lineamẽta ſumenť vti in operib⁹ temploꝝ ex diametro imę colũnę. Sed baſis iſtęc vbi vaſtiſſima fient opera / vnicũ tantũ habebit nõ plures qua les cęterę colũnę toros. Diuideť iccirco baſis craſſitudo in par tes quinq;: duas dabis toro: lataſtro autẽ tris. Lataſtri amplitu do quaq; verſus capiet ex diametro colũnæ dimidium dimidij quinquies. Aræ autem in quib⁹ aſſideat baſis partes habebunt haſce. Supremo loco qđ ipſum om̃ibus debeť partib⁹ ſtructurę prominebit cimatiũ: in imo quidẽ aderit foccus. Sic eni ſimili tudinis gratia appello id ornamentũ porrectũ aut gradib⁹ / aut vndula / aut gulula / quodquidẽ partis alicui⁹ ꝓpria ſit baſis. Sȝ de ara iſtiuſmodi nõnulla dicenda ſunt: q̃ ex induſtria in hunc locũ deſtinata ſuperiori libro prætermiſimus. ¶ Dixi accidiſſe vt colũnis murulos ſubſtinẽdos ducerẽt. Cũ igiť poſitis muru lis itiones expeditiores habere voluiſſent amotis reliquis inter medijs tãtum ex murulo ſub baſib⁹ columnaꝝ reliquerũt: quã
Ara. tum ferẽdis colũnis ipſis ſufficeret. Id nos ſic relictũ aram nun cupam⁹. Huic murulo fuerat ornamẽtũ in ſummo cimatium: gulula / aut vndula / aut quiduis tale. Tũ & par in imo foccus re ſpondebat. His igiť ambobus ornamẽtis aram incinxere: effe cereq; ipſum id cimatiũ ad aræ ipſius altitudinem ex quĩta / aut ex ſexta. Aram autẽ poſuere craſſam nuſq̃ min⁹ q̃ vt ad ampli tudinẽ baſis colũnę reſpõderet: nequid lataſtri ſuperaſtructio in vacuo pẽderet. Alij firmitudinis gratia octauã lataſtri addi dere craſſitudini muruli. Cæterum arulę altitudo pręter cima

tium & ſoccũ/aut fuit par latitudini ſuæ/aut ſuperauit ex quin
ta. Itaq; iſtiuſmodi apud elegãtes fuiſſe murulos & aras inueni
mus. Redeo ad columnã. Sub colũnę baſi ara ſtatueť:q̃ ad ba= De colũ=
ſim colũnæ vti mox diximus cõmodis dimẽſionib⁹reſpõdeat. na iterũ.
Huic cimatium erit integrũ opus coronę præſertim ionicæ: cu
ius meminiſti eſſe lineamenta hæc. Infimo loco gulula: mox
gradus:poſt rudens: poſt mutulorum frons prætectus: vlti=
mo ſupremo loco vndula cum funiculis et nextrulo ordinib⁹
inuerſis. Ara vero altera huic ſubſtituta itidem parilibus du=
cetur lineamentis:ita vt ſuper eã nihil aſtructi pendeat in va=
cuo. Sed huic ab ſolo ipſo pauimẽti aſſurgent gradus aut tris/
aut quinq; altitudinibus inter ſe & retractionib⁹ imparib⁹. Hi
vero gradus vna nihil plus q̃ quartam:nihil min⁹ ſextam aræ
ſupra ſe impoſitæ partem omni altitudine ſui adæquabunt. In
ara iſtac adaperietur hoſtiolum:appingẽturq; ornamẽta ei aut
dorica/au Ionica:qualia in templis recẽſuimus. In altera autẽ
ſublatiore ara tituli aſcribẽtur:& exuuiarum cõgeries aſculpe=
tur. Siquid inter haſce duas aras ſubinterponetur:altũ fiet ex
tertia ſuę amplitudinis:idq; ſpacium occupabunt ſigna adpa=
cta vti ſunt plaudẽtes deę. Victoria/gloria/Fama/copia/& eiuſ
modi. Fuere qui ſupremã aram cruſtarint ære aurato. Aris ab=
ſolutis &.baſi ſuperexcitabiť columna:eius ꝓceritas ſepties dia
metrum complebit ſui. In ſummo ſcapo colũna ſi erit ampliſ=
ſima fiet gracilior q̃ in imo nõ plus q̃ ex decima. In cæteris mi=
noribus ea ſequemur quæ libro ſuperiore trãſegim⁹. Fuere qui
columnæ altitudinẽ ad pedes cẽtenos duxerint: totãq; circum
aſperam ſignis & rerũ hyſtoria cõueſtitam reddiderint: intror
ſuſq; gradus ad cocleã ſcalpſerint:quibus ad ſummũ vſq; con=
ſcendas. In colũna iſtiuſmodi capitulũ appoſuere doricũ amo=
ta colli adiectione ſupra ſummũ capituli operculũ:in minori=
bus colũnis trabs faſciæ/coronæq; ornamẽta quaq; circũſepta
imponũtur. In maximis autẽ colũnis iſta ꝑtermittẽtur. Tãtoꝝ
enĩ lapidũ fruſta nõ ſuppeditarẽt:neq; facile operi ſupſtituerẽ=
tur. In vtriſq; ſupremo loco apponeť quippiã:qđ ipm pro baſi
ſit:in qua ſtatua colloceť. Id ſi forte erit quadrata ara: tunc illa
quidẽ ſuis angulis ſolidũ colũnæ non excedet. Sin autẽ eadem
erit rotũda:eius amplitudo quadrati iſti⁹ lineas nõ exibit. Sta=
tuę magnitudo erat ex tertia ſuę colũnæ. De colũnis hactenus.

Parietis ornamenta.

Ad molem quidem ſic lineamenta veteres ducere aſſueuere. Primo loco quadrata area tẽplorũ more exaggerata ſurgebat. Inde paries attollebat̃ nihil minus q̃ ex ſexta:nihil plus q̃ ex quarta lõgitudinis areę.Ornamẽta parieti aut nõ niſi in ſummo atq; in imo/atq; etiam in angulis adigebãtur.Aut pręter id adpactę per parietẽ colũnationes ꝓminebãt.Sed ſi non niſi in angulis colũnę apponebãtur:tunc totiꝰ parietis altitudo p̃ter gradus crepidinũ diuidebat̃ in partes quattuor:ex quibꝰ dabãtur tris colũnę cum capitulo & baſi.Suprema vero pars vnica dabat̃ reliquis ornamentis:hoc eſt trabi/faſcię & coronæ.Rurſus pars iſtęc vnica ſuprema diuidebat̃ in modulos ſexdecim: trabi dabantur moduli quinq;:faſcię itidẽ quinq;:coronę cum vndula dabãtur ſex.Qđ autẽ erat ſub trabe vſq; ad crepidinem aggerationis diuidebatur in partes quinq; & viginti: ex quibꝰ tres dabãtur altitudini capituli:duæ autẽ baſi: reſiduum inter mediũ cõplebat colũnę longitudo:fiebãtq; in angulis iſtiuſmodi ſemper quadrangulæ colũnæ.Baſis vnico formabat̃ thoro: fiebatq; is ex dimidia totiꝰ altitudinis baſis.Columna in imo nextruli loco eadẽ habebat lineamẽta proiecturę ſui: qualia in ſummo ſcapo latitudo colũnę in his operibꝰ fiebat ex quarta ſuę lõgitudinis.Vbi autẽ refertus erat paries ordine colũnationis:tũc quę in angulis quadratæ aſſidebant colũnæ latæ habebãtur ex ſuę lõgitudinis ſexta.reliquę vero per parietẽ colũnæ earũq; ornamẽta ex tẽplorum lineamẽtis ducebãtur.Inter has colũnationes & ꝓxime ſuperiores hoc intereſt:ꝙ in illis ab angulo ad angulũ tota parietis lõgitudine:cũ in imo baſis tum & in ſũmo torques & nextrulũ colũnę ſub trabe perducit̃.Id non fit vbi plures colũnę adpactæ ꝓminẽt.Tametſi fuerint qui baſis lineamẽtũ eſſe iſtic toto operi veluti in tẽplis circũduxerint. Intra quadrangulũ hũc parietũ ambitũ ſeſe attollebat rotundũ & cõſpicuum opus eminẽs amplius q̃ parietes iam poſiti parte diametri ſui nihilominꝰ dimidia: nihilo plus tertia bis.Eiuſq; rotũdi latitudo ex maximo iſtius quadrangulæ areę diametro capiebat nihil minus dimidiã:nihil plus ſextã quinquies. Plurimi quintã occuparũt ter:iterabãtq; rotunda quadratis : & viciſſim ſecũdo quadrato alterũ rotũdum quibꝰ dixi rationibus ſuperimponẽtes ad quartã vſq; aſtructionẽ:et ornabãt quæ hactenus receſuimus.Non deerant per molẽ ipſam aſcẽſus com-

modiſſimi:et ſacellorũ religiones : et præſurgentes a pariete in præcelſum colũnationes : et inter columnas ſtatuarum decus et tituli aptis locis diſpoſiti et collocati.

¶De ſepulchrorũ titulis notis et ſculpturis. Ca.IIII.

SEd iã venio ad titulos. Eorũ fuit vſus et multiplex et variꝰ apud veteres. Nõ.n.ſepulchris ſolũ:ſed et ſacris ædibus et priuatis etiã domibꝰ habebãtur: Inſcribebant inquit Simacus/ faſtigijs tẽpli noĩa deorum quibus dicaſſent: noſtri ſacellis cui et quo eſſent annorũ tẽpore dicata inſcribere aſſueuerãt. Quod mihi vehemẽter placet. Et ne ſit hoc quidẽ ab re/ cũ appuliſſet Cizicũ Crates philoſophꝰ: atq; paſſim priuatorũ ædibus inſcriptos verſiculos hoſce inueniret: Natus Iouis fortiſſimꝰ vir Hercules hic habitabat: intret hanc domũ nihil mali; irriſit: ſuaſitq; potius inſcriberent. Hic pauptas habitat. Hanc.n. omne mõſtri genꝰ prõptiꝰ et validiꝰ abacturã q̃ Herculẽ. Sed tituli quidẽ erunt aut ſcripti: quos epigrãmata nuncupabant: aut notati ſignis et imaginibꝰ. Sepulchris Plato verſus nõ plus quattuor ſcriberẽt edicebat. Atqui tu media mihi (inquit ille) carmen pone columna: Sed breue: quod currẽs vector ab vrbe legat. Et certe nimia prolixitas cũ alibi tũ maxime in his perq̃ odioſa eſt. Aut ſi tandẽ paulo prolixior eſt: omnino ſit elegans dictũ: habeatq; in ſe quod animũ moueat ad pietatẽ/ miſericordiã: ad gratiã: quod ve legiſſe non pœniteat/ et mandaſſe memorie/ et pronũciaſſe iuuet. Laudat illud Omeneæ. Si pẽſare aĩas ſinerent crudelia fata: Penſarem pro te cara Omenæa libens: At nunc/ quod ſupereſt/ fugiã lucemq; deoſq;: Vt te immatura per ſtyga morte ſequar. Et alibi. Aſpicite o Ciues ſenis Ennij imaginis vrnam Qui veſtrum pinxit maxima facta patrum Nemo me lachrimis decoret nec funera fletu Faxit cur? volito viuus per ora virum Ad ſepulchra eorũ qui apud Termophilas occidere Lacedemonij inſcripſerant. Hoſpes nuncia lacedemonijs nos hic iacere dũ eorũ iuſſa ſequimur. Neq; etiã aſpernabimur ſi quid habebit lepiditatis miraculũ. Heus viator: hic vir et vxor non litigãt. Quæres qui ſumus: non dicam. At ehodum ipſa dico: hic Belbius balbus me Brebiam peppã nuncupat. Oe coniũx etiam defuncta garris? Iſtiuſmodi perplacent. ¶Notas litterarũ maiores ære inauratas marmoribus affigebant. Aegyptij ſignis vtebantur

Cratẽ philoſophi celebre dictum.

Epigramma q̃lia eſſe debẽt

Attende lepidum epigramma.

Hieroglyphica.

hunc in modũ. Nã oculo deũ: vulturę naturã: ape regẽ: circlo tẽpus: boue pacem & eiuſmodi ſignificabãt: dicebantq́ quibuſq́ ſuas tm̃ litteras notas eſſe: & futurũ olim/ vt earũ cognitio penit⁹ pereat: vt apud nos Etruſcos euenit per Etruriã ex oppidorũ ruinis & buſtuariis defoſſa vidimus ſepulchra litteris vti oẽs ſibi pſuadebãt inſcripta Etruſcis. Earũ notæ imitanť Græcas: imitãtur etiã latinas: ſed qd moneãt intelligit nemo. Itaq́ et cæteris fore futurũ vt eueniat id æque autumãt. Suũ autem adnotãdi gen⁹ quo iſtic Aegyptij vterẽtur toto orbe terrarũ a peritis viris quib⁹ ſolis digniſſime res cõmunicãdę ſint pfacile poſſe interpretari. Hos pleriq́ imitati varia ſepulchris aſculpſere.

Diogenis ſepulchrum.

Ad ſepulchrũ Dyogenis cynici colũna erat erecta: in qua ex pario lapide canẽ impoſuerãt.

Archimedis ſepulchrũ a Cicerone repertum.

Sepulchrũ apud Syracuſas Archimedis vetuſtate neglectũ vt vepib⁹ obrutũ: ſuiſq́ incognitũ ciuib⁹ Arpinas Cicero ſe inueniſſe gloriabatur coniectura ex chylindro & ſpherula: quã vidiſſet inſculptã eminẽti quadã in colũna.

Simandi ſepl'chrũ.

Ad ſepulchrũ Simãdi Egyptiorũ regis ſculpta ei⁹ erat mater ſaxo cubitorũ viginti: tria regia inſignia ſupra caput geſtans: quo oſtẽdebat filiã vxorẽ & matrẽ fuiſſe regis.

Sardanapali ſepulchrũ.

Sardanapali Aſſyriorũ regis ſtatuã ſepulchro appoſuere manus collidentẽ plauſu atq́ ſubſcripſerãt. Tarſum Archileũq́ cõdidi die nõ ampli⁹ vna. At tu mi hoſpes agedũ comede & bibe cũ feſtiuitate/iocoq́: quãdoquidẽ cætera q̃ hoim ſunt haud quaq̃ hoc digna ſunt id eſt plauſu. Itaq́ iſtiuſmodi notis & ſignis illi quidẽ vtebãtur. Noſtri vero latini clariſſimoꝝ virorũ geſta ex primẽ ſculpta placuit hyſtoria. Hinc colũnæ: hinc arc⁹ triũphales/hic portic⁹ referti picta/ſculptave hyſtoria. Sed in his non niſi digniſſimarũ/grauiſſimarũq́ rerũ velim monumẽta mandes. De his hacten⁹ dixim⁹. Terreſtres vias aquarũ traiectiones iiſdem gaudebũt reb⁹: q̃ & viis terreſtrib⁹ pbenť. Sz qñ maritimis atq́ nõ nihil etiam treſtrib⁹ viis ſpecula debeať: de ea trãſigẽdũ eſt.

## ¶ Speculæ & earũ ornamẽta. ſtructuræ/ſacella/nodi parietes/colũnæ/gradus/ignes/& imagines. Caput. V.

Speculæ.

PRæcipuũ afferũt ornamentũ ſpeculæ: vbi aptis locis poſitę & lineamẽtis pmodis eductę ſint. Qd ſi erunt etiã nõ rariſſimę: illę qdẽ ſeſe pcul viſendas pſtabũt cũ dignitate. Nõ tñ pximã ab hic ad annos ducẽtos ætatẽ laudo: quã habuit cõmunis quidẽ morbus turriũ aſtruẽ-

darũ etiã minutis ĩ oppidis. Nemo paterfamilias turre potuiſſe carere viſus eſt. Hinc paſſim ſilue ſurgebãt turriũ. Sunt q̃ putent aſtro mouẽte etiã hoĩm animos variari: ad annos abhinc ccc. vſq;. cccc. tãtus viguit feruor religionis vt nati hoĩes viderẽtur nõ aliã ad rem magis q̃ ad ſacras ędes aſtruẽdas. Nõ dico plus. Romę p hos dies tametſi de numero plus parte dimidia corruerint ſacra ſupra duo milia etiã quingẽta luſtrauim⁹ tecta Aut quid hoc eſt quod videm⁹ certatim totam Italiã innouari? Quãtas vrbes totas aſſerulis cõpactas pueri videbam⁹: q̃s nũc marmoreas reddidere? Redeo ad ſpeculas. Nõ hic refero quod apud Herodotũ legim⁹: ſpeculã fuiſſe in medio tẽplo ad Babylonẽ: cui⁹ baſis quaq; verſus ſtadiũ adimpleret integrum: ſtructuriſq; cõſtaret octo alteris in alteris ſuperimpoſitis. Quod quidẽ opus laudabo in ſpeculis. Structurę enĩ in altum iſtic aceruatæ ad gratiã atq; ad firmitatẽ faciũt: quãdoquidẽ earũ teſtudinationibus cõcatenationes ita interſerant: vt parietes belliſſime cõtineãtur. Specula erit aut quadrãgula aut rotũda: in vtriſq; altitudo latitudini reſpõdeat ex quota neceſſe eſt. Quadrãgula cũ gracilis futura eſt/ lata fiet ex ſexta ſuę altitudinis: rotũda quater habebit diametrũ in altitudine: craſſiſſima quę futura eſt ſi erit quadrãgula: fiet lata nihil plus q̃ ex quarta ſuæ altitudinis Si rotunda diametrũ habebit ter. Craſſitudini parietis ſi erit illa quidẽ ad cubitos alta quadraginta dabis nihil minus pedes quattuor. Si ad cubitos vſq; fiet quinquaginta/ tũc ei pedes dabis quinq;. Inq; cubitos ſexaginta/ dabis ſex. At deinceps pari gradatione proſequere. Atqui hæc quidem puris ſimplicibuſq; ſpeculis debentur. Sed fuere qui ſpeculis ad mediũ altitudinis porticum adiecerint extrinſecam colũnis expeditis: & fuere qui porticum hanc ad cocleã lineam circũduxerint: et fuere qui totam porticibus quaſi coronis cinxerint: & qui totã ſculptis animalibus conueſtierint. In his columnationum ratio a cæteris publicis operibus nõ deuiabit. Verũ licebit omnia ad gracilitatem deducere præter põdus aſtructionis. Sed ſpeculam qui volet tutiſſimam cõtra vim tẽpeſtatis/ & aſpectu iucũdiſſimam facere: ſuperadijciet quadratis rotũda/ at rurſus quadrata rotundis: deducetq; gradatim opus/ vt ex colũnarũ ratione gracileſcat. Deſcribã qualẽ fore decentiſſimam arbitremur. Principio mę deſcri quadrangulæ ex area ſurgẽt crepidines: earum altitudo capiet ptio.

Attende authoris digreſſũ.

Specula Babylonica mirabilis.

Speculæ decentiſſi

totius ꝓceritatis quę in opere a ſummo vertice vſq; ad imum pedē futura ſit decimā. Latitudo habebit iſti⁹ ipſius ꝓceritatis quartā. Colūnę ꝑ parietib⁹ ad ſingula crep dinis latera binę in medio: & ſingulæ ꝑ angulis appingētur ſuis cū ornamētis diſtinctæ: vti mox dixim⁹ in ſepulchris. In crepidine iſtiuſmodi adſiſtet̄ quadrāgulū veluti ſacellū cui⁹ amplitudo capiet altitudinē crepidinis bis. Altū fiet ęque atq; latū: appingēturq; huic columnę extrinſec⁹ quales in tēplis dixim⁹ tertio gradu & itē quarto/atq; item quinto. Sacella deinceps apponētur rotunda Erūt igit̄ rotūda ſacella hęc numero tria: & ea nos ab arundinibus ducta ſimilitudine appellabim⁹ nodos. Nodorum igit̄ ſingulorū altitudo fiet quāta cuiq; ſit latitudo: addita inſuper latitudinis ei⁹ ipſius duodecima. Quā partē eſſe nobis ꝓ ſocco volumus: latitudo autē ducetur a quadrangulo infimo ſacello qd̄ in prima crepidine cōſtitutum ſit hūc ſcʒ in modū. Latus enim ſacelli iſtius quadrāguli in partes diuidet̄ duodecim: ex his abiecta parte vna id quod reſiduū ſit/dabis ꝓximo primo nodo. Rurſuſq; nodi huiuſce primi diametrū diuidito in partes itidē duodecim: exq; partibus his nodo ſecundo partes dabis vndecim. Tertium vero nodū pari ratione ex ſui vndecima gracilio rem efficies q̄ ſecūdas. Hac gradatione aſſequemur id qd̄ in colūnis pleriq; docti veteres probarunt/vt ſit truncū operis imo in pede craſſius ex quarta q̄ in vertice. Nodis colūnę cū ornamentis appingentur nihilo plus octaua/nihil minus ſexta. Tum & nodo cuiq; atq; itidem ſacello aptis locis adaperiētur feneſtræ et ſcafi cum ornamētis quæ illis debeātur. In feneſtra apertionis vacuum non plus capiet q̄ dimidiū intercolūnij ſui. Sext⁹ ſummus gradus operis iſtac in ſpecula qui quidē ſupra tertiū quem dixi nodū apponetur: quadrangulū erit opus: & ſtatuet̄ eius altitudo atq; item latitudo: vt tertiā diametri ipſius ſupremi nodi nō plus capiat q̄ bis. Huic ornamento erunt ſolū colūnæ angulares adpactæ pilis: quib⁹ teſtudo incūbat. Aderunt & trabs & capitula/& iſtiuſmodi ornamenta. Sed media parietis iſtius ſpacia fient veluti in quadriuijs peruia. Septimo et vltimo gradu excitabitur nudis atq; expeditis columnis quaq; vndiq; peruia porticus rotunda. Columnarū erit longitudo cum ornamētis/quāta & in area iſtac ſit diameter. Diameter vero ipſe ex amplitudine ſacelli ſub ſe ſtatuti quartā capiet ter. Tectū

Nod⁹ in ſpecula/ quid.

imponet huic ipſi colũnationi circulari ſphericũ. ¶In ſacellis vero quę quidem erũt rectilinea & quadrangula/ſurgent in angulis extremis criſtæ. Earũ tanta erit ꝓceritas: quãta eſt ſub ſe coronæ faſciæq; & ima trabis altitudo. Primo in ſacello quadrangulo qđ in imo ſupra crepidinem ſit ſpaciũ medianum ex tota extrinſeca ſui amplitudine capiet octauam quiquies. Sed apud veteres illud perplacuit regis Ptolomei ad inſulam pharum: qui ad nocturnos nauigiorũ vſus ignes in ſublimi ſpecula cõſpicuos haberi iuſſit penſiles & continuo deambulantes: nequid flãmæ a longinquo ſydera eſſe putarẽtur. Mobiles etiã imagines monſtrantes qua parte orbis ventus applicet: quave cœli regione ſit ſol: et quãtum diei peregerit iſtic pulcherrime facient ad rem. Hactenus de his. ptolomei ſpecula.

¶Vrbium viæ digniores: vt portæ/portus/pontes/arcus/triuia fores adornantur. Caput. VI.

SEquitur vt intra vrbẽ ingrediamur. Sed ſint viæ quędam multo digniores q̃ quidem eſſe natura ſui et intra vrbẽ & extra vrbẽ poſſunt: vti ſunt quæ in tẽplũ baſilicam ſpectaculumve ducant. De his igitur prius ¶Legimus Eliogabalũ latiores & digniores huiuſmodi vias ſtrauiſſe ſaxo macedonico atq; porphiritico. Laudat apud hyſtoricos via: qua apud Bubaſtim Ęgyptiam vrbẽ iretur in tẽplum. Erat enĩ directa per forũ/et inſtrata lapidibus egregijs. Eius latitudo plectra implebat quattuor. Hinc atq; hinc vaſtiſſime virebant arbores. Apud Hieroſolymam fuiſſe refert Ariſteus arduos per vrbẽ tranſitus elegãtes per quos patres digniores q; honeſtius incederent. Id quidem vel ea maxime de re: ne quid ſacra ferẽtes profanoꝝ cõtactu pollueretur. Celebris etiã eſt apud Platonẽ via a Gnoſio in antrũ & ſacellũ Iouis cupreſſata. Cõperio inter cęteras apud Romã duas fuiſſe huius generis vias longe digniſſimas admiratione. Vnã a porta ad baſilicam vſq; Pauli ſtadia circiter quinq;. Alteram a ponte ab baſilicam vſq; Petri pedes. MMD. opertam porticu ex marmoreis columnis & plũbea tectura. Ornamẽta hæc vijs huiuſmodi mirifice cõueniunt. Sed redeo ad militares. ¶Viarũ quidẽ & earum quæ extra vrbẽ ſint & earũ quæ intra vrbem ſint/caput & quaſi terminus quidã eſt terreſtribus porta maritimis niſi fallimur port⁹. Ni forte ſit ea quidẽ ſubterranea: quales Ęgyptijs Eliogabalus. Vię olim ſtructura mirabiles.

Thebis fuiſſe prędicāt vt per eas reges exercitus emitterēt/ nul
lo id oppidanorum ſentiente. Quales etiam apud Peneſtrū in
latio plurimas fuiſſe cōperio ſuffoſſas a monte ſummo vſq; ad
plana miro artificio. In earum vna Mariū obſidione preſſum
interiſſe ſcribūt. Ex eo qui vitā ſcripſit Apollonij viā inueni di
gnam memoratu. Nam Meda inquit mulier apud Babylonē
viam lapide aſtructam et bitumine perduxit latam ſub flumi-
minis alueo: qua ſicco iretur pede a regia ad alteram domū e re
gione tranſfluuiū poſitā. Sed liceat nō omnia græcis credere
Portæ. hiſtoricijs. Redeo ad rem. Portæ ornabūtur nō ſec⁹ atq; arcus
Portus. triumphorū: de quib⁹ mox dicturi ſum⁹. Portū ornabunt pro
ductæ circū porticus crepidine hirta ſpatijs laxe: et prominens
celebre ſpectatūq; tēplū: et pro tēplo fori amplitudo patula: et
ipſis in faucib⁹ coloſſi: quales cū cæteris in locis pluſculis/tum
et apud Rhodum: quo loci Herodē tris appoſuiſſe prædicant.
Celebratur apud hiſtoricos moles in Samo ad portū exagge-
rata quā fuiſſe ferunt orgias altam viginti: et ad duo intra ma-
re ſtadia extenſam. Itaq; iſtæc ornabunt portum: ſi facta erunt
arte eleganti: materia non vulgari: Atq viam quidē intra vr-
bem præter id q̄ recte conſtratam et omnino mundiſſimā eſſe
oportet belliſſime ornabūt porticus lineamētis pariles: et hic
atq; hinc mutuo coæquatę dom⁹ ad lineam et libellā. Sed vici
ipſius partes quibus egregie ornamenta debeantur ſunt hæc.
Pons. Pons: triuiū. Spectaculum vero haud aliud quippiam eſt/q̄ fo
rus gradibus circumſeptus. ¶ Incipiā igitur a ponte/ quando
is potiſſima eſt pars viæ. Partes pōtis ſunt pilæ/arcus/et inſtra
tura. Sunt etiā pontis partes via media: qua iumenta reptant:
et hinc atq; hinc decurſoria: quibus togati vadant: et pro late-
Pōs adriani. ribus ſpondæ: aliquib⁹ etiā tectū. Quale romæ ad pontē oīum
præſtantiſſimum Adriani opus dignum memoratu: cui⁹ etiā
vt ita loquar cadauera ſpectabam cū veneratione. Steterat.n.
illic tectum columnis excitatū quadragintaduob⁹ marmoreis
opere trabeato tectura ænea, ornatu mirifico. Pontē æque atq;
latam viam efficiemus. Pilæ fiēt inter ſe numero & amplitudi-
ne cōpares. Earum craſſitudini dabitur apertionis tertia. Pro-
ræ in pilis producentur aduerſus vim aquæ quoad operi dimi-
diam latitudinem pontis adijciant: emergentq; vſq; ſupent al-
luuiones: Puppis itidem æque producetur: Non tamē dedece-

bit ſi quid erit ea quidē minus acuminata et quaſi retuſa. Placebitq; ſi ex prora puppiq; anterides firmitudinis gratia ad pontis latera ſubſtinēda in altū præſurgēt: quaꝝ craſſitudo in imo nihil minus occupet latitudinis pilæ q̄ tertiā bis. Arcꝰaptionū totis extabunt capitibꝰ ex aqua. Eorū lineamēta ex ionica aut potius ex dorica ducent̄ trabe: fientq; craſſi ex totius apertiōis in magnis pontibꝰ nuſq̄ minus q̄ ex quinta et decima. Pro ſpōda pontis firmitudinis gratia diſponentur ad lineā et libellam arulæ quadrangulæ: in quibꝰ etiā ſi libeat colūnas excites tecti ſuꝑ adducēdi gratia. Spondaꝝ erit altitudo cū ſocco et cimatio pedes quattuor. Spatia inter aras complebis p'uteo. Arulis et pluteo cimatiū erit gulula: aut potius vndula per totā ſpondæ lineam ꝓducta. Cimatio par imo ſoccus reſpondebit. Decurſoria quæ ſm mediam pontis viam ad ſpondam mulierū et peditum gratia adiecta ſint vno atq; itē altero adſtabunt gradu celſiora/q̄ ipſa iſtæc via media quæ iumētorū gratia ſilice inſternatur. Colūnarū altitudo cū ornamētis erit quanta et pontis latitudo. Triuiū et forū ſola differunt amplitudine. Puſillū nimirum eſt forū triuiū. Iubebat Plato ad triuiū haberēt ſpatia: vbi nutrices cū pueris cōuenirent/eſſentq; vna. Credo id quidē quo et pueri validiores redderētur vſu auræ liberioris: et nutrices laudis ſtudio eſſent lautiores: et minus inter tot eiꝰ ipſiꝰ rei obſeruatrices errarēt negligētia. Certe ornamēto erit et triuijs et foro/ ſi aderit elegās porticꝰ: ſub qua p̄res ꝓſidētes aut meridient: aut mutua inter ſe officia præſtolent̄. Adde ꝙ ludibūdā et certātem ſpatijs laxioribus iuuentutem patrū præſentia ab oī laſciuientis ætatis improbitate et ſcurrilitate deterrebit. Forū aliud argētariū: aliud olitoriū: aliud boariū: alid lignariū et huiuſmōi: quibꝰ et locus in vrbe et propria debentur ornamenta: Sed argentarium eſſe omniū præſtantiſſimū conuenit. Forum græci quadratū conſtituebant: porticibus ampliſſimis et duplicibus circuibant: columnis et trabibus lapideis ornabant: ſupraq; in contignationibus ambulationes faciebant. Apud noſtros Italos fori latitudo tertiam bis habebat longitudinis: et ꝙ ex vetere inſtituto illic gladiatoria munera ſpectarentur: rariores ad porticum columnæ ſtatuebantur. Circaq; ad porticū argentariæ tabernæ adigebātur: et ſupra in coaxationibus meniana/et quæ ad vectigalia publica ſeruirent parabantur. Hæc

Triuium

Forum.

illi. At nos forū etiā probabim⁹/ cui⁹ area duo cōpleat q̄drata portic⁹ et quæ circa aſtruent̄ certis dimenſionib⁹ ad ſubdiualē areā reſpōdeant cōdecet: ne quid aut vaſtior appareat ſi depreſſa circūaderunt ædificia: aut arctior nimiū alta ædificiorū ſeptus aceruatione. Percōmoda erit tectorū altitudo: quæ fiat ex tertia latitudinis fori: aut nihil minus demū q̄ ex duodecia bis

Porticus forenſes. Exaggeratas eſſe porticus velim ex q̄nta ſuæ ipſi⁹ latitudinis. Atqui latitudo quidē erit q̄ta et columnis altitudo. Colūnationis lineamenta ex baſilica ducentur. Sed in his coronæ faſcia et trabs ſimul partē colūnæ capiēt quintā. Quod ſi primas in cōtignationes etiā alteras ſuperaſtruere colūnatiōes iuuabit: fient illæ quidē graciliores breuioreſq; q̄ primæ ex quarta. ſubtendeturq; aggerationis inſtar ſocc⁹: cui⁹ altitudo capiat aggerationis infimæ dimidiā.

Arcus triumphal. ¶ Sed quod foroſq; triuiaq; maiorē in modū exornent ſunt arcus ad fauces viarū ſtatuti. Eſt. n. arcus veluti perpetuo patens porta. Inuentū quidē arcū arbitror ab his qui imperiū propagarint. Nā hi quidē inquit Tatius ex vetere more pomeriū quoq; ampliabant. Quod feciſſe Claudium prædicāt. Ergo aucta vrbe antiquas portas vtilitatis gratia ſeruandas ducebāt cū alias ob res: tū fortaſſis etiā vt eſſent in aduerſis caſibus cōtra irrūpentiū hoſtiū vim tutiores. Deinceps q; opus id celeberrimo ſtaret loco: ea re illic captas ab hoſte exuuias et notas victoriæ deponebāt. Inde cept⁹ ornari arcus eſt: adiectiq; et tituli et ſtatuæ et hiſtoria. Arcum aptiſſime aſtruemus illic: vbi via in plateā aut forū terminabit: et præſertim via regia. Sic. n. appello viā quæ ītra vrbē oīm digniſſima eſt. Atqui arc⁹ quidē nō ſec⁹ atq; pōs tris hēbit itiones peruias Mediā qua miles. Hic vero atq; hic quib⁹ matres: ſuiq; victorē exercitū redeūtē ad patrios deos cōſalutādos comitent̄: et ouātib⁹ plaudāt ac cōgratulēt̄. Vbi arcū ædifices areæ linea quæ ſecundū viā ſit/ dimidiū habebit ei⁹ lineæ: quæ q̄dē trāſuerſā viā a dextris ad ſiniſtrā interſecet. Et iſti⁹ trāſuerſæ lineæ lōgitudo nihil capiet min⁹ cubitos quiquaginta. Op⁹ hoc maxīe pōtib⁹ ſimile eſt. Sed cōſtat pilis nō pl⁹ q̄tuor: aptionib⁹ trib⁹. Ex areæ linea breuiore hoc eſt quæ ſm viam eſt/ octaua ad latus areæ q̄d forum ſpectet et rurſus ad alterū poſti ū lat⁹ areæ itidē octaua relinquet̄ vt eā occupēt arulæ: q̄b⁹ colūnæ ad arc⁹ excitabunt̄. Areæ vero altera linea quæ ꝓlixior ē/ hoc eſt quæ trāſuerſā ad

viam obducitur/octo in modulos diuidet̃:ex quibꝰ duo dabũtur apertioni mediæ:ſingulis vero pilis et itẽ ſingulis collateralibus apertionibꝰ ſinguli dabuntur moduli. Pilarũ quidem latera mediana quæ ad perpẽdiculũ vſqꝫ ad medianæ ipſiꝰ aptionis arcum ferendũ tollent̃ modulos fiẽt alta duos addita et parte moduli tertia. Eadem erit ratio laterũ attollendorũ in reliquis duabꝰ collateralibꝰ aptionibꝰ. Ad ſua.n.ſpatia ſimili dimenſione referent̃. Teſtudo puijs aptionibꝰ erit fornix. Ornamẽta quæ pilis in ſummo ſub arcu et fornice extendẽtur capitulũ imitabuntur doricũ:ſed habebũt lancis operculiqꝫ loco coronices prominẽtes opere corynthio aut etiã ionico:et ſub corona colli inſtar expeditam habebit faſciam. Subinde quod in ſummis colũnarũ ſcapis adiungitur / torquẽ habebit atqꝫ nextrulũ. Tota iſtæc ornamẽta ſimul collecta fiẽt ex nona altitudinis pilæ. Rurſus nona iſtæc pars in particulas minutas diuidet̃ nouẽ:quarum ſupremas quiqꝫ dabis coronæ:tris dabis faſciæ: vnã vero dabis torqui et nextrulo. Inflexa trabs hoc eſt arcus qui pro fronte vergitur craſſitudine ſui capiet apertionis nihil plus duodecima.nihil minꝰ decima. Colũnæ cõtra medias frõtes pilarũ appingẽtur legittime atqꝫ expedite:ponẽturqꝫ ſic/vt ſupremo ſcapo æquẽt apertiõis verticẽ:lõgitudine autẽ ſui diſtendent q̃tum eſt aptionis medianæ laxitas. Sub colũna ſubigetur baſis arulaqꝫ et ſoccus: ſupraqꝫ columnã capitulũ ſeu corynthium ſeu italicum: ſupraqꝫ id trabs faſcia et corona ionica aut corynthia. Singula hæc ſuis aptiſqꝫ expedientur lineamentis:de quibꝰ ſupra tranſegimꝰ. Supra columnationes iſtiuſmodi excreſcent alæ nouiſſimi ſupaſtructi parietis vſqꝫ addãt opi etiam dimidiam eius quod eſt a baſi infima ad extremã lineam ſuæ coronæ. Huiꝰ ſuperadiecti parietis altitudo in partes diuidetur vndecim. Ex his ſuprema dabit̃ puris coronis nulla aut faſcia aut trabe ſubſtituta: et in imo pars vna et dimidia dabit̃ ſocco:qui quidẽ habebit ornamẽtum in verſam vndulã ex tertia ſuæ altitudinis. Statuæ in capitibꝰ trabiũ/ qui ſeſe ex opere ad columnas prehẽdendas porrigunt expedite locabunt̃:habebuntqꝫ ſub pedibꝰ arulam æque craſſam atqꝫ colũna in imo eſt Statuarũ altitudo tota cũ arula ex vndeci iſtiuſmõi ptibꝰ parietis iſtiꝰ capiet. viij. Iu ſuprema demũ operis ſpõda preſerti qua forũ ſpectet quadrigæ et maiores ſtatuæ et animãtia et huiuſ

modi rerum ſimulachra diſponētur. Eis ſubſtituetᷓ pro ſocco vbi acquiſcant murulus triplo alt⁹ q̄ eſt operis proxima et cōtigua ſub ſe corona. Statuarū altitudo quę vltimo et ſupremo iſto in loco apponētur priores quas colūnis impoſueram⁹ ſtatuas excedēt nihilo plus ſexta: nihil minus nonabis. Per frōtes parietū locis idoneis tituli et ſculptæ hiſtoriæ ad cruſtabūtur ſpatiis diffinitis cū circulo tū et quadrangulo. Itione autē peruia vſq; ad dimidiū parietis: in quē fornix mediana incumbat: hiſtoriæ ab illius medio ſupra ponentur bene: ab illi⁹ vero medio infra propter illutationes illæ quidē nō recte habebuntur. Pilis pro ſocco ſubſtituetur grad⁹ alt⁹ nō plus cubitū et ſemis / nequid axis rotarū abtergat: fietq; decuſſatus inuerſa vndula. Vndula vero fiet ex quarta altitudinis ſocci. De his quoq; hactenus.

¶ De ſpectaculis theatris et curriculis adornādis quantaq; ſit eorum vtilitas. Caput. VII.

Spectacula. Epimenidis de ſpectaculo ſententia Moyſis ſtatutū.

VEnio ad ſpectacula. Epimenidem ferūt eū / qui in ſepulchro annos ſeptē et quinquagita obdormiuerit cum Athenis locū ludorū aſtruerēt / increpaſſe ciues dixiſſeq;. Ignoratis quidē hic loc⁹ quātarū cauſa cladiū futurus ſit: id vbi intelligeretis / dentib⁹ diſcerperetᷓ. Et noſtros non audeo improbare pontifices morūq; magiſtros / ſi cōſulto ſpectaculorū vſum prohibuere. Moyſem laudāt / qui vnico in tēplo gentē omnē ſuorū cōuenire ſolēnib⁹: et comeſſationes ſtatutis temporib⁹ inter ſe cōcelebrare inſtituit. Quid ego hunc ſpectaſſe aliud dixeri præter hoc vt vellet cōciliis et cōmunione ciuiū miteſcere aios: atq; ad amicitiæ fructū patiores reddere? Sic cenſeo maiores noſtros nō magis feſtiuitatis iucūditatiſq; gr̄a in vrbib⁹ ſpectacula cōſtituiſſe / q̄ vtilitatis. Et profecto ſi rē dilıgēter penſitabim⁹: multa occurrēt cur iterū atq; iterum indoleas: tā præclarū vtileq; inſtitutū iā tū pridē obſoleuiſſe. Nam cū ſpectaculorū alia ad oblectamenta pacis et ocii: alia ad ſtudia belli et negocii cōperta ſint: in altero quidē certe ingenii mentiſq; vigor et vis excitatᷓ / aliturq;: in altero animi

Archades ludorū inuentores.

viriūq; robur et firmitas mirifice adaugetᷓ. In vtroq; certa et cōſtās via ineſt: quæ maiorē in modū ad patriæ ſalutē et dec⁹ faciat. Archades ꝙ eſſent vita auſteri et duri / quo ciuiū aios mitigarēt / ludos inueniſſe predicantᷓ: quos poſtea qui dimiſerit ita

animis duruiſſe meminit Polibius:vt tota græcia execrabiles haberentur. Sed ludorũ alioqui peruetus memoria eſt:varijq; fuiſſe auctores perhibẽtur. Nã Dyoniſiũ quidẽ ſaltationẽ et ludos principio inſtituiſſe ferunt. Herculẽ etiã auctorẽ fuiſſe certaminũ cõperio. Tũ agonẽ apud olympũ excogitatũ atq; inuẽtum ab Aetholis et Epeis poſt reditionem a troia predicant. Apud grecos Dyoniſiũ Lẽneũ qui prim⁹ tragœdiarũ choros inuenerit:primũ etiã et ſpectaculorũ ſedes cõſtituiſſe referunt. In Italia primus.L.Mũmi⁹ theatrales ludos in triũpho edidit annis ante Neronẽ principẽ ducentis: migrarũtq; in vrbẽ hiſtriones ab Aetruſcis. Equorũ certamina a Tyrijs:oĩſq; fere ludorũ reliqua varietas ab Aſia extitit ad Italos deportata. Ludos ego bonã illã poſteritatẽ quæ Ianũ ſignabat in ære facile crediderĩ ſpectaſſe ſub fago aut ſub vlmo ſtantẽ. Prim⁹ ſollicitos inquit Naſo/feciſti Romule ludos: Cũ iuuit viduos rapta Sabina viros. Tũc neq; marmoreo pendebãt vela theatro. Nec fuerant liquido pulpita rubra croco. Illic quas tulerãt nemoroſa palatia frõdes Sĩplicit' poſitæ:ſcæna ſine arte fuit. In gradib⁹ ſedit popul⁹ de ceſpite factis: Qualibet hirſutas frõde tegens comas. Ferũt tamẽ yolaũ Ipſiclei filiũ primũ inſtituiſſe gradibus extructas ſedes in Sardinia iſula:cũ ab Hercule Theſpiadas accepiſſet. Sed ex vetere more lignea tũ primũ fiebãt theatra. Qui et ea re incuſarũt Põpeiũ : q̄ ſpectaculi ſedẽ poſuiſſet: nõ vt ãtea ſubitarijs gradib⁹ ſed manſuris. Poſtea ad id deuenere vt intra vrbẽ theatra maxima haberẽtur tria: et ãphitheatra cũ alia plura:tũ id quod hominũ milia caperet pl⁹.cc.et circũ oĩm maximũ. Cũcta hęc q̃drato lapide/et marmoreis columnis iſignia. Adde q̄d hmõi nõ cõtẽti etiã tparia ſpectacula marmore et vitro et ſignoꝝ copia ĩcredibili excitarũt. Spectacl'ꝫ ad id vſq; tẽpus oĩm capaciſſimũ p̄ bellũ Octauiani arſit apud placẽtiã vrbẽ gallię. Sꝫ de his hacten⁹. ¶ Spectaculoꝝ alia ad ociũ alia ad negociũ ſpectãt. Cõiũcta ocio quæ oblectẽt ſunt poetæ/muſici/hiſtriões. Quæ vero ad rẽ belli ſpectãt/ſũt lucta/pugil/cæſt⁹/ iacula/ curricula et ſiq̃ ſunt armorũ præludia iſtiuſmõi: quæ hẽri quotannis iubebat Plato: q̄ ad reipu. ſalutẽ et vrbis dec⁹ mirifice cõferãt: varia iſtis debẽtur opa:varijſq; pinde noĩbus nũcupãtur. Nam cũ ſint quidẽ alia in quib⁹ poetæ/ comici tragici et eiuſmodi verſentur: hæc nos theatra dignitatis gra-

Varij variorũ ludorũ iuẽtores.

Verſus. Ouidiani de ludis.

tia appellabimus. Alia vero in quib⁹ ingenua iuuētus curricu
Circus. lis/biga/quadrigaue exerceaт̄: hic Circ⁹ appellabiт̄. Alia demū
Amphi- in quib⁹ venationes cōclusis feris habeātur: hoc Amphithea-
theatrū. trū diceт̄. Spectacula fermę oīa ſtructā cornibus ad bellū aciē
imitantur: conſtantq́ area mediana: in qua ludiones/pugiles/
iuga & eiuſmodi exerceātur: & gradationib⁹ in quib⁹ ſpectato-
res cōſideāt: ſed differūt lineamento areę. Nam ex his id quidē
cui⁹ forma ſeneſcēti lunę ſimilis eſt theatrū nuncupaт̄. Cū autē
in oblōgū cornib⁹ protēdeт̄: ea re Circ⁹ diceт̄: ꝙ in eo & bigę &
quadrigę metas certādo circuant. Atqui in his quoq́ certamen
nauale habebaт̄ aqua imiſſa alibi ex riuo: alibi ex aquę ductu.
Sunt qui dicāt veteres inter enſes & flumina tali ſeſe ludo ſoli
tos exerceri: eaq́ re Circēſes nominatos. Et ludoꝶ iſtoꝶ fuiſſe
Monag⁹ Monagū neſcio quē apud Helidē aſię inuētorē. Quę vero duo
ludorum bus theatris iunctis frōtibus cōcludebaт̄/caueā nuncupabant:
inuētor. qđ ipſum opus Amphitheatrū diciт̄. Spectaculis in primis lo-
Cauea. ca perq̄ ſaluberrima captentur opus eſt: nequid aurę graues &
ſoles/cęteraue q̄ primo receſſuimus libro offendāt: & pręſertim
theatrū: qđ mēte Auguſto poetas et vmbratiles/leueſq́ animo
rū delitias quęrat popul⁹ oīno eſſe a ſole auerſum atq́ obte-
ctum oportet. Nā intra ſtructurę ambitū circūimpreſſus radi⁹
corpora excoqueret: & humorib⁹ iferuefactis facile in morbos
inciderēt. Sonorus etiā ſit locus neceſſe eſt & minime ſurdus:
et habeat cōuenit porticus/aut iunctas operi: aut ꝓximas: qui
Theatri bus ſeſe populus a repētinis imbrib⁹ tēpeſtateq́ recipiat. Plato
partes. theatri ſedē ꝓbauit intra vrbē: equorū curricula extra vrbem.
Theatri partes hę ſunt expeditū ſinus areę medianę ſubdiua-
lis. circūq́ aream hāc ſubſelliorū gradationes: & ꝓ faucib⁹ ex-
aggetū opus pulpiti: vbi quę ad fabulā pertineāt coaptentur.
Et in ſupremo ambitu porticus & tecta: quib⁹ vox diffuſa con
tineaт̄/fiatq́ ſonorior. Sed theatra gręca a latinis differebāt ea
re ꝙ illi coros & ſcęnicos ſaltatores media in area perducentes
pulpito indigebāt minore: noſtri ꝙ totis ludionib⁹ fabulā age
rent in pulpito. Id ea de re habere laxius voluere. In hoc oīes
cōuenere: vt principio emiciclum in area circūſcriberent: emici
cliq́ cornua ꝓducerent. Sed ita alij rectis lineis/alij flexis. Qui
rectis vtebātur lineis: eas ꝓducebāt ęquidiſtantes inter ſe vſq́
adderēt cornib⁹ emicicli quātū eſſet diametri quarta. Qui vero

flexis vtebantur lineis illi quidē integrū perſcribebant circulū: exq̃ ītegro cicli ambitu quartā partā adimebāt. Quod igiť reſiduū eſſet theatro relīquebāt. Poſitiſ areæ limitib⁹ gradatiões ſubſellioꝝ expediebanť. Prīcipio ſtatuebāt quā eſſe altas gradatiões vellent: ex earumq̃ altitudine quantum ſpatij in imo eſſent occupaturæ diffiniebant. Theatra pleriq̃ omnes alta efficiebant q̃tum eſſet area mediana. Depreſſioribus.n. theatris compertū habebant voces dilabi atq̃ euaneſcere: præaltis roborari et duri⁹ exaudiri. Sed inter elegantes fuere qui iſti⁹ areæ partē quintā dederint altitudini theatri quater. Ex iſta totius operis altitudine nuſq̃ occuparunt gradationes min⁹ q̃ dimidiā: aut pluſq̃ tertiā bis. Gradibus ſubſelliorū alij dedere latitudini dimidiā altitudinis bis: alij dedere latitudinis quintā altitudini bis. Nos id opus deſcribem⁹, quod omni ex parte fore abſolutiſſimū et probatiſſimum arbitramur. Fundamenta. n. extrema gradationū hoc eſt parietū quib⁹ deſinat ſuprem⁹ conſcenſus gradationū iacietur tā lōge a cētro emicili, quantū erit ipſius areæ medianæ ſemidiameter addita parte ipſi⁹ illi⁹ tertia Primi ad cōſcendēdū grad⁹ non ab ſolo areæ medianæ inchoabuntur: ſed illic ad prima hoc eſt ad infima gradationū initia maximis in theatris extolleť altus paries ex nona ſemidiametri areæ medianæ: vt inde inchoantes grad⁹ ſeſſionum onſcendat: in minoribus vero extolletur pedes nihil minus ſeptem. Gradus iſti coſtituentur alti pedē vnum et ſemis: lati quoq̃ & ſemis et pedes binos. Sed gradibus teſtudinabuntur itiones cōpares et cōmoderatæ directe partim in aream medianam: partim vt indè ſupremas gradationes conſcendas, eruntq̃ numero ex laxitate quoad eas theatri amplitudo poſtularit. Sed ex his ſeptem erunt itiones primariæ in cētrum directæ atq̃ oīno expeditæ: et diſtabūt earū ingreſſus inter ſe parib⁹ interuallis: earūq̃ itionū vna erit cęteris apertior in medio emicicli ambitu cōſtituta. Quā ego apertionē regiā nūcupo ꝙ per eā regia pducať via. Vnaq̃ itē itio ad caput diametri dextrū: altera ad ſiniſtrum: Binæ autē ſubinde hinc: et cōtra binæ alteræ hinc per emiciclum intermediæ itiones cōſtituentur. Inter haſce quidē etiam alij meatus habebuntur quales et q̃multos theatri ābit⁹ patietur. Totas gradationes ſubſelliorū veteres in maximis theatris diuidebant in partes tris: circūducebantq̃ ſingulis di-

Gradus.

Itiōes.

uiſionibus gradum illic duplo cæteris latiorem: qui quidem ſuperiores grad⁹ ab inferiorib⁹ quaſi interiecta circuitiõis area la diſſepararet. In haſce igitur/ vt ſic eas appellẽ/ perſectiões cõſcenſus per ſubteſtudinata gradationũ cõfluebant. Aduerti aliquibus in theatris præclaros architectos et bene ꝯſultos artifices prouidiſſe: vt ad ſingulas primarias itiones adiũctæ eſſent hinc atq; hinc ſcalæ inteſtinæ: quarum altera cupidiores et agiliores hirto et feſtino aſcenſu cõtinuatis gradib⁹ in altũ cõuolarent. Aliæ vero ſcalæ caſtigatiores paterent/ haberẽtq; areas interiectas et refractiones quib⁹ matronæ et grandæui ſeſe lento ferrẽt gradu: atq; inter conſcendẽdũ interquieſcerẽt. Hæc de gradationib⁹. Cæterũ pro faucib⁹ theatri coaptabãtur exaggerata ſpatia: quo loci verſarenť perſonati: qui fabulã agerent: et qb⁹ erat in locis cõſuetudo: vt patres et magiſtrat⁹ certo & digniſſimo loco ſegregati a plebe cõſiderẽt/ puta ipſa in area me-

**Pulpitũ.** diana ſubſellijs poſitis ornatu elegãti. Fiebat tũ quidẽ pulpitũ tam amplum: vt in eo ludiones et muſici: et qui choros agerẽt multo maiorẽ nõ deſiderarẽt: Eius ipſi⁹ pulpiti area ad centrũ vſq; emicicli ſeſe proferebat: exaggerabaťq; pedes nõ pl⁹ q̃nq; quo ſenatores ex plano geſt⁹ oẽs artificũ belliſſime cõſpectarent. Quib⁹ vero ex vſu non veniebat vt area mediana togatis occupareť: ſed tota ſaltatorib⁹ et cõcinẽtib⁹ cõcedereť / pulpiti area fiebat puſillior. Verũ celſi⁹ exaggerabatur vſq; interdũ ad cubitos ſex. Atqui ornabať quidẽ hæc pars in vtriſq; colũnis et cõtignationib⁹ alteris in alterã poſitis ex domorũ imitatione: habebatq; aptis locis fores valuaſq; vnã medianã veluti regiã ornatu tẽplorũ: et in proximo alias: quib⁹ proſcæniti actores progrediendi et ſeſe recipiendi adit⁹ haberẽt: prout fabularum

**Poetarũ triplex genus.** actus poſtularẽt. Cũq; in theatro triplex poetarũ gen⁹ verſaretur. Tragicũ/ qui tyrãnoꝝ miſerias recitarent. Comicũ/ q̃ patrũ familias curas et ſollicitudies explicarẽt. Satyricum/ qui ruris amœnitates/ paſtorũq; amores cantarẽt. Non deerat vbi verſatili machina e veſtigio frõs porrigereť expict⁹: et appareret ſeu atriũ/ ſeu caſa/ ſeu etiã ſylua: prout ijs condicerẽt/ fabuliſq; agerentur. Itaq; et area: et gradatiões: et artificũ ſcænicorũ pulpita erant itiuſmõi. Vnã ex primarijs in theatro partib⁹ vocũ et ſonorũ cõfirmandorũ gratia inuentã diximꝰ eſſe porticũ. Hæc ſupremis erat poſita gradationibus et aptionib⁹ colũnationũ ſpe

ctabat aream theatri medianam. De hac dicēdū eſt. A philoſo phis.n.ſic acceperant aerē percuſſu vocis et ſonit⁹ fractiōe mo⸗ ueri orbib⁹ nō ſecus atq; aqua in ciclos moueatur: cū quippiā repente emerſerit.intelligebantq; veluti in cythara et veluti in conuallib⁹ præſertim nemoroſis ſonūq; vocēq; multo reddi ſo noriorem et clariorem: vbi tumeſcētes (vt ſic loquar) motionū orbes quippiā offenderint: quod radios vocis a cētro exeuntes veluti imiſſam ad parietē pilā ſiſtat atq; ab ſe repellat. Ex qua reiectione orbes illi ſpiſſiores ꝯfirmatioreſq; reddātur. Hic igi tur moti theatra principio ad ciclū eſſe ducēda inſtituerunt. Et ne quid vox interea offenderet quo minus libero fluxu ſupre⸗ ma theatri corriperet/ grad⁹ ita poſuere/ vt eorū porrectos āgu los omnes eadē recta linea contegeret: ſupremoq; in loco gra⸗ dationū quod maiorē in modū cōferret/ porticū adiunxere ſpe ctantē (vt dixi) areā medianā theatri: cui⁹ frōs apertionib⁹ eſſet prorſus expeditiſſimus. Poſtica vero eius portic⁹ pars contra apertiones intercolūnioꝝ penit⁹ eſſet obcluſa pariete perpetuo Tū et quaſi pro ſocco opis ſubcolūnationib⁹ etiā parietis ſpō dā ſubexcitabāt: quo extumeſcētes vocū orbes cōcogerent: q̄s quidē ex porticu dēſatus illac aer molliſſime exciperet: itegraſq; pleno appulſu nō reuibraret: ſed poti⁹ refirmaret. Adiiciebātq; præterea cū vmbræ fouēdæ cauſa / tū et vocū gr̄a ſupne tpariū velum pro cœlo theatri: qđ quidē ſtellis circūallaqueatū diſten ſumq; vmbra ſui ex ſublimi areā medianā vna et gradationes et ſpectantes coopiret. Atq habebat iſta quidē portic⁹ plurimū artificij. Namq; iſti⁹ vni⁹ ſubſtinēdæ gr̄a ſub ea ſubſtituebātur in aliæ et colūnatiōes et portic⁹ in exteriorē theatri partē patētes fiebantq; in maxīs theatris duplices: ne forte ſi qn̄ imber vēto acriore actus et tēpeſtas inſurgeret per eas portic⁹ perambulā tes aſpergerent. Erantq; aptiones et colūnatiōes primis iſtiuſ modi ſubſtitutis porticib⁹ non q̄les in tēplis recenſuim⁹ aut in baſilicis: ſed ope ſolido et pariete firmiſſimo ductis lineamētis ex arcu triūphorū. De his igit̄ inferiorib⁹ quæ ſupremarū cauſa fiant/ pri⁹ dicēdū eſt. Apertionū in his porticib⁹ talis eſt ratio/ vt cōtra ſingulas itiōes quib⁹ petas areā medianā theatri ſin⸗ gulæ obiiciātur aptiones. Tū apertiōes has etiā aliæ certis or⸗ dinib⁹ comitent̄ neceſſe eſt. Singulaſq; aptiones cōuenit altitu dine latitudīe oībuſq; deniq; lineamētis et ornamētis inter ſe

Attende.

Porticus in Thea⸗ tro.

alterę alteris reſpōdeant. Etiā oportet vt peruia lōgitudinis la
xitas ꝑ ipam porticū ſit quātū eſt apertionis vacuū inter pilas.
Cōuenit etiam pilę ipſæ iſtic murales ſint ex dimidia vacui ſuę
apertionis. Quas oēs res ſolerti induſtria diligētiſſime curaſſe
officij eſt. Ceterū colūnę nō vti in arcub⁹ triūphalibus extātes
expeditę: ſed ꝑ medijs frōtibus pilarū adpactę apponent/ſub
ſtituēturq; arulæ colūnis ex ſexta altitudinis colūnationis. Cę
tera ſequētur ornamēta vti in tēplis. Altitudo vero cū totis or
namētis colūnaꝝ & coronę fiet ex dimidia perpēdiculi intima
rum gradationū. Itaq; duos habebit ordines iſtiuſmodi colū
nationū extrinſecarū/quarū ſecūda teſtudinatio ſummā ęqua
bit altitudinē gradationū: ad quā quidem altitudinē ex libella
coęquabit etiā pauimētū portic⁹ eius/quā dixi introrſum areā
ſpectare medianā theatri lineamentū areę theatri imitaf veſti
giū preſſum pede equino. His peractis ſubaſtituet ſupma por
ticus. Eius frons atq; colūnatio nō vti ſub ſe ſubſtituta quas re
cēſuimus ab extrinſeco recipiēt lumina: ſed cōtra vti de ea pri⁹
Circūual diximus ſpectabit areā medianā theatri: hoc opus nos cū ea re
latio The fiat ne voces dilabātur ſed cōcogātur/plenioreſq; remittātur/
atri qd. circūuallationem appellabim⁹. Hui⁹ circūuallationis altitudo
ter capiet dimidiā altitudinis primæ colūnationis extrinſecæ
partes quidē habebit haſce. Parietē colūnis ſubſtitutū: hūc nos
partē ſuggeſtū appellabim⁹: & capiet is paries ex tota circūual
lationis altitudine/quę a ſupremis gradib⁹ theatri ad ſui tecti
operimēta ſit in theatris maximis nihil plus tertiā in minori
bus nihil min⁹ quartā. In hoc pariete ſtabūt colūnę ſuperinſti
tutę & capiēt lōgitudine ſui cū baſibus/capituliſq; tantū ex to
ta altitudine circūuallationis/quātū ſit ei⁹ ipſi⁹ dimidia. Haſce
ſupra colūnas veniēt ornamēta et vna qđ baſilicas imitef/præ
ſurget alamentū parietis ſuper colūnas inducti. Qui quidē pa
ries ſextā ſibi totius circūuallationis partē reſiduā occupet alti
tudine. Colūnæ iſtic erūt expeditę ductis lineamētis earū ex ba
ſilica. Numero æquabūt colūnas quę in porticu extrinſeca ad
pactę ſint: inq; radijs eiſdē ſtatuētur. Radios appello rectas li
neas ductas a cētro theatri ad ſingulas colūnas exteriores. In
pariete autē circūuallationis q colūnis ſubſtitutus ſit: quē eun
dem ſuggeſtū appellam⁹/adaperiētur vada infimis itionib⁹ in
theatro ad perpēdiculū reſpōdentia: aptiſq; iſtiuſmodi & parili

bus locis formabũtur ſcafi: quibus ſi libeat ænea vaſa inuerſa pendeãt: vt eorũ percuſſu vox cũ eo appulerit reddať ſonorior Hic illa Vitruuij nõ ꝓſequar: quæ ex muſicoꝝ partionib⁹ ſumpta ad quorũ rationes p theatrũ diſponi præcipiebat vaſa quæ principales/& medias/& ſuperexcellẽtes voces atq; cõſonãtes referrẽt: dictu quidẽ res perfacilis: ſed qua id aſſequi re in promptu ſit/nouere experti. Illud tñ nõ aſpernabimur: qđ etiã Ariſtoteli perſuadeť. Vaſa quæuis vacua etiã & puteos cõferre vt reſonet vox. Redeo ad porticũ ipſam circũuallationis. Hęc quidem portic⁹ parietẽ habet poſticũ integrũ: quo quidẽ tota vallatio circũclaudiť: nequid eo appulſæ voces effundãtur. Ad cuius parietis cutim extimã Theatri quæ ad venientes ſpectet appingẽtur ornamẽta colũnarũ numero altitudine et perpẽdiculis/& iſtiuſmodi partib⁹ reſpõdentes ſubſtitutis colũnationib⁹ quæ ſub ſe in porticib⁹ ꝓ fronte ſunt. Ex his quę dicta ſunt in prõptu eſt quib⁹ in reb⁹ Theatra maxima differant a minorib⁹ Nãq; in illis quidẽ extrinſeca porticus in imo dupla eſt: in his autẽ ſimpla. Rurſus in illis nõ niſi ſecũda porticus extrinſeca operi attolliť: in his etiã tertia imponiť. Hoc etiã differũt q̄ aliquib⁹ in theatris puſillis nõ intima porticus adhibeť: ſed ſolo pariete & coronis circũuallatio aſtruiť: vt habeat iſtic vim coronæ ad voces firmãdas: qualẽ in maximo theatro habet circumuallatio & ei⁹ porticus. In maximis vero aliquibus theatris ſuperna iſtæc ipſa portic⁹ poſita duplex eſt. Cæterũ theatris protecto ſubdiualia pauimẽta cruſtãtur faſtigianſq;/ita vt ſtillicidia in gradationes ꝓcliuẽtur. Sed cõceptarũ pluuiarũ riuuli p impluuia inter angulos parietũ ſorbẽtur: occultiſq; fiſtulis demittũtur in cæcas cloacas. Circa ſummã extrinſecã theatri coronã ſedes & mutuli coaptãtur: quib⁹ ad ludos publicos ornãdos nauales mali inſtituti funiculos & loramẽta ſuperextenſi veli excipiãt atq; cõtineãt. Sed cũ tãta moles ſtructuræ ſit ad iuſtam altitudinẽ tollẽda craſſitudo iccirco parietis oneri ferẽdo apte finiẽda eſt. Fiet ergo extremus paries primis colũnationibus craſſus ex pte quĩta & decima toti⁹ futurę altitudinis operis. Interſtitutus vero inter ambas portic⁹ paries qui alteram ab altera porticu ſeparet: cũ erũt porticus duplices cedet exteriori ex quarta. Deinceps qui parietes his ſuperexcitabũtur cedent ſuis inferioribus ex craſſitudinis eorũ duodecima.

Attende

Quid íter ſe maxĩa et minora theatra differant.

## De Amphitheatri Circi/ambulationū/ſtationū/& minorū iudicū litigioſæ porticus ornamentis. Caput. VIII.

*Amphitheatrū.*

HActenus de his diximꝰ theatris. Sequit̄ vt circum & amphitheatra explicemꝰ. Iſtiuſmodi oīa ex theatris emanarūt. Nā eſt quidē circꝰ nil fere aliud q̄ theatrū ꝓductis cornibꝰ in extēſum lineis æquidiſtātibꝰ: ſed porticꝰ adiūctas nō habet natura ſui. Amphitheatrū vero duobus cōſtat theatris iūctis gradationū cornibꝰ inter ſe ambitu ꝑpetuo. In hocq; differūt ꝗ eſt quidē theatrū veluti pars amphitheatri dimidia. Differūt etiā ꝗ areā habet amphiteatrū mediam vacuā pulpitis ſcęnicis atq; penitꝰ expeditā. In cęteris vero pręſertim gradatione atq; etiā porticu itionibuſq; eiuſmodi cōueniūt. Amphitheatrū venationū gratia in primis poſitū interpretamur: eaq; de re placuiſſe rotūda facere: quo illic cōcluſa & vexata fera cū nuſq̄ inueniret angulū vbi ſeſe reciperet promptius a cōcertātibus ꝓmoueret̄. Eo enī imittebātur qui miris modis cōtra beluas ferociſſimas decertarēt. Intra quos alij ſaltu et haſtę adminiculo obuiū taurū ſeſe in altū attollētes fallebāt. Alij armaturā ex ſtimulis cānarū induti ſeſe vltro vrſis attrectādos ꝑbebāt. Alij archa hoſtiolis peruia crebris flexionibus ſeſe ſubterducētes leonē irritabāt. Alij pallio & malleo ferreo cōfiſi inſultabāt. Deniq; ſiquid cuiq; aut ex ingenio inuētū ad fallendū: aut ex animi viriūq; firmitate aderat præſtātiæ ad ſubeūdum in medio periclitabātur/ꝓut quiſq; aut præmia/aut laudē appetēdā inſtituiſſet. Cōperio etiā in theatris atq; amphitheatris ſolitos principes populo ſpargere poma & demittere auiculas: quibꝰ raptoꝝ rixę pueriles excitarent̄. Amphitheatri area mediana & ſi a duobꝰ iūctis theatris circūuallet̄ non ea tñ re penitꝰ oblōga fiet qđ fieret ſi ꝓducta amborū theatrorū brachia in opus venirēt. Sed habebit latitudinis lineā certa ratiōe ductā ex areæ lōgitudine. Fuere apud maiores q octauā lōgitudinis dederint latitudini ſepties. Fuere & qui tertiā latitudinis dederīt lōgitudini q̄ter. Cętera ꝓſecuti ſunt vti in theatris. Nā circū quidē extrinſeca porticus: & in ſuprema itidē gradatione porticꝰ quā eādem circūuallatione appellauimus adhibita eſt.

*Lege hic ludos āphitheatrales.*

*Circus.*

Sequit̄ Circus. Hūc ex cœleſtiū imitatione inſtitutū referūt. Nā ei quidē a domicilijs cœli quoq;.xij. adeſſe hoſtiorū ingreſſus ex planetaꝝ numero.vij. impoſitas habere inſignes mętas

terminoſq; ad orientē adeſſe atq; ad occidentē lōgo inter ſe tra=
ctu diſtātes: quo bigę & quadrigę per media circi ſpacia vti ſol/
vtive luna p zodiacū diſcurrētes certēt: exq; horarum numero
miſſilib⁹ pfici quattuor & viginti. Certātes itidē q̄ttuor ſecerni
claſſib⁹: & ſuū ſingulis adeſſe veſtib⁹ colorē: virentē/ quo herbi
dū anni tēpus: roſeū/ quo ęſtatis ignitū aerē/ albū/ quo expalle
ſcentē autūnū: fuſcū: quo triſtē hyemem ſignificarēt. Ad circos
area mediana erat nō expedita vti in amphitheatro: neq; vti in
theatris occupata pulpitis: ſed per lineā longitudinis/ q̄ in duo
curricula hoc eſt in duo media latitudinē areæ diuideret/ aptis
locis metę excitabātur: quas certātes/ ſeu quadrupedes/ ſeu vi=
ri circuirēt. Metę autē erant p̄marię tris: earꝫ mediana erat oīm Metę cir=
digniſſima/ eratq; quadrāgula & ꝓcera ſenſim graciliſcēs. Eaq; cenſes.
re q; ita graciliſcat obeliſcū nūcupabāt. Duæ reliquæ metæ erāt
aut coloſſi/ aut criſtę lapideę ſurgētib⁹ in altū roſtris ꝓut eas ar
tifices ad venuſtatē & grām deformaſſent. Inter vtraſq; hinc bi
nę atq; hic itidē binę ſeu colūnæ/ ſeu minores metę interpone=
bātur. Romæ circū maximū cōperio apud hyſtoricos lōgū tria
fuiſſe ſtadia: latū vnū: is hac ętate dirut⁹ eſt: & qualis fuerit ne
minima quidē apparet cōiectura. Sed alibi ex dimēſionib⁹ ope
rū ſic cōperio. Aſſueſſe veteres areā circi medianā facere latam
nihil min⁹ cubitos ſexagita: lōgā vero quoad latitudinē cape=
ret ſepties. Latitudo i ptes diuidebat̄ geminas coæq̄les/ lineaq;
in lōgū ꝓducebat̄: in qua metę cōſtituerentur ſic. Nā eā ipſam
lōgitudinē diuidebāt in partes ſeptē: vnā dabāt anfractui: quo
ex dextro curriculi ſpacio in ſiniſtrū curriculū certatores ꝓpter
metā vltimā inuergerent. Deinceps vero alias metas per eādē
lineā ita diſponebant: vt per lōgitudinē circi ęquis inter ſe ſpa
cijs diſtarēt: & caperent totius lōgitudinis ſeptimā quinquies.
Ducebaturq; a meta ad metam veluti crepido alta pedes nihil
minus ſex. Duo illa hinc & hic curriculi ſpacia ita diſcriminās/
vt ſiue iugati/ ſiue ſingulares equi certantes declinarēt illi qui=
dem quo trāſuerſum flecterent non haberēt. Adiungebāturq;
lateribus circi hinc atq; hinc gradationes nihil plus q̄ ex quin=
ta: nihil minus q̄ ex ſexta totius latitudinis areæ medianæ. Et
gradus earū a crepidine inchoabant vti in amphitheatr s ſpe=
ctatorum gratia: ne quod in ſe a beſtijs periculum incurreret.
¶ Inter publica etiam opera ſunt ambulationes: quib⁹ iuuen= Ambula
tiones.

tus pila/ſaltu et armis tractãdis exerceatur: Patres autẽ deambulatione/ aut ſi valitudinarij ſint geſtatiõe recõfirmenĩ. Sub diuo aiebat Celſus phyſic⁹ cõmodi⁹ exercemur q̃ in vmbra: ſed quo cõmodi⁹ etiam vmbra id poſſent portic⁹ adiũgebanĩ quibus areã circũcluderẽt. Areamq; ipſam alij marmorib⁹ et teſſellato inſternebãt: alij viridãtia obijciebãt aſpectui: cõplebantq; myrtho iunipero/citro/et ciparıſſo. Huic opi portic⁹ a trib⁹ laterib⁹ erant ſimplices et admodũ amplæ/ vt porticib⁹ fori adderẽt nonã bis. Quarto aũt a latere quod meridiẽ ſpectaret porticus fiebat longe ſpatioſiſſima et dupla. Pro fronte habebat colũnas doricas altas ex altitudine portic⁹. Colũnas anteriores quibus porticus anterior ab iteriore diſcriminaretur celſiores facere iubebãt q̃ primarias ex quinta ferendi columnas ac diſpluuiandi tecti gratia. Eaq; nimirũ de re fieri ea docuit ionicas/ q̃ natura ſui celſiores ionice ſint q̃ doricæ. Sed non video in his porticibus cur cœlũ tecti coequatũ vtrinq; ad libellã fecıſſe non liceat: ad gratiã certe condiceret. At in vtriſq; colũnationibus craſſitudo colũnarũ ſic finiebatur. Nã in doricis quidem imæ colũnæ craſſitudo altitudinis ſuæ integro cũ capitulo et baſi quintãdecimã capiebat bis. In ionicis autẽ atq; corynthijs dabatur craſſitudini colũnæ in imo vna ex octo et dimidia partibus quas integer columnę truncus caperet: cætera diffiniebantur vti in tẽplis: adiungebãturq; extremo parieti porticus perq̃ digniſſimæ ſeſſiões: qb⁹ togati et philoſophãtes digniſſimis de reb⁹ diſputarẽt. Sed ex his erãt ſeſſiões aliæ æſtiuæ/aliæ brumales. Nã qua parte boreas aquilo ve perflaret/ æſtiuas adhibebãt. Brumalib⁹ autẽ ſoles lætiſſimos captabãt imunes vẽtis. Ea re brumales concluſe integris adſtabãt laterib⁹: æſtiuæ ſublato pariete hinc atq; hic/ quo tecta ſubſtinerẽtur: aduerſus vero boreã extabãt feneſtris vel poti⁹ colũnatione propatulæ: mare mõtes/ lacum: et quas vis amœnitates liberrime ſpectantes: q̃tumq; poterãt lummis admittẽtes. Ad dextram autẽ ambulationis porticũ atq; itidem ad ſiniſtram adiungebantur itidem aliæ ſeſſiones ab extrinſecis ventis circũtectæ: quæ ſolem matutinũ poſt meridianũq; ſuſciperẽt ex cœlo areæ medianæ. Seſſionũ quidem iſtarũ lineamẽta erant varia. Namq; aliæ producebantur ad emiciclũ: aliæ ad rectas lineas: vtræq; ad aream et porticũ aptis reſpondebant dimenſionib⁹. Latitudo operis

totius dimidium habebat longitudinis. Diuidebatur latitudo
in partes octo: dabanturqꝫ areæ medianæ ſubdiuali partes ſex:
porticib⁹ autē ſingulis ſingulæ. Vbi autē ſeſſionē ad emiciclum
producebāt: tunc ei⁹ diameter bis quītam partē areæ ſubdiua-
lis capiebat. Sed paries poſticus in porticu fiebat ad ſeſſionem
ipſam peruius apertionibus. Altitudo emicicli iſti⁹ ſeſſionis in
maximis operib⁹ tanta erat quanta et latitudo. At in minori-
bus habebat quartam latitudinis nihil minus quinquies. Su-
pra tectum porticus ad frontē emicicli et ſeſſionis apertiones
feneſtrarum eminebant: quibus intra emiciclū ſoles exciperen
tur: atqꝫ locus abūde illuſtraretur. Sin aūt quadrangulæ ſeſſio
nes adiungebantur: tunc fiebant duplo latiores q̄ porticus: et
longitudini quoqꝫ dabatur duplex latitudo ſui. Longitudinē
iſtic appello / quæ ſm̄ porticum extenditur. Ergo ingredienti-
bus in ſeſſionē eius lōgitudo a dextris protendit̄ ad ſiniſtram Porticus
a dextris in ſiniſtram ſit. ¶Eſt etiā inter publica opa porticus litigioſa
litigioſa minoꝝ iudicū quam ſit efficiebāt. Earū amplitudo ꝓ minorū
vrbis et loci dignitate habebatur minime modica: erantqꝫ ad iudicum
porticum iunctæ cellæ in ordinē cōtiguæ quibus de cōſident'ū
arbitrio negocia finirentur. Quæ hactenus dixi maxime publi
ca eſſe videbantur: quod in his et plebei et patricij paſſim ac li-
bere cōuenirēt. Sed ſunt quoqꝫ publica nōnulla: quæ non niſi
primarijs ciuib⁹ et publicum negociū gerentib⁹ pateāt: vti eſt
comitium / curia / ſenatuſqꝫ. De his nobis dicendum eſt.

## ¶De comitiorum ſenatuſqꝫ curijs adornandis: lucis etiā et na tatorijs libris / bibliothecis / ſcolis / ſtabulis / nauiū ſtationib⁹ / in ſtrumentiſqꝫ mathematicis vrbes exornari. Ca. IX.

PLato comitiū haberi tēplo ſtatuebat. Romæ comitio Comitiū
rum proprius erat dicatus locus. Apud Ceraunia cō
ſitus arboribus lucus Ioui dicatus aderat. Quo loci
Achei de repu. cōſultaturi cōuenirēt. Aliæ perplures
ciuitates medio in foro conſulebāt. Romanis ſenatū cogere ni
ſi augurato loco non licebat: et maxime templis cōueniebant.
Poſtea curias habuere: et curias duorū eſſe generū aiebat Var- Curiarū
ro: alteram vbi rem ſacerdotes curarēt diuinā: alterā vbi ſena- duo gña.
tus humanas moderaretur. Quid autē cuiqꝫ propriū ſit / nihil
habeo certi: ſed ſic poſſumus interpretari: hanc templo / illam
baſilicæ ſimiliorem futuram eſſe. Erit igitur ſacerdotum curia

teſtudinata: ſenatoria vero curia opta cõtignatione. In vtriſq̧ rogati cõſultatores verba habituri ſunt: vocũ idcirco ratio habenda. Adeſſe ea de re oportet quod vocem non ſinat altiꝰ diffluere/ et maxime in teſtudine / nequid durius in aurẽ retonet. Venuſtatis nimirũ atq̧ in primis vtilitatis gratia coronæ pieti bus appingẽtur. Quadrangulas ex veterũ operibꝰ effectas curias annotaui. In teſtudinatis habetur paries altꝰ æque atq̧ eſt operis lata frons/ adempta illiꝰ parte ſeptima teſtudine fornicea obteguntur. E regione hoſtij introeuntibꝰ patet tribunal: cuius ſagitta partẽ capit cordæ tertiã. Hoſtij latitudo ſeptimã occupat illius parietis partẽ apertione. Circa dimidiã parietis altitudinẽ addita etiam dimidiæ octaua prominẽt extantes coronæ cum faſcia trabe et colũnis: quas alij plures alij pauciores poſuere prout cõfertis aut diſpanſis delectati ſunt: ducta colũnationũ ratiõe ex porticu tẽplorũ. Supra coronas dextra atq̧ ſiniſtra in pariete ĩ ſcafis ſtatuæ et q̃ ad religionẽ faciãt collocabuntur. Sed pro frõte operis in pariete ad parẽ cum ſcafis altitudinẽ duplo lata feneſtra q̃ altior adapiebatur colũnellis duabus interſtitutis: quibꝰ ſuperliminare aſſideat. Itaq̧ huiuſmõi erit pontificia. Senatoria quidẽ curia ſic fiet. Latitudo areæ capiet lõgitudinis tertiã bis: altitudo ad trabes tecti erit quãta ſit areæ latitudo addita parte ipſius latitudinis quarta. Circa parietẽ coronæ appingentur ſic. Nã altitudo quidẽ a cõtignatiõe diuidetur in partes nouẽ: ex quibꝰ dabitur pars vna ſolido: qđ ſit pro crepidine: et podio: in quo excitẽtur colũnæ. Hãc ſolidi parietis partem occupabũt ſubſelliorũ renes. Quod autẽ reliquum erit ſupra id diuidetur in partes ſeptem: ex his partes dabis integras quattuor colũnationibus primis: in haſce primas imponentur alteræ: quibus trabs regia et ornamẽta quæ ſequũtur habebuntq̧. Columnationes tam primæ q̃ ſecũdæ ſuas habebunt baſes/ capitula/ et coronas/ et eiuſmõi: quales baſilicis deberi diximꝰ. Eorum ĩterualla ad dextrum atq̧ itẽ ad ſiniſtrũ parietẽ numero fiẽt ĩpari: et maxime vno: ſpatia erunt cœqualia. In frontibꝰ vero interualla fient non plꝰ tria: ex quibꝰ medianum cæteris erit latiꝰ ex quarta. Per ſingula interualla ſeu colũnarũ ſeu mutulorũ quæ ſupra medianas coronices ſint/ fient feneſtræ. Eſſe enĩ oportet curias huiuſmodi illuſtriſſimas. Ponenturq̧ ſub feneſtris plutei/ vti in baſilicis diximus. Atq̧

feneſtrarum quidem ornamenta quæ illis pro frõte in ſummo
pariete ſint non excedẽt celſitudines columnarum proximaꝝ
præter capitula. Altitudo autẽ apertionis feneſtrarum diuide-
tur in partes vndecim: ex his dabũtur latitudini partes ſeptẽ.
Quod ſi amotiſ colũnis mutulos capitulorũ loco ponere libue-
rit: tunc his vtemur lineamẽtis: quibus in portis vterẽtur ioni
ci. Perpendebunt igitur hic/quales illic auriculæ. Eorũ hæc eſt
ratio. Mutulorũ ipſorũ latitudo fiet quãtũ fuiſſet in columna-
tionib⁹ ſupremus columnæ ſcapus amota torquis et nextruli
prominentia. Pendebitq; q̃tum fuiſſet altitudo corynthij capi-
tuli amoto capituli opculo. Prominẽtia mutuli iſtius non ex-
cedet cimatiũ trabis regiæ. ¶Habuere etiã pleriſq; in locis cũ
ad neceſſitatẽ tum ad voluptatem nonnulla quæ ornamẽtum
reciperent: et vrbẽ digniorem redderent. Perpulchrum fuiſſe
apud Achademiã lucũ dijs ſacratum referunt: quẽ excidit Syl
la ad aggerẽ contra Athenas extruendum. Alexander ſeuerus
adiunxit thermis ſuis nemus: thermiſq; antonianis egregias
addidit nationes. Agrigentini ſtruxere ex victoria Zelonis cõ-
tra Charchedonios narrationẽ ſtadiorũ ſeptem: profundã cu-
bitos viginti: ex qua etiam vectigal caperent. Apud Tyburtum
publicam et celebrem fuiſſe bibliothecã memini me legiſſe. Li-
bros Athenis publice poſuit Piſiſtratus primus. Xerſes eam li
brorum copiã in Perſas aſportauit. Seleucus reſtituit. In Egy
pto Ptolomei reges bibliothecam habuere voluminũ ſeptin-
gentorũ miliũ. Sed quid publica miremur? In Gordianorum
bibliotheca libros fuiſſe ad. lxij. M. cõperio. In agro laodiceo
templo Nemeſis maxima cõcelebrabatur medicorum ſchola a
Zeuſide conſtituta. Apud Carthaginẽ ſcribit Appianus ſtabu
la fuiſſe elephantorũ trecenta. et ſtabula itẽ equorũ. cccc. et na-
ualia quæ caperent naues. ccxx. et armamẽtũ/et horrea/et vbi
pabula exercitus conderent atq; ſeruarent. Vrbem Solis quam
Thebem nuncupant/ ſtabula habuiſſe publica centum ampli-
tudinis tantæ vt ſingulis ſub tecto equi ducenti haberentur.
In Propontide inſula cizico duo erant portus. In medio erant
naualia: ſub quorum tectis naues haberentur ducentæ. Apud
Pyreum armamẽtarium Philonis opus celebre/ et ſtatio erat
inſignis nauium quadringentarum. Naualia ſtruxit Dyoni-
ſius ad portum Syracuſarum partita ædificijs centum ſexa-

Nota hic pulchra vrbium quõdam ornamẽta.

Bibliothecæ olĩ copioſę.

Schola medicoꝝ

Stabula elephantorum/ Itẽ et alia ſcitu nõ indigna.

ginta: quibus ſingulis binę caperētur naues: & armamētū quo paucis dieb⁹ plus centū viginti ſcutorū & incredibilē gladiorū vim congeſſit. Apud Sithicū Spartanorū nauale extitit ſtadiorū plus centū ſexaginta. Itaq; iſtiuſmodi varia apud varios fuiſſe cōperio. Sed qualia eſſe oporteat nihil habeo pręcipuū qd referam: niſi vt qd in eis ad vſum futurū ſit ex priuatis excipiat: qd vero ad dignitatē atq; ornamētum eſſe futurum velis: id ex publicorū rationib⁹ vſurpet. Hoc nō prętermittā bibliothecis ornamēto in primis erūt libri & plurimi et rariſſimi: pręſertim ex docta illa vetuſtate collecti. Ornamēto etiā erūt mathematica inſtrumēta cū cætera tū ſimilia: quæ feciſſe Poſſidoniū ferūt. In quib⁹ ſeptē planetæ ꝓprijs motib⁹ mouebātur. Quale etiā illud Ariſtarchi: quē in tabula ferrea orbis deſcriptionē et prouintias habuiſſe prędicāt artificio eleganti. Et Tyberius quidē recte imagines veterū poetarum bibliothecis dicauit. Quæ ad publica ſpectarēt opera exornāda ferme oīa mihi videor abſoluiſſe. Dixim⁹ ſacra/diximus ꝓfana diximus tēpla/porticū/baſilicas/monumēta/vias: portū triuia/foros/pōtem/arcum/theatra/curricula/curias/ſeſſiones ambulationes/& eiuſmodi vt pręter thermas nihil ampli⁹ reſiduū ſit in quo verſemur.

Poſſidonius mathematicus egregius.

¶ De Thermis/earum cōmoditatibus et ornatu.

Caput. X.

Thermę.

THermas fuere qui vituperarint/ꝗ effœminare corpora arbitrarētur. Alij ita ꝓbarūt/vt ſepties die lauarentur. Noſtri veteres medici curādis corporib⁹ lauacro intra vrbē extruxere thermas cōplures impēſa incredibili. Inter cætera Heliogabal⁹ thermas fecit locis multis: ſed niſi ſemel in ſingulis lauari ſe paſſus eſt: mox lot⁹ diruit: ne ex vſu balnea haberet. Apud me nondū ſatis cōſtat priuatum ne magis opus ſint an publicū. Certe quātū videre licet ex vtriſq; miſtū eſt. Inſunt enī multa ducta a priuatis: & multa itē ducta a publicis ædificijs. Thermarū opus cum ampliſſima indigeat area vrbis partes occupabit nō celeberrimas/neq; itē neglectiſſimas: eo enī & patres & matronæ munditiæ gratia cōueniūt. Thermarū tecta circuūt platee: plateas vero concludit ſeptum parietis minime depreſſi. Nec niſi certis/aptiſq; locis ingreſſus præbetur in plateas. Sed tectis mediū eſt quaſi centrū ædis atriū ampliſſimum & digniſſimū cum cellis ex lineamēto tem-

Heliogabalus.

pli qđ eſſe Aetruſcũ diximus. In antrũ daẽ aditus ex veſtibulo quodã primario: cuiꝰ frõs ſeſe porrigit vltro meridiem verſus ſpectãs. Ingrediẽtes a veſtibulo ſeptẽtrionẽ petunt. Ex hoc veſtibulo maximo daẽ aliud arctius ſeu veſtibulũ/ſeu potius itio in atriũ illud ampliſſimũ. Ex atrio ad ſeptẽtrionẽ verſus patet adapertus egreſſus atq; laxus in areã amplam ſubdiualem. Ad iſtiꝰ areę ſubdiualis dextrũ caput atq; itẽ ad ſiniſtrũ perampla/ et perq̃ ſpacioſa habeẽ porticus: peneſq; ipſam porticũ a tergo adiũgiẽ lauatio frigida. Regrediamur iterũ ad atriũ primarium Ad extremũ iſtiꝰ atrij caput dextrũ ad orientẽ verſus ꝓtẽditur itio teſtudinata admodũ patula & plane lata/ cellis hinc fulta ternis: atq; item alteris ternis cõparibꝰ mutuo reſpõdentibus. Ex itione iſtac ſubinde ſeſe offert area ſubdiualis: quã Xiſtũ ap pello circũſepta porticibꝰ. Sed ex his ea porticus quę e regione cõtra fauces itionis pateat: penes a tergo ſui maiuſculã habet ſeſſionẽ. Quæ vero porticus iſtic ꝓ fronte ſui meridianũ excipi at ſolem/habet illa quidẽ lauationẽ eãdẽ ipſam quã diximꝰ frigidã. Porticibꝰ etiã areę ſubdiuali amplę ſubiunctã habet etiã cõtiguam ſibi veſtiariã. Porticus vero cõtra iſtãc quæ e regione obiecta eſt pones a tergo habet tepidarias lauationes: quę a meridie ſoles feneſtrarum apertionibꝰ excipiãt. Adſunt etiam aptis locis ad angulos in porticibꝰ Xiſti veſtibula minora ingrediẽtibus: atq; in exteriorẽ illam plateã/qua tecta termarum circuũtur egredientibus oportuna. Talis igiẽ ſeries rerũ ad dextrum atrij caput protẽdeẽ cõtra par ęque ad alterũ atrij caput ſiniſtrũ ad occidentẽ verſus reſpõdeat. Itio paribꝰ obfulta cellis ternarijs/& ſubinde parilis quoq; area ſubdiualis Xiſti cum porticibꝰ ſeſſione/veſtibuliſq; angularibꝰ. Rurſus egredior ad primariũ totiꝰ operis veſtibulũ/qđ eſſe cõtra meridiẽ diximus. Ad huiꝰ quidẽ dextrã ſuccedũt per lineã in orientẽ ductã manſiones numero tris: & ad ſiniſtrã quoq; lineã iſtac verſus occidentẽ in cõtinuũ perductã etiã tres: vt ſint hæ mulierũ vſibus: hæ vero alterę virorũ. Primis igiẽ mãſionibus ponebãt veſtẽ: ſecũdis vngebãtur: tertijs lauabãtur. Quartas inſup mãſiones aliqui amplitudinis gratia addidere: fortaſſis id quidẽ vt eo familiares & comites veſtiti exciperẽtur. Mãſionibꝰ iſtis balneatibus a cœlo meridiano feneſtris ampliſſimis ſol excipiebatur. Inter iſtas manſiones atq; cellas illas quas adhærere lateribus

Xiſtus.

Manſiones thermarum.

itionũ intimarũ diximus/quę quidẽ itiones ex atrio in aream Xiſti porticatã ꝓtendãtur: interliquebaẽ ſpaciũ ſubdiuale/qua meridianũ latus inteſtinarũ cellarũ quę ad itionẽ ex atrio adia cent/lumẽ exciperet. Hũc vniuerſum tectorũ ambitũ circuebãt (vt dixi) plateę perq̃ ſpacioſæ: quę quidẽ etiã ludorũ curriculis ſufficerẽt. Neq; deerãt aptis locis metę/quas certãtes circuirẽt. Ad plateã meridianã q̃ ꝓ veſtibulo extẽdatur areę laxamẽtum fundebaẽ aduerſus meridiẽ ꝓductũ in emicicliũ: cui operi circũ eminebãt gradatiões ex theatri imitatione. ꝑſurgebatq; paries quo meridianas auras abarcerent. Et totas plateas iſtiuſmodi q̃ſi oppidũ extrem⁹ & cõtinu⁹ qdã paries ſeptas & cõcluſas ꝓti nebat. Adiũgebãturq; ſepto ſeſſiones digniſſimę cũ emicicle tũ & q̃drãgulę thermarũ tecta p̃maria circũſpectãtes. His ſeſſionib⁹ & ſoles & vmbras hic matutinas/hinc veſptinas ſuis horaꝝ cõuerſionib⁹ ciues ad arbitriũ captabãt. Tũ & ꝑſerti ad ſeptẽtri onem vltra ſeptũ hoc maximũ parietis applicabãtur areæ ſubdiuales altitudine mediocres oblongæ finitæ linea ad arcũ mo dice inflexa. Eas areas ambibat in cõflexũ porticus recluſa ſuo poſtico pariete: & nihil ſpectabat ampli⁹ q̃ modicũ cœli/qđ iſtic ex ſua area ſubdiuali iter parietẽ ſepti & ipam hanc inflexã porticũ relictũ eſſet æſtiuũ diffugiũ. Nam eo ſol ob areæ anguſtias & parietum altitudinẽ vix dũ ęſtiuo ſolſtitio penetrabat. In angulis ſepti maximi veſtibula/ſacellaq; habebãtur: quib⁹ vt alij dicũt purgatiores factæ matronæ dijs ꝓpitiarẽtur. Itaq; ſũma hęc erat partiũ ex quib⁹ thermę cõſtarẽt. Earũ partiũ lineamẽta ſumebãtur ex his q̃ ſupra receſuim⁹: atq; item ex his q̃ mox dicturi ſumus: ꝓut magis illis aut iſtis hoc eſt publicis aut priuatis cõuenirent: operiſq; totius area in pleriſq; omnibus quadratos capiebat pedes plus centenos decies centies.

Metæ bal nearum.

Seſſiones

# LEONIS BAPTISTAE ALBERTI DE RE AEDIFICATORIA LIBER NONVS. QVI PRIVATORVM ORNAMENTVM INSCRIBITVR.

¶ Frugalitatẽ & parſimoniam in ædificijs ſeruandam eſſe/ſeu publica/priuata/regia/ſenatoria/prętoria ve deſideres.

Capitulum primum.

MEminiſſe oportet priuatoꝝ ædificiorum alia vrbana eſſe/alia ruſticana. Ex hiſq; alia qbus tenuiores/alia quibꝰ lautiores vterẽtur. Nos de his oĩbus exornãdis trãſigemus. Sed priꝰ nõnulla quę faciãt ad rem nõ prętermittamꝰ Apud maiores noſtros video prudẽtiſſimis et modeſtiſſimis viris vehemẽter placuiſſe cũ in cęteris rebꝰ & publicis & priuatis/tũ hac vna in re ædificatoria frugalitatẽ atq; parſimoniã/oẽmq; luxuriẽ in ciuibꝰ tollendã/cohercẽdãq; putaſſe: eoſq; huic rei & monitis & legibꝰ oĩ ſtudio atq; induſtria ꝓuidiſſe cõperio. Ergo apud Platonẽ illi ꝓbãtur/qui ſanxiſſent qđ alibi diximus/ne quis illuſtriores picturas afferret q̃ quæ tẽplo a veteribꝰ pictæ haberẽtur. Tẽplũq; vetuit pictura ornari alia/q̃ vt vnicam pictor vnus vnica abſoluiſſet die. Deorũq; itidem ſimulachra aut ligno tantũ/aut lapide facerẽt edicebat: ęs autẽ ferrũq; ad vſus bellorũ quorũ eſſent inſtrumẽta relinquerẽt. Priſcorum Athenienſium mores Demoſthenes ſuorũ temporũ moribus longe ꝑferebat. Nã publica inquit ędificia & pręſertim tẽpla tam multa tam magnifica/tam ornata nobis reliquerũt: vt quibꝰ ſuperarẽtur nullus relictus ſit locus. At priuata quidẽ ea fecerũt moderatione: vt etiã præclariſſimoꝝ virorum ædes non multo a mediocriũ ciuium ædibus differret. Quare inter mortales aſſecuti ſunt: vt inuidiã gloria ſuperarẽt. Sed ne hi quidẽ laudãdi Lacedemonijs videbãtur/ſi forte vrbẽ fabro magis q̃ rerum gloria excoluiſſent: ſe autẽ laudandos qui ciuitatẽ haberẽt virtute cultã magis q̃ ſtructura. Apđ eos ex Lycurgi lege tecta niſi ſecuri & fores niſi ſerra elaborari permittebãt. Ageſilaus cũ in Aſia quadratas ædiũ trabes vidiſſet/arriſit: rogauitq; num apud eos quadratæ ſi ortæ eſſent/rotundas efficerẽt: & recte quidem: nã ꝓ vetere ſuorũ modeſtia priuatam eſſe domũ ad vſus neceſſitatẽ ædificãdam/non ad venuſtatem & delitias arbitrabatur. Apud Germanos per Cæſaris tẽpora cauebatur/ne accuratiꝰ præſertim rure ædificarẽt: nequid inde inter ciues diſſenſionis cauſa oriret̃ cupiditate rei alienę. Valerius Romę cũ in Eſquilijs domum haberet altiſſimam: inuidię vitãdæ cauſa diruit/& in plano ædificauit. Itaq; hanc frugalitatẽ bona illa poſteritas & publice & p̃uatim ſecuta eſt quoad per bonos mores licuit. Poſtea vero aucto ipe

Parſimonia in pictura & ſimulachrĩ

Lycurgi lex Ageſilai dictũ.

rio tantũ in pleriſq; omnibus creuit luxuries/præterq̃ in Octa‑
uiano/nam is quidem ſumptuoſiore ædificatione grauabatur
quin et villam quoq; nimium profuſe extructã diruit/tantum
Gordia‑ norũ in ſtructura luxuries
inq̃ excreuit luxuries in vrbe: vt inter cæteros fuerit ex Gordia
norum familia qui domũ ſtruxerint via preneſtina colũnis du
centis vno ſtilo et pari magnitudine. quarum quinquagita nu
midicas: quinquagita claudianas: quinquagita ſimiadas: quin
quaginta tiſteas fuiſſe memini me legiſſe. Quid illud quod etiã
meminit Lucretius? Aurea fuiſſe iuuenum ſimulacra per ædes
lampadas igniferas manib⁹ retinẽtia dextris: lumina noctur‑
nis epulis vt ſuppeditarẽt. Quorſum hæc? vt ex eorũ ꝓparatiõe
id ſtatuam ipſum quod alibi diximus placere quæ pro cuiuſq;
dignitate moderentur: et ſi me audias malim quidem in priua‑
tis lautiſſimi aliquid deſiderent/quod ipſum ad ornamẽtum fa
ciat q̃ vt modeſtiſſimi et parciſſimi vlla ex parte luxuriẽ repre‑
hendant. Verum quando poſteritati famã tum ſapientiæ tum
etiam potentiæ reliquẽdum omnes aſſentiamur: eaq; re vti aie
bat Tuchidides magna ſtruimus/vt poſteris magni fuiſſe vi‑
deamur. Quando item patriæ familiæq; cõdecorande non mi‑
nus q̃ lautitiæ gratia noſtra ornam⁹ quod eſſe boni viri offi‑
cium quis neget? Placebit nimirum qui partes eas quæ maxiẽ
publicæ quæve in primis hoſpiti gratificaturæ ſint: vti eſt frõs
ædis/veſtibulũ et eiuſmodi admodũ eſſe decẽtiſſimas voluerit.
Cumq; vituperandos profitear qui modum exceſſerit: maiore
tamen dignos vituperatiõe cenſeo: qui grandi impenſa ita ædi
ficarint/vt eorũ opera ornari non poſſint q̃ qui ornatũ pluſcu
la impenſa cõcupiuerint. Sed ſic ſtatuo verum certumq; ædifi‑
ciorum ornamentum qui recte volet aduertere/intelliget pro‑
fecto non opum impẽdio/ſed vel maxime ingenij ope compa‑
ri atq; cõſiſtere. Credo ne volet quidẽ qui ſapiat in ſuis priuatis
ædibus parandis egregie differre ab alijs: cauebitq; ne qd ſum
ptu et oſtentatione contrahat inuidiã. At volet contra qui be‑
ne conſultus ſit in artificis diligentia et cõſilij iudicijq; laudib⁹
a nemine vſpiam ſuperari: ex quo omnis ꝑtitio et lineamento
rum conuentio mirifice cõprobetur/quod ipſum ornandi ge‑
Domus regia.
nus præcipuum primariumq; eſt. Sed redeo ad rem. ¶ Dom⁹
regia et illius qui libera in vrbe ſenator prætorius cõſularis ve
ſit/prima erit omnium/quã eſſe decẽtiſſimã deſideres. In his

qua parte quippiã cõueniat quod publicũ ſit/ ſupra quí id orne
tur diximus. Nunc vero quæ tantũ priuatis vſibus cõmoden-
tur ornata facere ordiamur. Veſtibulum quidẽ veli pro cuiuſqꝫ
dignitate ſeſe præſtet honeſtiſſimũ atqꝫ ſplendidiſſimũ. Succe-
dat et porticus clariſſima. Neqꝫ deſint ſpatia magnifica. Demũ
et cætera deinceps oĩa ex publicorũ imitatione ſibi quantũ res
ipſa permittat quod faciat ad dec⁹ dignitatẽqꝫ deſument. Hac
rerũ moderatione adhibita vt præſe ferat longe venuſtates ma
luiſſe captare q̃ vllos faſtus ſequi: ea re vti in libro ſuperiore in
operibus publicis profana quantũ par fuit ſacris dignitate cõ-
ceſſerũt: ita iſtic priuata in omni ornamẽtorũ elegãtia et copia
ſuperari ſe facile a publicis patiẽtur. Nõ ſibi quod Camillo in
ter crimina obijciebat valuas aſciſſet æneas aut eburneas. Non
ſplendeſcent lacunaria multo auro et vitro. Non imeto et pa-
rio marmore vniuerſa colluſtrabuntur. Templorũ.n. iſta ſunt:
ſed vtetur modiocribus eleganter: elegantib⁹ moderanter. Cõ
tentus erit cupreſſo/ larice/ buxo. Cruſtabit opere albario ſigni
to: picturaqꝫ ſimpliciore veſtiet. Lunenſi vel poti⁹ tyburtino la
pide coronas ducet Non tamen præclara illa omnia ab ſe peni
tus abdicabit atqꝫ proſcribet. Sed quaſi in corona gemmas di-
gniſſimis locis parciſſime collocabit. Quod ſi breuiſſime totã
rem diffiniſſe iuuat ſic ſtatuam. ſacra ita parari oportere/ vt ad
maieſtatem et pulchritudinis admiratione addi amplius nihil
poſſit. Priuata autẽ ita habenda/ vt cõtra adimi nihil poſſe vi-
deatur/ quod eximia cum dignitate cõiunctum ſit. Cæteris vti
ſunt publica profana id quod inter iſtæc mediũ ſit relinquẽdũ
cenſeo. Itaqꝫ in priuatis ornamentis ſeueriſſime cõtinebit ſeſe:
tamen in pleriſqꝫ liberiore vtetur via. Nam columnã quidem
ſiquid forte toto erit corpore tenuior/ aut ventre fortaſſis non
nihil turgidior/ aut retractione gracilior q̃ publicorum exacta
ratio permiſerit: nõ tamẽ vitio dabit atqꝫ improbabit: modo id
nihil habeat informe aut deprauatũ. Quin qđ publicis operi-
bus non conceditur/ vt a grauitate et cõſultiſſima lineamẽtorũ
lege paulo aberretur: id in iſtis etiã ad iucũditatẽ interdũ facit.
Et q̃ illud cadebat puenuſte quod feſtiuiſſimi aſſueuere ad fo-
res tricliniorũ pro laterib⁹ hoſtij vaſtas mãcipiorũ ſtatuas ſup
liminare in caput ſuſtentãtes appãgere: et colũnas in porticib⁹ Colũnæ
præſertim hortorũ ponere: quæ aut arborũ truncos nodis de- in hortis

ſectis: aut falces loro concictos referrent: aut quæ volubiles et palmatæ et aſperæ frõdibus et auiculis riuulíſq; refertæ eſſent Aut etiã vbi robuſtiſſimum eſſe opꝰ voluiſſent: quadrangulã columnam / cui dimidia rotunda hinc: atq; altera hinc dimidia prominerer. Tum et pro capitulis aut fiſcellas pendentibꝰ racemis fructibuſq; plenas: aut reuirentẽ ſummis caulibꝰ palmã: aut anguium globos varijs ĩplexibꝰ cõnodatos: aut alis plaudentes aquilas: aut gorgoneos vultus colubribus inter ſe rixãtibus imponerent: et quæ ſimilia longũ eſſet proſequi. Sed his quoad poterit artifex digniſſimas ptiũ formas productis arte linearum et angulorum finibꝰ tuebit: et voluiſſe non fraudare opus decenti membrorũ concinnitate: ſed viſentes loco ludere venuſto vel potius oblectare inuenti lepiditate videatur. Cumq; tricliniorũ et itionum et cõceptaculorũ alia popularia ſint: alia occluſoria et prorſus intima: in illis ſeruiet ſplendori forenſi cum publica vrbis põpa nequaq̃ odioſa. In his autẽ reconditioribus paulo ſublaſciuire ad arbitriũ licebit:

¶ Vrbanarum et nonvrbanarũ ædiũ diuerſus ornatus In ſuburbanis tñ et villicũ et vrbanũ probabitur ornamẽtũ. Ca.iij.

SEd cum priuatorum ædiũ aliæ ſint vrbanæ / aliæ nõ vrbanæ: quod cuiq; ornamenti cõdicat cõſideremus inter ædes vrbanas et villã præter illa quæ ſupioribus libris diximus hoc intereſt / ꝙ vrbanarum ornamẽta præ illis multo ſapere grauitatẽ oportet: villis autẽ oẽs feſtiuitatis amoenitatiſq; illicebræ cõcedẽtur. Tum et hoc itereſt / ꝙ in vrbanis multa ex vicini perſcripto modereris neceſſe eſt: quæ villa liberiore iure proſequemur. Exaggeratio cauendum eſt ne multo ſupbior ſit q̃ vicini ædificij cohæſio poſtulet Porticus etiam ex cõiunctorũ parietũ ductu ſibi modũ ſtatuẽt laxitudinis. Parietũ craſſitudo et altitudo romæ nõ ad arbitrium finiebatur. Nã ex vetere lege craſſiorẽ ducere non licebat Cauit et Iulius Cæſar ob ruinarum picula necubi intra vrbem paries attolleretur ſupra. His legibus villa non tenetur. Babilonijs ciuibus dabatur laudi ꝙ in ædibus ꝓtignationũ quattuor habitarent. Aelius Ariſtides Romã votiua oratione Aelius Ariſtides orator laudãs / in ꝓtione admirabile illud prædicabat ꝙ maximas domos maximis domibus ſuperimpoſuiſſent / grata aſſentatio. Sed populi amplitudinẽ is magis q̃ opum rationes cõproba

bat.Tyrũ aiũt altitudine domorũ ſupaſſe Romã : ex eaq; re olĩ Tyrus.
parũ abfuiſſe q̃n tota terremotib⁹ corrueret: ædificijs cũ ad cõ=
moditatẽ/ tũ et in primis ad gratiã faciet/ ſi nullas habebit pl⁹
ſatis cõſcendendi aut deſcendẽdi neceſſitates. Et recte illi qui=
dẽ admonẽt: q̃ ſcalas eſſe ædificiorũ ꝑturbatrices prædicãt : ab
quarũ ĩpeditione veteres valde cauiſſe video. At villa vt altera
imponat alteris ædificia nulla cogit neceſſitas. Nã fuſiore q̃dẽ
laxamẽto ſibi ſpatia decẽtiſſima vẽdicabit: quib⁹ æquali gradu
alia ex alijs ſubueniant. Quod ipſum mihi etiã in vrbib⁹ mõ id
liceat vehemẽter placebit. ¶ Eſt et gen⁹ quoddã ædificij pri=
uati: q̄ꝫ vna ædiũ vrbanarũ dignitatẽ et villæ iucũditates exi=
gat: quo ĩ ſupiorib⁹ libris huic loco prætermiſſim⁹ deſtinatũ. Hi
ſunt horti ſuburbani: q̃s minime negligendos duco. Faciet. n. horti ſub
ad breuitatẽ/ cui vehemẽter ſtudeo. Nã vna q̃dẽ quid cuiq; ge= urbani.
nerũ iſtorũ deceat explicabim⁹. Sed pri⁹ eſt vt de horto ipſo ali
qua referã non prætermittẽda. Qui apud veteres aiũt: qui agrũ
parauit/ domũ vẽdat vrbanã: Cui vrbana cordi ſunt/ ruſtica nõ
ſunt opus: fortaſſis eo tendũt/ vt eſſe hortũ cõmodiſſimũ ſtatu
ant. Aere monẽt phyſici fruamur q̃ id fieri poſſit liberrimo et
puriſſimo. Hoc nõ inficior præſtabit alto in ſeceſſu poſita villa
Alia ex ꝑte vrbanorũ ciuiliũq; negociorũ ratio patrẽfamilias
exigit: vt ꝑ q̃ frequẽt̃ ſeſe habeat foro/ curia/ tẽplis ve. Hoc facil
lime vt poſſis dom⁹ dabit vrbana. Sed illa negocijs: hec valitu
dini aduerſat̃. Cõſueuere duces mutare caſtra : nequid fetores
graui⁹ offendãt. Quid tu futurũ ex vrbe cẽſeas: in qua tot ſordi
um tãtis tẽporib⁹ accumulatiões ſeruatæ q̃q; vndiq; euaporẽt?
Hæc cũ ita ſint oĩm quæ ad vſus cõmoditatẽ ædificent̃ ꝑmariũ
ſaluberrimũq; eſſe hortũ ſtatuo: qui neq; ab reb⁹ vrbanis agen
dis detineat: neq; nõ ſit aeris ĩpuritate ĩmunis. Curabat Cicero
ſibi per Atticũ hortos pari loco celebri. At ipẽ nõ adeo veli ce=
lebres/ vt nunquã ꝓ forib⁹ eſſe abſq; toga liceat. Illd̃ veli ꝑſtari
cõmoditatis q̃d ille apd̃ Terẽtiũ ſe cape gloriabat̃ dicẽs. Ne vl
la me aut villæ aut vrbis ſatietas teneat. Belle apud Martialẽ. Verſus
Rure morãs q̃d agã/ rñdeo pauca rogãti. Prãdeo/ poto/ cano/ Martia=
ludo/ lauo/ cœno/ q̃eſco Inde lego/ phœbũq; cio/ muſãq; laceſſo lis Coci.
Et vrbi ſane vicina iuuãt/ facileſq; receſſus: Vbi quæ libeãt/ ex Villa q̃lis
libidine liceãt. Celebritatẽ dabit vrbis ꝓpinq̃tas : viæ claritas: eſſe debet
regionis amœnitas. Delectabit iſtic ædificatio : ſi cũ primũ ex

vrbe egreſſis tota ſe facie videndã obtulerit lętã: ac ſi ad ſe ꝓfi-ciſcentes illectet atq; pręſtolet. Velim ea re elatula: & velim in eũ locũ via ꝑſurgat cliuo molli adeo vt vadentes fallat: quoad cõſcẽdiſſe nõ ex alia re q̃ circũſpectato agro id ex altitudine loci ſentiãt. Prati ſpacia circũ florida: & cãpus perq̃ apricus: & ſylua rũ vmbrę ſubgelidę: & limpidiſſimi fontes ac riuuli: & natatio nes: & quę alibi villis deberi dixim⁹ nõ deerũt ad voluptatem ęque atq; ad vſum. Cęterũ tota ędiũ facies atq; cõgreſſio/ q̃d in oĩ ędificatione iterũ atq; iterũ cõciliat ad gratiã peruelim pe-nitus ſit quaq; vndiq; illuſtris atq; admodũ ꝑſpicua cœlo latiſ-ſimo plurimũ admittat lucis/ plurimũ ſolis plurimũq; ſalubrĩ auræ. Nolo ſpectet̃ vſpiã aliquid q̃d triſtiore offendat vmbra. Arrideãt oĩa aduẽtu hoſpitis atq; cõgratulẽtur. Sub tecta in-greſſi in dubio ſint malint ne animi gratia iſtic reſidere vbi ſint an vlteriora petere: quorũ hylaritate ac nitore prouocẽtur. Ex quadrãgulis areis rotũdas: ex rotũdis rurſus angulares: ex his in eas ꝓgreſſus detur: quę neq; totę rotundę/ neq; lineis oĩb⁹ rectis cõcludãtur. Cũq; ad ſinum interiorem domus inieris/ nõ aderit vbi gradũ deſcẽdiſſe oporteat. Verũ in vltimũ vſq; cõcla ue aut ęquabili ſolo/ aut limitib⁹ modicis penetrabitur.

Ędificiorũ partes et mẽbra tam natura q̃ ſpecie differre/ va-rioq; modo lineamentis & ornatu decorari debere. Caput. III.

Sed cũ partes ædificiorũ iter ſe multũ differãt natura ſcʒ & ſpecie: de his oĩbus nobis cõſiderãda cẽſeo quæ alibi etiã huic loco deſtinata reliquim⁹. Nã ſunt qui-dẽ quę tu ſeu rotũda facias/ ſeu quadrãgula/ modo re cte ad vſum cõferãt minimi intereſt. Quãta vero eadẽ ſint/ & q-bus locis diſponant̃ plurimũ intereſt. Et earũ alię maiores fiãt neceſſe eſt: vti ſunt ędiũ ſinus. alię minore indigent area: vti eſt cõclaue penetraliaq; oĩa. Aliæ ſunt mediæ vti cœnacula atq; etiã veſtibulũ. Mẽbro cuiq; in ędibus q̃ nam apta diſpoſitio ſit alibi dixim⁹. Areis vero qui differãt iſta inter ſe nõ eſt vt referã Sũt eni multa ex parte arbitrij et ex varia locorũ viuẽdi ratiõe immutãtur. Veteres aut porticũ ędib⁹ aut ſeſſionẽ apponebãt: vtrũq; nõ ſemꝑ lineis rectis ſed inſinuatis in theatri modũ. Ad porticũ adigebãt veſtibulũ ferme oẽs rotũdũ. Inde erat itio in ſinũ ædiũ: et quę ſuo loco dixim⁹: quorũ ſi ꝓſequar lineamẽta nimiũ ꝓlixus ſim. Sed quę faciãt ad rẽ hęc ſunt. Area ſi erit ro-

tunda dimetieꝛ ex lineamẽtis tẽplorũ:ni hęc differãt ꝙ altitu-
dines parietũ celſiores iſtic debẽtur q̃ in tẽplis:quid ita ſit mo-
do videbis. Si erit quadrãgula:tũc erit quidẽ in quo ab his dif-
ferat quę de ſacris/& quę de publicis ꝓfanis diximus. Aliquid
tamen habebit qđ cũ ſenatu & curia etiã cõſentiat. Ex vulgato
vetere maiorũ more atriũ aut latum erit ex tertia longitudinis
bis:aut lõgitudo quidẽ ipſa latitudinis tertiam habebit quin-
quies:aut dabiꝛ longitudini quintã latitudinis ſepties. Cui vis
iſtarũ ſic inſtituiſſe veteres videbãtur/vt parietẽ in altum attol
lerent quoad pars longitudinis areę tertia altitudini dareꝛ qua
ter. Nos ex operũ dimẽſionibus ſic cõpertũ habemus:altitudi-
nem poſcere quadrangulas areas in pariete: aliam vbi teſtudi-
netur:aliam vbi contignetur. Item in maximis ædificijs aliud
prouidendum:aliud in minuſculis. Non enim par in vtriſq; ꝓ
portio interuallorum eſt a cẽtrico ſpectantis radij pũcto ad ex-
tremas conſpectas altitudines. Sed de his alibi. Areaꝝ magni-
tudines ex tecto:tecti vero ex trabiũ lõgitudine/quibus operi-
mento opus ſit diffinimus. Tectũ eſſe dicã mediocre/cui feren-
do mediocris ſufficiat arbor & materia. Et ſunt quidem præter
iſtas quas recẽſebamus cõplures alię linearũ concinniſſime di-
menſiones & correſpõdentię quas conabimur ſuccincte & dilu
cidiſſime explicare hũc in modũ ſi erit areę longitudo ad latitu
dinem dupla:tũc in cõtignatis fiet altitudo quãta & latitudo:
addeturq; inſup et eius ipſius dimidia. In teſtudinatis vero pa-
rieti addes latitudinis tertiã. Hoc in mediocrib9. Verum in ma
ximis ædificijs ſi erunt teſtudinata:tunc altitudo a ſummo ad
imũ quartã habebit latitudinis quinquies:in contignatis vero
quintã ſepties. Sinautẽ erit areæ lõgitudo tripla ad latitudinẽ
tũc ſi cõtignabiꝛ/addetur quarta latitudinis ter. Si teſtudinabi
tur/fiet altitudo ęqualis latitudini addita & dimidia. Sinautẽ
erit quadrupla in teſtudinatis capiet lõgitudinis dimidiam. In
trabeatis vero diuideꝛ latitudo in partes quattuor. Atq; ex his
dabis altitudini partes ſeptem. Si erit quincupla/fiet altitudo
vti in quadrupla:et eius ipſius altitudinis addetur ſexta. Qđ ſi
erit ſexcupla/fiet vti in ꝓxima:ſed addetur pars nõ ſexta vt ibi
ſed quinta. Si erit area lateribus comparibus/excedet altitudo
teſtudinatorũ vti in triplis:trabeatę vero non excedent. Quin
et in maiuſculis areis licebit deprimere quoad latitudo ſuperet

Atriũ q̃ latũ eſſe debeat.

Attende q̃ de lineis hic ſcribuntur.

altitudinē ex quarta. Quib⁹ longitudo excedet latitudinē parte ſui nona/ fiet vt ęque altitudo ab latitudine excedatur ex nona ſui: hac nō niſi in trabeatis vtimur. Cū habebit lōgitudo tertiā latitudinis quater/ tolles in altū parietē quātū eſt integra latitudo addita & ampli⁹ eiuſdē ſexta in cōtignatis. Sinautē teſtudinabiť addito inſup vt habeat integrā ipſam quidē latitudinē/ atq; etiā lōgitudinis partē ſextā. Cū dabiť lōgitudini dimidia latitudinis ter: tūc in cōtignationib⁹ altitudo excedet latitudinē ex parte ſeptima. In teſtudinatis vero addes partē lineæ. vij. lōgioris/ qua area circūclaudať. Si deniq; haſce habebit linearū cōiūctiones vt ſit linearū altera. v. altera. vij. aut altera tres/ altera quinq; & eiuſmodi quas aut loci neceſſitas/ aut inuēti variatio/ aut ornamētorū ratio poſtularit: Tūc ambę iūgenť lineę et altitudini dabiť dimidia. Hic illud non prętereo. Atria nuſq̄ fieri oportere longiora q̄ vt ſint ad latitudinē dupla. Cōclauia nunq̄ fieri lōgiora q̄ vt ſint lata ex tertia min⁹ q̄ longa. Tripla vero & quadrupla/ & deinceps iſtiuſmodi lōgiora porticib⁹ debētur: q̄ & ipſę ſexcuplā nō excedēt. In pariete habebūtur apertiones & feneſtrarū & hoſtiorū. Feneſtra ſi adaperieť in pariete latitudinis/ quę natura ſui breuior eſt q̄ ſit areę lōgitudo/ tunc fiet nō plus vnica. Atqui erit illa quidē ita poſita: vt in ea latitudinis linea breuior ſit linea altitudinis: aut cōtra vt ei⁹ latitudo amplior ſit q̄ altitudo: qđ gen⁹ feneſtrarū accubātiū diciť. Si igiť erit latitudo vti in forib⁹ retractior: tūc dabis vt ſit vacuū aptionis a dextra in ſiniſtrā pars toti⁹ parietis itimi nihil plus tertia/ nihil min⁹ quarta. Apertioniſq; ipſius infima linea diſtabit a paumēto nihil plus q̄ ex nona totius altitudinis quater: nihil minus q̄ eadē ex nona bis. Lōgitudo apertionis capiet dimidiā latitudinis ter. Itaq; ſic fiet ſi erit in apertiōe latitudinis linea q̄ altitudinis breuior. Sinautē erit apertio a dextris ad ſiniſtrā laxior: & ab imo ad ſummū preſſior: tūc ex tota parietis linea dabis amplitudini apertionis nihil minus dimidiā/ nihil plus tertiā bis. Altitudo autē in ea fiet itidem aut ex dimidia latitudinis: aut bis partē illius occupabit tertiam. Sed binę interſtituētur colūnellæ ſuperliminaris ſuſtinēdi gratia. Qđ ſi erunt feneſtrę habendę in pariete ꝓlixiore/ tunc fiēt plures/ & numero impares. Numerum ꝓbaſſe in his maiores video ternariū/ et fient hunc in modū. Tota parietis lōgiſſima linea diuidetur

*Feneſtra accubans*

in partes nihil plus ſeptē:nihil minus quinq̃. Ex quib⁹ tibi ſu
mito ꝑtes tris:eaſq̃ feneſtris ſingulas ſingulis diſtribuito. Al=
titudini autem apertionis dabis quartā latitudinis ſepties: aut
quintā nouies.Qđ ſi demū placuerint feneſtræ numeroſiores:
tūc id opus quādo naturā ſapiat porticus ab illis & præſertim
a theatralibus dimēſiones apertionū/quas ſuo loco diximus/
trāſumētur. Hoſtiorū apertiones fient quales ſenatui curiæve
deberi diximus.Feneſtras ornabis opere corynthio: primariū
hoſtiū Ionico.Fores tricliniorū & cellarū/& eiuſmodi dorico.
Hęc de lineis quātum ad rem facerent hactenus.

¶Quib⁹ ędes priuatę/pauimēta/porticus/areę/horti picturis plantis/vel ſtatuis ornentur. Caput.IIII.

SVnt ꝑterea q̄ adigas ornamēta priuatis ædib⁹ aliqua
nō prętermittēda.Veteres in pauimētis portic⁹ qua=
drāgulos/rotūdoſq̃ labyrinthos pingebāt/qb⁹ pue=
ri exercerent. Vidim⁹ ꝑ areas pictā herbā volutilē fla
gellis vndātib⁹ late circūfuſis.Viſunt & qui tapetes in cubicu=
lis inſtratos finxerint teſſellatura ex marmore. Alij corollis &
ramuſculis inſperſere.Laudarūt Oſi illi⁹ inuentū:qui pauimē= Oſi nobi
tum pergami ſtrauerit: in quo reliquiæ a cœna remiſſæ appa= le paui=
rerēt:opus cœnaculo nequicq̄ indecēs.Agrippā percōmode fe mētum.
ciſſe arbitror: q cruſtis figulinis pauimēta cōſtrauerit.Odi ſum
ptuoſitatē.Delectāt q̄ ingeniū ad venuſtatē et lepiditatē attule
rit.In cruſtationib⁹ parietū nulla picturę ꝓiectatio erit gratior Cruſtati=
atq̃ ſpectatior q̄ quę lapideas colūnationes exꝓmat. Porticū q̄ ones opti
ſpaciari cōſueſſet Titus Cęſar terſis fœniceis lapidib⁹diſtinxe= mę quæ.
rat:quoꝝ ſplēdore quaſi ex ſpeculo oīa viderētur. Antoni⁹ Ca
racalla princeps in porticu pinxit geſta & triūphos patris.Ipm
id etiā effecit Seuerus.Agathocles autē nō patris res geſtas ſ;
ſuas pinxit.Apud Perſas pingere aut aliud fingere ex vetere le
ge nō licebat q̄ cędes a ſuis regib⁹ ferarū interfectarū . Et certe Perſarū
ſuorū ciuiū fortia & memoratu digna facta vultuſq̃ tū in porti mos.
cib⁹/tū in triclinijs aptiſſime pīgent atq̃ applicabunt. Statuas
eorū q rēpublicā auxiſſent.C.Cęſar ſūma cū oīm approbatiōe
ſua poſuit in porticu.Mihi hi quidē ꝓbant.Sed parietē nolim
affatim refertū eſſe aut ſimulachris/aut ſignis/aut penit⁹ oper
tū hyſtoriaq̃ occupatū.Videre hoc licet in gēmis atq̃ maxime
in margaritis:ſi gregatim cōpingātur/ ſordeſcunt.Velim iccir=

co certis aptis digniſq; locis diſtictas haberi p parietes formas
lapideas / vbi collocent cũ ſtatuæ tũ et tabulæ: quales triũpho
detulit Põpeius: in quibꝰ laudes rerũ a ſe geſtarũ mari et terra
pictæ intuebãtur. Vel adeſſe potius ve'i quæ poetæ ad bonos
mores cõfinxerint: vti illud Dædali: qui ad Cumas in foribus
Icarũ volãtẽ pinxit. Cumq; pictura et pœticavaria ſit: alia quæ
maximorũ geſta principũ digniſſima memoratu: alia quæ pri-
uatorum ciuiũ mores: alia que aratoriã vitã exprimat. Prima
illa quæ maieſtatẽ habet publicis et præſtantiſſimorũ operibꝰ
adhibebitur. Vltima hortis maxime cõueniet / q; oĩm ſit ea qui
dẽ iucundiſſima. Hilareſcimus maiorẽ in modũ animis cum pi
ctas videmꝰ amœnitates regionũ / et portus / et piſcationes / et
venationes / et natationes / et agreſtiũ ludos / et florida et fron-
doſa. Illud etiã Octauiani principis faciat ad rẽ: qui quidẽ maxi
Attende. morũ animalium oſſa inuiſa ĩmania ornamẽto ſuaꝝ ædiũ ap-
ponebat. Antris et criptis aſſueuere cruſtam veteres adigere aſ
peram ex induſtria adpactis minutis glebis ex pumice aut ſpu
Tyburti- ma lapidis tyburtini: quã Ouidius viuũ appellat pumicẽ. Et vi
nꝰ lapis dimus qui cærã viridem induxerint: quo muſcoſi antri lanugi-
ab Oui nes fingerent: Illud vehementer delectauit quod vidimus ad
dio pu ſpeluncam quo loci aquæ fons erũperet cruſtam ductam ex va
mex viuꝰ rijs cõchis oſtreiſq; maritimis alijs inuerſis / alijs incumbẽtibꝰ
dictus. compactis ex colorum varietate inter ſe artificio ſane lepidiſſi-
Cruſta ex mo. Vbi vxoribꝰ cõueniant nõ niſi digniſſimos hominũ et for
conchis moſiſſimos vultus pĩgas monẽt. Plurimũ. n. habere id momẽ
et oſtreis ti ad conceptus matronarũ et futurã ſpeciẽ prolis ferũt. Aqua
Attende rum ſpectare fontes pictos et riuulos maiorẽ in modũ febrici-
ad hæc tantibus ꝯfert. Experiri hoc licet ſi quãdo per noctẽ ſomnꝰ cu
notatu bantẽ fruſtrabitur: tunc lipidiſſimas quas vſpiã videris aquas
non indi fontium riuorũ / aut lacus vbi mente repetere inſtiteris / illico
gna. vigiliarum illa ſiccitas humectatur / irrepitq; ſopor / quoad dul
ciſſime obdormiſcas. Accedẽt et horti plãtarũq; delitiæ / et por
ticus hortẽſis / qua ſoles / qua itẽ vmbras captes. Aderit et area
feſtiuiſſima. Prærũpent aquulæ præter ſpem locis compluſcu-
lis. Itiones diſtinient plãtæ: quæ perenni vireãt folio. vallabis
parte obtecta buxo. Nam aperto cœlo et vento et præſerti ma-
ris aſpergine leditur atq; marceſcit. Aprico autẽ loco ſunt qui
myrthum q; æſtiuo tẽpore lætum fieri dicant exponunt. Sed

gaudere myrthũ laurũ hæderãq; vmbra Theophraſtus aſſerit:
eaq; re breui ſerendã interuallo putat: quo ſolis æſt⁹ mutua vi=
tet vmbra. Neq; deerunt cupreſſi veſtiti hædera. Præterea et ci
cli et emic cli: et quæ deſcriptiones in areis ædificiorũ probent
ex lauro ex citro / ex iunipero deflexis ac ſeſe mutuo cõplectẽ=
tibus ramis cõcludentur. Phiteon agrigẽtinus trecenta vaſa la Phiteo=
pidea in ſua priuata domo habuit: quorũ quodq; caperet am= nũ vaſa
phoras centum. Talia in hortis vaſa pro fontibus ornamento lapidea
ſunt. Vitẽ veteres qua ſtratas horti obtegerẽt colũnis marmo trecenta.
reis imponebant. Earum craſſitudo longitudinis habebat de=
cimã opere corynthio. Arborũ ordines ad lineã et interuallis
comparib⁹ et angulis correſpondẽtib⁹ ponent/ vti aiũt ad quĩ
cuncem. Herbis rarioribus/ et quæ apud medicos in pręcio ſint
hortũ virentẽ reddet. Gratũ id quod apud maiores villici aſſue
uere dominis applaudere inſcriptis eorũ nominib⁹ per aream
buxo aut hærbis odoratis. Sepẽ obijciet rhoſa: inectet corilos
et punicas. At ille corna inquit vepres et pruna ferat et querc⁹
et ilex. Multa fruge pec⁹: multa dominũ iuuet vmbra. Sed iſta
villis fortaſſis cõuenient fructuarijs magis q̃ horto. Quin et il=
lud democriti quod ferũt. Parũ prudenter eum facere/ qui aut
lapide aut lapidea ſtructura circũſepiat hic non ĩprobat. Laſci=
uientium.n.proteruiæ proſpiciendum eſt. Statuas ridiculas p
hortũ non reprobo: modo nihil obſcœni. Itaq; iſtiuſmodi qui
dem erunt horti. ¶Vrbana aũt domus inteſtinis pietib⁹ cõcla Dom⁹ vr
uiorum cœnaculorũ ve feſtiuitate nequicq̃ cedet hortẽſib⁹: ſed bana.
extimis vti eſt portic⁹ et veſtibulum non ita feſtiuitates capta=
bit vt non multo meminiſſe grauitatis videat. Atq præſtantiſ
ſimorũ quidem ciuium porticum trabeatã eſſe cõdecet: medio
crium autẽ arcuatã. In vtriſq; teſtudinata perplacebit. Ornamẽ
ta et trabis et coronarum quæ colũnis imponentur capiẽt co=
lumnationis quartã. Si in primas colũnationes colũnæ alteræ
ſupponent/ fient ſecundæ breuiores primis ex quarta. Quod ſi
et tertiæ ſuperexcitabunt/ fiẽt illæ tũ quidẽ ex quĩta breuiores
q̃ ſubſtitutæ. In iſtarum ſingulis arulæ et plutei quæ columnis
ſubiguntur partẽ ſuæ colũnæ habebunt quartã. Vbi autẽ vni=
ca fiet columnatiõe ↄtentus ad rationes publicorũ opum quæ
profana ſint ſe accomodabit. Faſtigiũ priuatis ædibus non ita
fiet/ vt templi maieſtatẽ vlla ex parte ſectet. Veſtibulum tñ ip=

ſum fronte paulo ſub elatiori atq; etiam faſtigij dignitate honeſtabitur. Reliquũ parietis vtrinq; leni ſurgente criſta coronabitur. Et præſertim primarios angulos ædificij ſtare criſta non nihil ſupbiore conferet ad elegantiã. Mihi non probantur qui ædibus priuatorũ ciuiũ pinnas et minas impoſuere. Arcis. n. iſta ſunt vel potius tyrãnorũ aliena a ciuibꝰ pacatis et bñ iſtituta repu. quãdoquidẽ aut cõceptũ metũ/aut paratã iniuriã ſignificent. Meniani opus pro frõte ædis præſtabit lepiditatẽ ſi erit non vaſtum/ non profuſum/ non indecens.

¶ Aedificiorꝫ formã/ dignitatem/ venuſtatẽ/ velut in aĩalibus ex corporis partibꝰ diſquirendã eſſe vnde cõcinitatis munꝰ aſſurgat velut ex numeri paribus quidẽ aut imparibꝰ finitione muſicis vocibus et tonis rerum naturæ cõſiſtunt. Ca. V.

NVnc quod dicturos polliciti ſumꝰ ad ea venio ex quibus vniuerſa pulchritudinis ornamẽtorũq; genera exiſtant: vel quæ potius expreſſa ex oĩ pulchritudinis ratione emanarint: difficilis nimirũ perueſtigatio. Nam quicquid vnũ illud quod ex vniuerſo ptium numero et natura exprimẽdũ ſeligẽdumq; ſit/aut ſingulis impartiũdũ ratione certa et cœquabili aut ita habendũ vt vnã in congeriẽ et corpus plura iũgat/cõtineatq; recta et ſtabili cohæſione atq; conſenſu: cui nos hic perſimile quippiã quærimus: profecto ipſum id eorũ omniũ vim et quaſi ſuccũ ſapiat neceſſe eſt: quibꝰ aut cohæreſcat aut imiſceat: alioqui diſcordia diſcidijſq; pugnarẽt atq; diſſiparẽtur. Quæ ſane ꝑquiſitio atq; ſelectio cũ cæteris in rebꝰ minime prõpta/minime expedita ẽ: tũ egregie in his de quibꝰ dicturi ſumꝰ oĩm anceps atq; piculoſa eſt: tã multis conſtat res ædificatoria ptibꝰ: tãq; varijs ornamẽtorũ generibꝰ ſingulæ ſe vti vidiſti ptes dignari poſtulãt. Sed nos ex inſtituto ꝓ ingenij viribꝰ rem ꝓſequemur: non illa repetẽtes qua ratiõe ex partiũ numero ſolida ĩtegrorꝫ cognitio pcipiat. Verũ qd faciat ad rẽ hic ordiemur/notãtes qd nã ſit qd natura ſui pulchritudinem efficiat. A peritiſſimis veterũ admonemur rationibꝰ et alibi diximꝰ eſſe veluti aĩal ædificiũ in quo finiũdo naturã imitari opꝰ ſit. Perueſtigemꝰ igit̃ quid ita ſit in corporibꝰ a natura ꝓductis cur alia pulchriora alia minꝰ pulchra: aut etiã deformia dicantur. In prõptu eſt ex his quæ in pulchrorũ numero cẽſeãtur non eiuſmõi cũcta eſſe/ vt inter ſe protinꝰ nihil differãt: qui

vel ea re maxīe qua non cõueniũt eadẽ ipſa re ineſſe quippiam aut ĩpreſſum aut ĩſuffuſum ſentim⁹. Cur quæ diſſimillima ſint tamẽ vna eſſe admodũ venuſta ꝓfiteamur. Vtar exẽplo. Puellam aliquis teneritudine gracilẽ cupiet. Ille apud comicũ cæteris puellis anteponebat virginẽ illã ꝙ eſſet illa quidẽ habilior et ſuci plena. Tibi fortaſſis pplacebit vxoris forma: quæ neq; tenuitate in validos: neq; mẽbrorũ ſpiſſitudine ruſticanos pugiles imitet̃. Sed q̃tũ illi addi/ huic detrahi ſeruata dignitate poſſit: tantũ in ea reperiat̃. Quid igit̃ ꝙ iſtarũ alterã aut alterã mauis/ ea de re cæteras eſſe forma nõ liberali et digna ſtatues minime. Sed iſtæc vt præ cæteris placeat efficere potuit quippiã/ qđ quale ipſum ſit nõ reqro. Vt vero de pulchritudine iudices nõ opinio: verũ animis innata quædã ratio efficiet. Id ita eſſe appa ret: quandoquidẽ turpia/ informia/ obſcœna nemo eſt quin illico intuẽs offendat̃ atq; oderit/ Vñ aũt is animi ſenſus excitet̃ & prodeat/ etiã nõ reqro fundit⁹. Sed ex his quæ vltro ſeſe offert q̃tũ ad rẽ faciat pẽſitem⁹. Eſt.n. in formis ꝓfecto et figuris ædificiorũ aliquid excellẽs pfectũq; naturæ qđ animũ excitat eveſtigioq; ſentiat̃. Credo equidẽ formã/ dignitatẽ/ venuſtatẽ/ et quæuis ſimilia in his cõſiſtere: quæ ſi ademeris aut minuas ſiue ĩmutes: illico vitiẽtur et peant. Hoc ſi pſuadet̃/ haud erit qđẽ prolixũ ea recẽſere quæ adimi/ augeri/ mutarive præſertĩ in formis atq; figuris poſſint. Cõſtat.n. corp⁹ oẽ partib⁹ certis atq; ſuis quib⁹ nimirũ ſiquã ademeris: aut maiorẽ minorẽve redegeris: aut locis tranſpoſueris nõ decentib⁹/ fiet vt quod iſto in corpore ad formæ decẽtiam cõgruebat vitiet̃. Ex quo ſtatuiſſe poſſum⁹/ ne cætera iſtiuſmõi ꝓlixi⁹ ꝓſequar/ præcipua eſſe tria hæc in quib⁹ oĩs quã querim⁹ ratio ꝯſumet̃ numer⁹: et quã nos finitionẽ nũcupabim⁹ et collocatio. Sed eſt ampli⁹ quippiã ex his oib⁹ cõpactis atq; annexis: quo tota pulchritudinis facies mirifice colluceſcat. Id apud nos cõcinnitas nũcupabitur: quã eandẽ profecto oĩs eſſe gratiæ atq; decoris alũnam dicim⁹. Atqui eſt quidẽ concinnitatis mun⁹ et paratio partes/ quæ alioqn inter ſe natura diſtictæ ſunt pfecta quadã ratiõe cõſtituere/ ita vt mutuo ad ſpeciẽ reſpondeant. Hinc fit/ vt cũ ſeu viſu ſiue auditu ſeu quauis ratione admoueant̃ ad animũ/ concinna cõfeſtim ſentiantur. Natura.n. optima cõcupiſcim⁹/ et optimis cũ voluptate adhæremus: neq; in toto corpore aut ptibus viget

magis cõcinnitas q̃ in ſe ipſa atq; natura: vt eã quidẽ eſſe animi
rationiſq; cõſortẽ interpreter: habetq; cãpos latiſſimos vbi ex-
erceat atq; effloreſcat. Totã cõplectit hominis vitã & rationes:
totãq; pertractat naturã rerũ. Quicquid enĩ in mediũ ꝓferat na
tura/id om̃e ex cõcinnitatis lege moderat. Neq; ſtudiũ eſt mai⁹
vllũ naturæ q̃ vt quæ ꝓduxerit abſolute pfecta ſint. Qđ ipſum
amota cõcinnitate minime aſſequeret: ſummus enĩ qui operat
cõſenſus partiũ interiſſet. Sed de his hacten⁹: quę ſi ſatis cõſtãt
ſtatuiſſe ſic poſſum⁹ pulchritudinẽ eſſe quẽdã cõſenſum & con
ſpirationẽ partiũ in eo/cui⁹ ſunt ad certũ numerũ finitionẽ/col
locationẽq; habitã/ita vti concinnitas hoc eſt abſoluta prima-
Ædifican riaq; ratio naturę poſtularit. Hãc ipſam maiorẽ in modum res
di ratio. ædificatoria ſectatur. Hac ſibi dignitatẽ/gratiã/ auctoritatẽ vẽ-
dicat/atq; in pręcio eſt. Cũcta quæ hacten⁹ dixim⁹ cũ ita eſſe ex
ipſa rerũ natura percepiſſent maiores noſtri: nec dubitarẽt his
neglectis ſe nihil aſſecuturos/qđ ad operis laudẽ & decus face-
ret: nõ iniuria naturã optimã formarũ artificẽ ſibi fore imitan
dam indixere. Ea re leges quib⁹ illa in rebus ꝓducendis vteret
quoad hominũ induſtria valuit collegerũt: ſuaſq; ad rationes
ędificatorias trãſtulerũt. Spectãtes igit quid natura & integrũ
circa corpus & ſingulas circa partes aſſueuerit/itellexere ex pri
mordijs rerum/corpora portionibus nõ ſemper æquatis con-
ſtare. Quo fit/vt corporũ alia gracilia/alia craſſiora/alia inter-
media producãtur: ſpectanteſq; ædificium ab ædificio/vti ſupe
rioribus trãſegimus libris/fine & officio plurimũ differre. Ea
Ædiũ ex- re haberi varium oportere. Natura iccirco moniti tris & ipſi ad
ornãdarũ inuenere figuras ædis exornandę: & nomĩa ĩpoſuere ducta ab
figuræ his/qui alteris aut alijs delectarẽtur: aut forte vti ferme inuene
tres. rint. Vnum fuit eorũ plenius: ad laborẽ/perennitatẽq; aptius
hoc Doricũ nuncuparũt. Alterũ gracile lepidiſſimum: hoc dixe
re Corynthium. Mediũ vero qđ quaſi ex vtriſq; cõponerent Io
nicum appellarunt. Itaq; integrum circa corpus talia excogita
runt. Poſt hæc cũ tria illa quæ recenſebamus aduertiſſent præ-
cipuę ad pulchritudinẽ aſſequẽdam facere: numerum/finitio-
nem/collocationem: his tribus quomodo vterent naturæ ope
ribus pẽſitatis cõpertũ fecere principijs vti opinor ductis hinc.
¶ Namq; ex numero quidẽ ipſo primũ intellexere alium eſſe
parẽ: alium imparẽ. Ambobus vſi ſunt. Sed paribus alibi: im-

paribus itẽ alibi. Oſſa enĩ ędificij naturã ſecuti hoc eſt colũnas
& angulos / & eiuſmodi numero nuſq̃ poſuere ĩpari. Nullũ enĩ
dabis aĩal qđ pedib⁹ aut ſtet / aut moueat̃ ĩparib⁹. Tũ & cõtra
nuſq̃ pari apertiones numero poſuere: qđ ipſum naturã obſer-
uaſſe in prõptu eſt qñ animãtib⁹ hinc atq; hinc aures / oculos /
nares cõpares quidẽ: ſed medio loco vnũ & ꝓpatulũ appoſuit
os. Verũ inter numero pares atq; ĩpares nonnulli ſunt / & fami
liares naturę magis q̃ cęteri: et apud ſapiẽtes in p̃mis celebres:
quos ſibi in cõponẽdis partib⁹ ædificiorũ vſurparũt architecti
ea maxime de re q; habeãt in ſe quippiã: quo merito digniſſimi
cẽſeant̃. Etenĩ naturã quidẽ ternario cõſtare principio philoſo
phãtes oẽs aſſeuerãt. Et quinariũ cũ tã multa / tãq; varia / tãq; De nume
admirabilia pẽſito quę aut in ſe quinariũ obſeruẽt: aut a quina ro quina-
riũ habẽtibus / quales ſunt hoĩm man⁹ / ꝓdierint: nõ iniuria di rio.
uinũ & merito dijs artiũ Mercurioq; in primis dicatũ aſſentior De nume
Et ſeptẽnario cõſtat ſummũ rerũ opificẽ deũ maiorẽ in modũ ro ſepte-
delectari: qui ſeptẽ poſuerit cœlo vagãtes ſtellas: & quem ſuas nario.
eſſe delitias voluerit hoĩem ita modereſ / vt & ꝯcipi & perfici &
adoleſcere & cõfirmari / & huiuſmodi oĩa ad hunc ĩpm redege-
rit numerũ ſeptenariũ. Veteres inquit Ariſtoteles nato infanti
nomen ante diẽ a natiuitate ſeptimũ nõ imponebãt / quaſi non
prius ſaluti deſtinato. Nãq; & in matrice ſemẽ & natus infans
ab ſui ortu plurimũ infra diẽ ſeptimã periclitat̃. Ex ĩparib⁹ etiã De noue
numeris celebrãt nouenariũ: ad quẽ numeꝝ ſolers natura ſphe nario.
ras appoſuit cœlo. Tũ & apud phyſicos cõſtat naturã parte in-
tegri nouenaria multis & maximis in rebus vti aſſueſſe. Nona
enĩ ex annuo ciclo ſolis pars dieꝝ eſt circiter quadraginta. Hũc
ad numerũ formari in vtero fœtũ aiebat Hypocras. Tũ & mo-
tus a grauiorib⁹ pleriſq; valitudinib⁹ ad cõualeſcẽtiam ex qua
drageſima terminari die paſſim cõſpicimus. Purgari deſinũt q̃
cõcepere / ſi erit maſcul⁹. Et rurſus poſt partũ natomaſculo ad
iſtã hãc diẽ purgari incipiũt matres. Et infantem ĩpm ante qua
drageſimã quoq; diẽ inter vigilandum neq; ridere / neq; lachry
mas fundere viſum affirmãt: dormientẽ vero feciſſe vtrũq; refe
rũt. De ĩparib⁹ hacten⁹. Ex parib⁹ autẽ fuere ĩter philoſophan De qua-
tes q diuinitati cõſecratũ dicarint numerũ q̃ternariũ: eoq; ſibi ternario.
pręſtari maximũ iuſiurãdũ voluerint: & ſenariũ ĩter rariſſimos Senarius
perfectũ nominãt: qui ſuis oĩbus integris cõſtet partib⁹. Octo- numerus

Octonarius.

nariũ in rerũ natura vim habere maximã conſpicuũ eſt. Menſe prȩterq̃ in Aegypto qui naſcũtur octauo vitã ꝓduxiſſe nullos videmꝰ. Quin et ſi peperit mẽſe pregnãs octauo/ & fœtus mortuus ſit: matrẽ etiã ſubinde moriturã dicunt. Tũ ſi concubuerit mẽſe octauo parẽs/ fiet infans oppletus lẽtoris mucoſi/ & cute

Decimus

reddetur fœda atq; oſtreacea valde obſcœna. Decimũ putabat Ariſtoteles numerũ oĩum haberi ꝑfectiſſimũ: ea fortaſſis re vti interpretãtur/ ꝙ quattuor cõtinuis collectis cubis eiꝰ quadratũ compleat̃. Itaq; his paſſim inde vſi architecti ſunt. Sed paribus quos apertioni deſtinarũt denariũ: imparibus vero nouenariũ trãſgreſſi maxime in tẽplis nõ ſunt. Nũc ſequit̃ vt de finitione

Finitio quid.

dicendũ ſit. ¶ Finitio quidẽ apud nos eſt correſpõdẽtia quædã linearũ inter ſe/ quibꝰ quãtitates dimetiant̃. Earũ vna eſt lõgitudinis: altera latitudinis: tertia altitudinis. Finitionis ratio aptiſſime ducit̃ ex his quibꝰ perſpectũ quidẽ & cognitũ eſt naturã ſeſe nobis ſpectandã/ admirãdamq; p̃bere. Et ꝓfecto iterũ atq; iterũ affirmo illud Pytagorę. Certiſſimũ eſt naturã in om̃ibus ſui eſſe perſimilẽ. Sic ſe habet res. Hi quidẽ numeri ꝑ quos fiat vt vocũ illa cõcinnitas auribꝰ gratiſſima reddat̃/ iidem ipſi numeri perficiũt vt oculi/ animuſq; voluptate mirifica cõpleãtur. Ex muſicis igit̃ quibꝰ hij tales numeri exploratiſſimi ſunt: atq; ex his p̃terea quibꝰ natura aliquid de ſe conſpicuũ dignũq; pręſtet tota finitionis ratio ꝑducet̃. Sed nõ longius ꝓſequar q̃ ad rẽ faciat architecti. Sinamus ergo q̃ ad ſingularũ vocũ ordines/ queue ad tetrachordorũ rationes ꝑtinẽt. Quæ aũt ad opus

De armonia.

noſtrũ faciãt hęc ſunt. Armoniã eſſe dicimꝰ vocũ cõſonantiam ſuauẽ auribꝰ. Vocũ alię graues/ alię acutę. Grauior vox a longiore neruo reſonat: acutæ a breuioribꝰ. Ex vocũ iſtarũ varia diſparitate varię habẽtur armonię: quas ex cordarũ cõſonantiũ mutua cõparatione veteres ad certos numeros collegere. Conſonantiarũ iſta ſunt noĩa. Diapente: quę eadẽ ſexquialtera. Diateſſeron: quę ſexquitertia. Tũ & Diapaſon: quę dupla. Et diapaſon diapente: quę tripla. Et Diſdiapaſon: quę quadrupla nuncupat̃. His addidere tonũ: qui & ſexquioctauus dicit̃. Cõſonantię huiuſmodi quas receſuimꝰ chordarũ inter ſe cõparationibꝰ ſic ſe habent. Nãq; ſexquialtera eo dicta eſt ꝙ iſtic neruus maior lõgitudine ſui integrũ minorẽ atq; inſuper alteram in ſe minoris partẽ cõtineat. Qd enĩ apud veteres ſexqui dicebatur/ ſic

nos interp̃tamur dictũ. In ſexquialtera igiť maiori dabiť neruo numerus ternari⁹: minori autẽ binarius. Sexquitertia dicta/in qua maior chorda minorẽ cõtineat integrã/atq; inſuper minoris ipſi⁹ partẽ quoq; tertiã. Maiori ergo dabis numerũ quattuor: minori tria. In ea vero cõſonantia quæ Diapaſon diciť/ numeri habẽtur reſpõdentes ex dupla vti binarij ad vnitatẽ/ & totũ ad ſui dimidiã. In tripla ternarij ad ipſam eãdem vnitatem/ aut integri ad ſui partẽ tertiã: in quadrupla quaternarius ad ipſam itidẽ reſpondet vnitatẽ vti integrũ ad ſui quartã. Numeri demũ ipſi muſici/vt eos ſummatim colligã/hi ſũt. Vnus. duo/ tres/quattuor. Eſt etiã vt dixi tonus: in quo maior neruus ad minorẽ cõparat⁹ eũ ſuperat ex minoris parte octaua. His oĩbus numeris vtũtur architecti per q̃ commodiſſime: & binatim ſumptis vti ponẽdis foro plateis et areis ſubdiualibus in quibus ſolũ duæ cõſiderãtur diametri latitudinis & longitudinis. Ternatim etiã ſumptis vtũtur veluti in ſeſſionibus publicis & ſenatu ponendo atq; aula & eiuſmodi: in quib⁹ vna comparãt longitudini latitudinẽ: & vtriſq; iſtorum altitudinẽ volunt ad armoniam correſpondere.

¶Numerorũ in dimetiẽdis areis correſpondẽtia/diffinitionis ratio armonijs & corporib⁹ non innata. Caput. VI.

De his nobis dicendũ eſt. Prius de areis: in quib⁹ binatim diametri coaptãtur. Arearũ alię breues: aliæ ꝓlixiores: alię medię: oĩm breuiſſima eſt quadrata: cui⁹ latera quęuis mutua lõgitudine ſũt ęqualia: & angulis reſpõdẽt oĩb⁹ rectis. Proxima eſt iſtic ſexquialtera/tũ & inter breues areas annumerabiť ſexquitertia. Tres igiť iſtiuſmodi reſpõdẽtię q̃ eadẽ apud nos ſimplices nũcupãtur breuib⁹ debẽtur areis. Mediocrib⁹ quoq; ęque tris cõueniunt. Earũ optima eſt dupla: huic ꝓxima quę a ſexquialtera duplicata cõponiť Atqui ꝓduciť ea quidem ſic: poſito minimo areę numero puta quattuor/ꝓduciť prima ſexquialtera: fient ſex. Huic etiã addis rurſus etiã iſti⁹ alterã: fiũt nouẽ. Excedet igiť longitudo maxima iſtic breuiſſimã ex dupla atq; amplius ex duplę tono & mediarũ etiã erit quã dederis bis ſũpta ſexquitertia pari ducta ratione vti ꝓxima. Erit igiť ex hac re ſũpta ꝓductione linea iſtic minor vt nouẽ/lõgiſſima vt ſexdeci. Ergo hic maior linea exceďiť a dupla minoris vno min⁹ tono. In ꝓlixiorib⁹ areis rõ duci

Arearum ratio.

tur ſic. Nam aut iungit̃ dupla cum ſexquialtera et fit tripla: aut iungitur duplæ etiam ſexquitertia / et fiunt extremi numeri vti tres et octo: aut ſumuntur vt reſpondeant mutuo diametri ex quadrupla. Diximus de breuiorib⁹ areis in quib⁹ numeri reſpō deant aut ex æquo / aut vti duo ad tres aut vti tres ad quattuor. Et de mediocribus areis in quib⁹ reſpondēt numeri: aut ex dupla / aut vti quattuor ad nouē / aut vti nouem ad ſexdecim. Vltimo recenſuimus prolixiores in quibus reſpondent ex tripla aut ex quadrupla / aut vti tres ad octo. Ternatim autem vniuerſos corporis diametros / vt ſic loquar / coadiugabim⁹ numeris his: qui aut cum ipſis armonijs innati ſunt: aut ſumpti aliunde certa et recta ratiōe ſunt. In armonijs iſunt numeri / ex quorum correſpondentijs proportiones earum cōplētur vti in dupla / tripla / quadrupla. Nam dupla quidē ex ſimplici habetur ſexquialtera: cui adiūcta quoq; ſit ſexquitertia exemplo huiuſmodi. Eſto ſit duplæ numerus minimus duo. Ex hoc produco per ſexquialterā ternariū: ex ternario inde per ſexquitertiā habebitur quaternarius: qui idem numerus ad binariū duplus eſt. Aut itidem ſic. Eſto ſit minim⁹ numerus tres: produco ſexquitertiam: fiunt quattuor: addo ſexquialterā: habent̃ ſex: qui relati ad tris complent duplā. Tum et tripla cōponitur ex dupla et ſexquialtera ſimul iūctis. Eſto ſit numerus iſtic minim⁹ binarius: Is ex dupla fiet quaternarius: huic addo ſexquialteram: fit ſenarius: qui quidē ſenarius numerus reſpondet ad binarium ex tripla. Aut iſtuc itidē ſic. Poſito codē binario minori capio eius ſexquialteram fiet ternarius. Addo etiam duplā ternarij: habemus ſenarium ipſum minoris triplum. Similib⁹ extenſionib⁹ producitur quadrupla ex quibus cōponit̃ dupla addita illis altera quoq; dupla. Nam fit ea quidem ex dupla duplicata: quæ eadē diſdiapaſon appellatur. Fitq; in modū hunc. Eſto ſit numerus iſtic minimus duo: hunc duplo / et fit diapaſon: quæ reſpondet vti quattuor ad duo. Hanc iterum duplo: et fiunt biſdiapaſon: in qua reſpondent ad duo octo: Componitur etiam quadrupla iſtec additis ad duplā ſexquialtera et ſimul ſexquitertia. Id qui fiat ex proxime dictis cōſpicuum eſt. Nam quo ſit explicatio iſtæc aptior poſita pura dualitate per ſexquialteram fit ternarius: qui per ſexquitertiam fit quaternarius. Qui demū quaternarius per duplā fit octonarius. Aut ſic

Nam poſito quidẽ ternario habes ex dupla iſtius ſenariũ: cui addis alteram ſui partẽ: fiunt nouẽ huic addis tertiã / dabunt duodeci: q quoq; ad ſui minimũ tris quaternari⁹ eſt. His numeris quales recenſuim⁹ vtunt architecti nõ cõfuſe et promiſcue: ſed correſpõdentib⁹ vtrinq; ad armoniã. Vti qui parietes velit attollere in area fortaſſis: cuius longitudo ſit ad ſui latitudinẽ dupla: is iſtic vtat reſpondentijs non quib⁹ tripla: ſed ijs tantũ quibus eadẽ ipſa cõponatur dupla. Aeq; itidẽ ſequet in area tripla: nam ſuis quoq; vtetur reſpondentijs: vtetur inq̃ non alijs q̃ ſuis. Itaq; diffiniet diametros ternati numeris quos recenſuimus: vti accomodatiores eos venire ſuum ad opus intelligat. Diametris etiã finiũdis innatæ ſunt quædã correſpõdẽtiæ quæ numeris nequicq̃ terminari poſſunt: ſed captãtur radicib⁹ et potentijs. Radices ſunt latera quadratorũ numerorum. Potẽtiæ quidem ſunt ipſorum quadratorũ areæ. Ex arearũ accretione concipiunt cubi. Cuborũ prim⁹ cuius radix vnitas diuinitati conſecrat⁹ eſt / ea re q; ex vnitate product⁹ tot⁹ ipſe quaq; vnus ſit. Accedit quod aiũt vnũ eſſe omniũ figurarũ in primis ſtabilẽ et in omnẽ baſim æque conſtantem et pmanſurũ. Sed vnitas ſi non ipſa numerus eſt: ſed numerorũ ſcaturigo ſeſe ipſam cõtinens atq; profundẽs: primũ eſſe numerũ fortaſſis licebit dicere dualitatẽ. Ex radice hac producis areã quaternariã / quã qui in altũ ſuſtulerũt ad radicis parilitatẽ pplebitur cub⁹ octonarius: ex cubo iſtiuſmõi finitionũ cõſtitutiones habebũtur. Nãq; in primis quidẽ iſtic ſe offerret ipſum cubi latus / quod cubica dicitur radix: cui⁹ area numerorũ eſt quattuor: et cubi ipſius plenitudo octo. His accedit linea ab angulo areæ ad oppoſitũ angulum: per quod directũ ducta quadratũ areæ diuidẽs in duo æq̃lia / ex quo diameter dicta eſt. Hæc. n. quãta ſit ad numerũ ignoratur. Sed eſſe hãc cõſtant radicẽ areæ octonariæ. Eſtq; ſubide et diameter cubi: quã certo ſcim⁹ eſſe radicẽ numeri duodenarij Poſtremo eſt linea in triãgulo rectãgulo maxia / cui⁹ qdẽ triãguli duo minora latera rectũ angulũ cõtinẽtia ſint: eoꝝ alterũ radix q̃ternarię areę: alterũ vero lat⁹ ſit radix duodenariæ. Tertia vero linea maxia recto angulo ſubtẽſa radix nũerorũ exiſtat ſexdeci. Tales igit q̃les recẽſuim⁹ diametris finiẽdis et nũeroꝝ et quãtitatũ correſpõdẽtiæ inatæ ſũt. Iſtorũ oĩm vſus eſt / vt minima linea detur areæ latitudini: maxia vero huic correſpon-

Radices et potentiæ qd in areis.

Cubus.

Cubica radix.

t

dens longitudini. Mediæ vero dentur altitudini. Sed interdũ pro ædificiorum cõmoditate cõmutabuntur. ¶Que autẽ diſfinitionis ratio non innata armonijs et corporib⁹: ſed ſumpta aliunde ad diametros ternati iungẽdos ſubſeruiat nũc dicẽdũ eſt. Etenĩ ſunt quidẽ triũ diametrorũ in opus coaptãdorũ ãnotationes quædã valde cõmodę ductæ cũ a muſicis/tũ a geometris/tũ etiam ab arithmeticis: quas iuuabit recognouiſſe. Has philoſophantes appellarũt mediocritates: earũ ratio et varia &

Mediocritatum captandarũ mõi tres

multiplex eſt. Sed in primis apud ſapientes captãdarũ mediocritatum modi ſunt tres: quorũ oĩm finis vt poſitis duob⁹ extremis medius quidã cõpareť numerus ambobus illis poſitis correſpondẽs certa cũ ratione. hoc eſt/ vt ita loquar/ affinitatis

Mediocritas. Arithmetica.

quadã adiunctione. Hac in diſquiſitione terminos cõſideram⁹ tris: duos/quorũ alter hinc maxim⁹: et contra hinc alter minimus dicať. Tertius vero intermedius vtriſq; correſpondeat ex mutua relatione interuallorũ: quib⁹ interuallis hic medi⁹ numerus ab vtriſq; diſtet. Ex trib⁹ quas in primis probarũt philoſophãtes/facillima inuẽtu mediocritas eſt: quã arithmeticam dicunt. Poſitis enĩ extremis numerorũ terminis: hoc eſt hinc maximo / puta octauo: atq; hinc e regiõe minimo / puta quattuor: hos ambos in vnã iũgis ſummã: fiẽt igitur duodeci: qua ſumma cõpoſitarũ in duas partes diuiſa accipiã ex eis alterã: ea erit vnitatũ ſex. Hunc numerũ ſenariũ iſtic eſſe arithmetici mediocritatẽ ſtatuũt: quæ quidẽ iter illos poſitos extremos quat-

Mediocritas geometrica.

tuor atq; octo æquo ab vtriſq; diſtet iteruallo. Altera vero mediocritas geometrica eſt: ea captať ſic. Nã minim⁹ quidẽ terminus puta quattuor in maximã puta nouẽ duciť. Ex his ita multiplicatis fit ſumma vnitatũ ſex et triginta: cui⁹ ſumme/vti loquuntur/radix/ id eſt lateris numerus totiens ſumpt⁹ quotiẽs in eo adſit vnitas ipſam compleat arã numerorũ triginta ſex. Erit igitur radix iſtæc ſex: nã ſexies ſumpta areã dabunt ipſam trigintaſex. Hanc arithmeticã mediocritatẽ perdifficile eſt vbiuis adinueniſſe numeris: ſed lineis eadẽ belliſſime explicať: de

Mediocritas muſica.

quib⁹ hic non eſt vt referã. Tertia mediocritas quæ muſica dicitur paulo eſt q̃ arithmetica laborioſior: numeris tamẽ belliſſime diffinitur. In hac proportio quæ minimi eſt terminorũ poſitorum ad maximũ/iſta eadẽ proportione ſe habeãt oportet diſtantiæ hinc a minimo ad mediũ: iſtinc a medio ad maximũ ter

minorū exemplo iſtiuſmōi. Eſto ſint poſiti numeri: minor tri ginta: maior vero ſexaginta: hi quidē iſtic ſeſe habēt ex dupla. capio igitur numeros qui minores eſſe in dupla non poſſunt: hi ſunt hinc vnus: hinc vero cōtra duo: iūgo eos/fiūt tres. Di uido exinde totū illud interuallū quod inter maximū datū nu= merum ſexagīta et minimū trigīta eſt in partes iſtas ipſas tris: erit hinc ſingula triū partiū iſtaꝝ decē: adiungā ea de re minori termino vnam iſtarū ptīū hoc eſt decem/fient quadragīta. Hæc erit quæſita mediocritas muſica: quæ diſtet a maxīo numero ex duplo interualli eius: quo medius ipſe numer⁹ diſtat a mini mo. Hac enī proportione maximū extremorū reſpōdere ad mi nimum propoſueram⁹. Huiuſmodi mediocritatib⁹ architecti et totum circa ædificium et circa partes opis q̄ plurima digniſſi ma adiuenere quæ lōgū eſſet ꝓſequi. Atqui mediocritatib⁹ qdē iſtiuſmōi ad altitudinis diametrū extollēdā apprime vſi ſunt.

¶De columnis modo et dimēſione ponēdis: collocatione et fi nitione. Caput.VII.

SEd columnarū ponendarū modū et dimēſionē quā illi tria in genera pro triū tempoꝝ varietate diſtinxe rint/pulchrū erit intellexiſſe. Hominē enī contēplati colūnas ſibi ex illius ſimilitudine faciūdas cenſuere. Itaqȝ diametros hois metiri a latere ad alterū lat⁹ ſextā: ab vm= bilico autē ad renes decimā eſſe partē lōgitudinis īuenere. Qđ ipſum nr̄i ſacrorū interpretes aduertētes arcā per diluuiū factā ad hois figuratonē autumāt. Ad tales dimēſiōes fortaſſis co= lūnas poſuerūt: vt eſſent aliæ ad baſim ſexcuplæ: aliæ vero de cuplæ. Sed naturę ſenſu animis īnato/quo ſentiri dixim⁹ cōcin nitates tātā iſtic craſſitudinē/et ꝯtra hic tantā gracilitatē nō de= cere moniti abdicarūt vtrāqȝ. Deniqȝ hos inter exceſſus eſſe qđ quærerēt exiſtimarūt. Ea re arithmeticos in primis imitati am= bo illa extrema in vnū coegere: et ſummā iūctorū per mediā di uiſere. Ex quo eū qui a ſenario et denario numero ſpatijs cōpa rib⁹ diſtaret/numerū eſſe octonariū cōpertū fecere: placuit atqȝ adeo ea de re lōgitudini colūnæ octies diametrū dedere baſis/ et ionicas nūcupauere. Doricū vero colūnarū gen⁹ qđ craſſiori= bus debet ædificijs eadē ipſa ratiōe qua ionicū habuere. Nāqȝ iunxere quidē minimū illū ēminoꝝ qui fuit ſex medio huic cō= ſtituto ionicis/qui fuit octo: et facta ſumma eſt denū et q̄ttuor.

Hominē cōtēplati veteres qđ de co= lūnis po= nēdis cen ſueræ.

Hāc ſummā diuiſere in partes ęquales:& datus eſt inde nume=
rus ſeptenarius ad quē numerū colūnas duxere doricas/vti eſ=
ſent illis quidē baſes ſcaporū amplę ex parte ſeptima lōgitudi=
nis ſui.Tū & graciliores quidē quas corynthias appellarūt / ex
medio illo ionico numero cū maximo terminoꝝ iūctis/& iun=
ctorū ſūma quoq; p mediū diuiſa cōſtituerūt.Nā fuit quidē io=
nicarū numerus octo:maximi vero terminorū numer⁹ decē:q
collecti vnā in ſūmā dedere numeros octo & decē:cui⁹ erit pars
altera nouē.Itaq; nouies diametrū imi ſcapi dedere lōgitudini
corynthiaꝝ columnaꝝ.Ionicis autem octies.Doricis ſepties.
Colloca=tio. De his hacten⁹.¶Sequit̃ vt de collocatione dicendū ſit.Collo
catio ad ſitū & ſedē partiū pertinet:ea magis ſentitur/vbi male
habita eſt/q̄ intelligat̃ per ſe qui decēter ponēda ſit.Nā ea qui=
dē multa parte ad iudiciū inſitū natura animis hoim referẽ.Et
multa etiā parte finitionis rationibus cōdicit.Tū ad rē de qua
agit̃ veluti genera ſint hęc.Suo quidē poſitę loco partes etiam
minimę q̄ per opus ſint aſpectu venuſtatē afferūt.Alieno aūt
ac nō ſe digno & cōdecēti loco poſitę vileſcūt/ſi elegātes ſunt:
ſinautē min⁹ vituperant̃.Eccū & in operib⁹ naturę illa quidē/
et ſi forte catello aſini auriculā fronti appegerit:aut ſi pede pro
dibit quiſpiā pręgrādi:aut manu altera vaſtiore/altera vero p=
puſilla:is quidē informis ſit.Et oculo ſpectare altero ceſio/alte
ro nigrāti:ipſis etiā iumētis nō ꝓbat̃:tā ex natura eſt/vt dexte=
ra ſiniſtris oīni parilitate correſpōdeāt.Quare īprimis aſſerua=
bim⁹ vt ad libellā & lineā/& numeros/& formā/& faciē etiam
minutiſſima quęq; diſponātur:ita vt mutuo dextera ſiniſtris:
ſumma infimis:ꝓxima ꝓximis/ęqualia æqualib⁹ æquatiſſime
cōueniant ad iſti⁹ corporis ornamētū:cuius futurę partes ſint.
Quin & ſigna/& tabulæ/& qcquid inſigne applicabit̃ ita coaptē
tur neceſſe eſt:vt innata locis accōmodatiorib⁹ & veluti gemel
la videātur.Veteres hanc parilitatis coęquationē tāti fecere:vt
etiā ponendis marmoreis tabulis noluerint quātitate/qualita=
te/circūſcriptione/& ſitu/& coloribus exactiſſime reſpōdere.Il=
lud egregiū apud Priſcos:in quo artis pręſtantiā valde admira
ri ſolitus ſum.Statuis cū alibi/tū in faſtigijs tēplorū ponendis
curarūt ne iſtic poſitę alteris poſitis e regione vlla ex parte aut
lineamēto/aut materia differrēt.Bigas.n.& quadrigas videm⁹
equorū/& ductorū/& adſiſtentiū ſtatuas vſq; adeo mutuo ſimi

les vt in ea re naturã ſuperaſſe poſſumꝰ atteſtari:in cuiꝰoperibꝰ
ne naſum quidẽ naſo ſimilẽ intueamur.Itaq; & quid nã ſit pul
chritudo:et quibꝰ conſtet partibus/& quos ad numeros noſtri
maiores:& quali finitione collocarint hactenus.

¶Summę quędã & perbreues annotationes/ac veluti leges ꝓ
totius rei ædificatione & exornatione. Ctput.VIII.

SEquit̃ vt ſummas & breues quaſdã admonitiões col
ligam:quas veluti leges cũ in tota exornatione pul=
chritudinũq; cõparatione/tum & in tota re ędificato
ria obſeruaſſe neceſſe eſt. Faciet etiã ad ipm id qđ pol
licebamur nos veluti epilogũ collecturos. Pricipio quidem ꝙ
vitia oĩa deformitatis lõge fugiẽda fore diximus: vitia iccirco
ꝑſertim grauia in mediũ ꝓferemꝰ. Vitiorũ alia ex cõſilio ac mẽ
te:vti iudiciũ/electio.alia ex manu: vti ea quę fabrili opere tra
ctãtur. Cõſilij iudicijq; errores atq; peccata priora ſunt natura
ſui & tẽpore/atq; in ſe magis graues: atq; item poſt cõmiſſum
peccatũ cęteris lõge minꝰ emẽdabiles. Ergo ab his ordiemur.
Vitio quidẽ dabitur/ſi regionẽ inſalubrẽ/impacatã/infecũdã/ Attende
infœlicẽ/triſtẽ/maliſq; tũ patentibꝰ/tũ etiã occultis obnoxiam qd de vi=
vexatãq; elegeris/vbi opus ponas.Erit & vitiũ/ſi areę modum tioſa regi
præſcripſeris nõ aptũ/nõ accõmodatũ.Si mẽbra mẽbris adiũ= one cauẽ
xeris:quę nõ mutuo inter ſe cõſentiãt ad vſus incolarũ atq; cõ= dum.
moditatẽ.Si nõ ſingulorũ ordinibꝰ.Si nõ toti familiæ libero= Vitium
rũ/ſeruorũ/matronarũ/puellarũ/vrbanorũ/ruſticanorũq; cõ= areæ.
modis ſatis cũ dignitate cuiuſq; ꝓuiſum ſit vna & hoſpiti etiã
atq; ſalutatoribꝰ.Si aut nimiũ vaſta:aut nimis puſilla/aut ni=
miũ patẽtia/aut plus ſatis recõdita/aut nimis cõiuncta/aut ni=
mis diſſeparata/aut valde plura/aut pauciora effeceris q̃ res po
ſtulet. Si deerũt quibꝰ ęſtũ/quibꝰ frigora tolleres ſine moleſtia.
Si nõ aderũt diuerſoria:quibꝰ te p bonã valitudinem exerceas
atq; oblectes:quibꝰetiã ab inualidis & nõ bene habẽtibus cœli
tẽporũq; offenſiones ꝓhibeas.Adde ſi nõ erit ab hoĩm iniuria
a ſubitis caſibꝰ ſatis munita & tuta.Si erit paries aut gracilior
q̃ vt ſeſe ferre & tectum poſſit:aut lõge craſſior q̃ firmitudo exi
gat.Si tecta inter ſe ſtillicidijs( vt ita loquar )altercantia. Si im
briũ vim in parietẽ intra itionẽ fundẽtia.Si nimiũ excelſa aut
nimiũ depreſſa poſueris.Si apertionũ hiatus ventos infectos/
pruinas moleſtas/ſoles iportunos.Aut contra ſi obſtruſiores

cæcitatē odioſam intulerint. Si oſſib⁹ parietū non pepercerint. Si perpediti anfractus itionū. Si fœda/obſcœnaq; offenderint et iſtiuſmodi quę ſuperiorib⁹ libris qualia eſſe debeāt explicaui
Ornamē torū vitia mus. Cæterū quę inter ornamētorū vitia in primis odiſſe oporteat/erūt veluti in operib⁹ naturę ſiquid forte prępoſterū mancum/exuberās aut vlla ex parte informe interceſſerit. Nā ſi id quidē in natura improbaſ atq; monſtro habeſ/quid in architecto: qui vſus ſit partib⁹ indecēter? Et ſi ſunt partes quidē, quib⁹ circa formas vtaſ/lineę/anguli extēſio et talia. Ergo recte aſſeuerant qui dicūt reperiri vitiū nullum deformitatis obſcœnius atq; deteſtabilius q̄ aut angulos/aut lineas aut ſuperficies numero magnitudine ac ſitu nō diligēter examinateq; inter ſe cōparatas/coęquatas/atq; cōpactas intermiſcere. Et quis non vehemēter redarguat eū qui vbi nulla cogat neceſſitas ex aberrātis lumbrici imitatione ducat parietis lineas horſum/iſtorſu3/ incōpoſite incōſiderate alias oblōgas: alias minuſculas/ angulis īparib⁹ cōpactione informi: eadēq; p̄ſertim in area iſtic obtuſiore/ ex aduerſo acutiore/cōfuſa ratione. pturbato ordine/cōſilio non pręcogitato & caſtigato. Et vitiū erit ita rē duxiſſe/vt cū alioquin ex fundamētorū rationib⁹ ſeſe habeat nō peſſime: tamen ita ſit/vt cū ornamēta deſiderent tñ excultiora reddi ornamētoꝝ elegātia nullo pacto poſſit veluti q in parietib⁹ nihil curarit p̄terq̄ vt tecta ſuſtineāt: nihil vſpiā reliquerint vbi apte atq; diſtincte aut colūnarū dignitatē, aut ſtatuarū decus/aut tabularū & picturæ venuſtatē aut cruſtationū lautitiē recte poſſis īpartiri. Huic vitio pene cōiunctū eſt: ſi q̄ pari potueris īpenſa efficere vt eſſent illa quidē lōge pulcherrima & multo venuſtiſſima/nō id totis virib⁹ aſſequi elaboraris. Eſt enī informis pfecto & figuris ædificioꝝ aliquid excellens pfectūq; a natura qđ aīm excitat veſtigioq; ſentiſ ſi adſit: ſi vero deſit maiorē in modū deſidereſ. Et ſunt p̄ſertim oculi natura pcupidi pulchritudinis atq; cōcinnitatis: & in ea re ſeſe pręſtant moroſos & ad modū difficiles. Neq; ſcio vnde ſit: cur magis qđ deſit flagitēt: q̄ pbent qđ adſit. Quęrūt enī cōtinuo qđ addi ad nitorē/ſplēdorēq; poſſit: & offendūtur quidē ni quātū a curioſiſſimo atq; perſpicaciſſimo atq; etiā diligētiſſimo puideri fieriq; potuiſſe iudicent: tantū videāt artis laboris induſtriæq; expolitū. Quin & interdū quid nā ſit qđ offendat nequeunt explicare præter vnū id

qđ immoderatã ſpectãdę pulchritudinis cupiditatẽ nõ habeãt qui penit⁹ adipleant. Quę cũ ita ſint/ ꝑfecto erit officij om̃i ſtudio opera & diligẽtia eniti vt quoad in nos ſit/ quę aſtruam⁹ ornatiſſima ſint: & ꝑſertim q̃ eſſe ornata om̃es cõcupiſcũt. Quo in genere ſunt publica et in primis ſacra. Ea enĩ extare nuda ornamẽtis homo perpeti poterit nemo.

Vitium aliud.

Erit etiã vitiũ/ ſi quæ publicis debenť ornamẽta/ ea priuatis adiũxeris: aut cõtra/ quæ priuatis/ tu ea publicis appoſueris: ꝑſertim ſi erũt illa quidẽ ſuo in genere minima. Si erũt nõ mãſura veluti qui futilia caduca putidulaq; picturæ illimẽta publicis adegerit. Eterna enĩ eſſe publica oportet. Et vitiũ ꝑfecto graue eſt/ qđ ipſum apud nõnullos ineptos videm⁹: qui opera vix inchoata fuco picturę & ſculpturę inſignib⁹ expoliũt atq; explẽt. Ex quo fit vt caduca iſtęc prius deleãtur/ q̃ opus eductũ ſit. Nudũ enĩ abſoluiſſe oportet opus anteq̃ veſtias: vltimũ erit vt ornes: cui rei & tẽporũ & rerũ occaſio & facultas ſeſe tũ demũ pręſtabit/ cũ id cõmodiſſime et ſine vlla ipeditione poteris. Sed ornamenta quę adigas veli bene multa ex parte ſint eiuſmodi/ vt in his pficiũdis cõplures mediocriũ artificũ man⁹ exerceãtur. Si qua vero placuerint elegãtiora et cultiora vt ſtatuę tabulęve/ quales Phidię Zeuſiſve illę quidẽ q; rariores habeãtur/ locis æque rariorib⁹ & digniſſimis collocabunť.

Deioces Medorũ rex. Ecbatana vrbs muro ſepteno & verſicoli incincta.

Deiocẽ illũ Medorũ regẽ nõ laudo qui Ecbatanã vrbẽ ſepteno incinxit muro/ diſtinxitq; colorib⁹ vt eſſent alij purpurei: alij cerulei: alij argẽto tecti: alij etiã aurati.

Calliculã marmoreum equile & eburneũ ꝑſepe habuit.

Odi & Calliculã qui equile habuit marmoreũ: præſepe eburneũ. Quæ ædificabat Nero cũcta erant auro tecta diſtincta gemmis.

Eliogabbalus auro pauimenta ſtrauit.

Eliogabbalus inſanior/ qui ſtrauit auro pauimẽta/ dolẽs q; nõ poſſet electro. Et vituperãdi nimirũ hi operũ imo inſanię oſtẽtatores: qui ſubſidia mortaliũ/ hoĩmq; ſudores i ea re ꝑfundãt quã neq; vſus/ neq; inchoati opis ratio expoſcebat: quãve nulla aut ingenij admiratio honeſtet: aut inuẽti gratia cõmẽdet.

Quomõ & qđ ãte ędificatiõnẽ conſiderandũ.

Hęc igitur vitia vt vitẽtur/ iterũ atq; iterũ admoneo ꝑuſq̃ opus aggrediare: totã rẽ & ipſe tecũ pẽſites: & vna peritos cõſulas exẽplarib⁹ ad modulos deductis. Ex qb⁹ veli bis ter/ quater/ ſepties/ decies/ cũ itermiſſis/ tũ reſũptis tpib⁹ oẽs repetas futuri opis ptes q̃ad a radicib⁹ imis ad ſũmã vſq; tegulã nihil neq; abditũ neq; ꝑpatulũ/ neq; magnũ/ neq; puũ toto ſit in opere futu℞ qđ nõ tibi & diu et multũ pcogitatũ/ pcõſtitutũ/ deſtiatũq; habeas.

qb⁹ rebus/ locis/ ordine/ numeroq; locaſſe/ adiunxiſſe/ præfi-niſſeq; deceat aut præſtet. Itaq; ſic efficiet bene conſultus: parate accurateq; rē aggredieť: cōdiſcet vires naturāq; ſoli/ vbi ædes ponat: diſcetq; cū ex veterib⁹ ædificijs/ tū ex vſu et conſuetudine incolarum quid ſub eo cœlo/ quo ædificādū ſit/ quiſq; lapis/ quid harena/ quid calx / qd materia ex eo loco ſumpta/ qd etiā aliunde importata valeat cōtra tēpeſtates. Statuet fundamentorū pedamētorūq; latitudinē/ altitudinē et primos ortus. Tū parieti et corticibus et infarcturæ et nexuris et oſſibus repetet quid quale ve ſingulis debeatur. Repetet etiā quid aptionib⁹/ quid tecto / quid cruſtationi/ quid pauimēto ſubdiuali/ qd opi inteſtino debeatur. Præſcribetq; loca/ vias/ argumēta/ quib⁹ ſuperflua noxia fœdaq; deriuenť/ auertātur/ cohærceanť vti ſunt pluuiarum egerendarū cloacæ: et arearū exſiccandarū foſſuræ: prohibendarū humectationū præmunitiones: vt etiā ſunt quæ irruentiū ponderū/ impetentiū vndarū laceſcētiū ventorū vim/ molē/ iniuriā fruſtrenť atq; ſuperēt. Deniq; omnia diffiniet/ nihil relinquet/ cui non quaſi legē modūq; præſcribat. Hæc ferme omnia tametſi ad firmitatē vſumq; ptinere in primis videanť/ tamē de ſe hoc præſtant/ vt ſi negligāť/ vitiū afferāt per q̄ maximū deformitatis. Quæ potiſſimū ad ornamēti elegātiā faciāt/ hæc ſunt. Exactā eſſe oportet cōdecorādi opis rationē/ atq; porro expeditā reb⁹ illuſtrib⁹ nō nimiū crebre cōfertis/ nō inculcatis/ vnāq; in cogeriem coactis: ſed ita diffinite apte appoſiteq; diſtributis et collocatis: vt qui mutarit omnē cōcinnitatis iucūditatē perturbatā ſentiat. Præterea nihil habēdū eſt quauis pte operis neglectū atq; exps artificij: nō tñ oīa æquabiliter eſſe ornatu eximio perducta et diuitijs referta velí: ſed copia vteť non magis q̄ varietate. Ex præſtantiſſimis alia ponet locis primarijs: alia etiā collocabit media inter minus elegātes: alia iterum inter poſtremas. Illud in ea re cauebit/ ne precioſiſſimis nimium friuola / ne grādiorib⁹ minutiſſima/ ne retractiorib⁹ anguſtioribuſq; multo perfuſa atq; ampliſſima piungat: ſed quæ erunt inter ſe dignitate diſſimiles et generib⁹ nō vſq; pares artificij cōformatione cœquabunť. Vt cū alia grauitatē maieſtatemq; præſeferant: alia iucunditatē et feſtiuitatē exhibeāt. Omniū ratio et ordo ita compenť: vt nō modo ad opus honeſtandum certatim cōueniāt: ſed ne altera quidē ſine alteris per ſe cō

Quæ ad ornamēti elegantiā faciūt.

ſtare/aut ſatis ſuã ſeruare dignitatẽ poſſe videaẽ: iuuabitq; certis locis paulo neglectiora intermiſcere: quo excultiorib⁹ lumẽ comparatione ſui reddatur illuſtrius. Illud omnino cauebiẽ/ ne lineamẽtorũ rationes peruertanẽ. Id fieret ſi corynthijs dorica/ vt dixi/ aut doricis ionica miſcereẽ et eiuſmõi. Ordini etiã ſuæ dabuntur partes: nequid interrupte/nequid cõfuſe diſſeminetur: ſed locis et ſuis et aptis collocetur. Media enĩ medijs/ et quæ a medijs pariter diſtabunt pariter collibrabuntur. Erũt deniq; oĩa dimenſa et nexa et compacta lineis/angulis/ductu/cohæſione/ cõprehenſione: nõ caſu/ſed certa et diffinita ratione: præbebũtq; ſe vt per coronas/per intercapedines/ oẽmq; p intimã extimãq; faciẽ operis quaſi fluens libere et ſuaue decurrat intuitus voluptatẽ augẽdo ex voluptate ſimilium diſſimiliũq; rerũ: neq; qui ſpectent ſatis diu contemplatos ducant ſe quod iterum atq; iterũ ſpectarint atq; admirẽtur: ni iterato etiã iterabeundũ reſpectẽt. Et cum ſatis quæſierint toto in opere nuſq̃ offendãt aliquid non æquabile: non correſpondẽs: et totis numeris ad decus gratiãq; cõſentiens. Itaq; huiuſmõi ex modulis excogitabũtur atq; penſabuntur: neq; ſolum quæ inchoes/ ſed etiam quæ inter efficiendũ vſui futura ſunt ex ipſis exẽplaribus admoniti præ cogitem⁹ neceſſe eſt/ atq; etiam paremus. Quo cœpto ope non hæſitandũ non variãdũ/ nõ ſuſpẽdendũ: ſed tota re breui et circũſcripta quadã explicatione pcepta quæ apta commodaq; ſint exquiſita collecta prõptaq; ſuppeditẽt. Itaq; hæc ſunt quæ et cõſilio et iudicio curaſſe architectu oporteat: Fabriles autẽ errores non cõuenit repetere: ſed curabit fabros/vt perpẽdiculis/linea/regula/normaq; recte vtãtur. Aptis autẽ temporib⁹ ædificabit/intercalabit/reſummetq; opus attẽperate: pura/incorrupta/impermiſta/ ſolida/ ſincera/cõmoda/ accomodata/valida/ponet diſponetq;/ſuis et aptis locis atq; ſedibus/collocabit/vt ſtent/iaceant/incumbãt/ fronte/latere ſeu patẽti ſeu aperto: vti cuiuſq; natura et vſus exigat.

¶Quæ architect⁹ cõſiderare debeat: quæ cõferãt ac neceſſaria ſint: quæ que ad eũ pertineant. Caput.IX.

SEd quo in his rebus curãdis/parãdis/exquendis ſeſe recte atq; ex officio gerere architectus poſſit/nõnulla ſunt minime neglıgẽda. Cogitãdũ ei qd ſuſcipiat muneris/quid profiteaẽ/quem ſeſe haberi velit/ quãtã rẽ Officiũ architecti.

aggrediatur/quãtũ laudis/ quantũ emolumẽti/ quantũ gratiæ atq; etiã poſteritatis. ſi ſuo recte functus fuerit officio nãciſcaẽ. Et contra ſi quid impite/incõſulte/incõſiderate inchoarit: quã tum vituperationis/quantũ odij ſubiturus ſit q̃ dicax/ q̃ aptũ/ patens aſſiduũq; teſtimoniũ ſtultitiæ ſuæ generi hominũ exhibiturus ſit. Magna eſt res architectura: neq; eſt oĩm tantã rẽ aggredi. Summo ſit ingenio/ acerrimo ſtudio optima doctrina/ maximoq; vſu prædit⁹ neceſſe eſt: atq; in primis graui ſinceroq; iudicio et cõſilio qui ſe architectũ audeat profiteri. De re eĩ ædificatoria laus oĩm prima eſt iudicare bene quid deceat. Nã ædificaſſe quidẽ neceſſitatis eſt: cõmode ædificaſſe cũ a neceſſitate id quidẽ: tum et ab vtilitate ductũ eſt. Verum ita ædificaſſe/ vt lauti approbent: frugi non reſpuant: non niſi a peritia docti et bene cõſulti et valde cõſiderati artificis proficiſcetur. Præterea facere quæ vſui cõmoda videantur: et quæ poſſe pro inſtituto et fortune ope fieri nõ dubites/ non magis architecti eſt/q̃ operarij fabri. Sed præcogitaſſe ac mente iudicioq; ſtatuiſſe quid omni ex parte perfectũ atq; abſolutũ futurũ ſit: eius vni⁹ eſt ingenij quale quærim⁹. Ingenio igitur inueniat: vſu cognoſcat: iudicio ſeligat: cõſilio cõponat: arte perficiat oportet quod aggrediatur. Quarũ rerũ omnium eſſe fundamentũ ſtatuo prudẽtiam et cõſilij maturitatẽ: reliquas autẽ virtutes/ humanitatẽ/ facilitatẽ/modeſtiã probitatẽ nõ in eo magis deſidero q̃ in cæteris cuiuis artificio deditis hoĩb⁹. Iſta enĩ ſunt quæ qui nõ habeat/ne hominẽ quidẽ putãdũ cẽſeam. Sed oĩno ei fugiẽda eſt leuitas peruicacia/iactãtia/ intẽperãtia/et ſi qua ſunt/ quæ bonam gratiã minuãt in ciuib⁹: odiũ ve augeãt. Cæterũ ſic gerat velim ſeſe vti in ſtudijs litterarũ faciunt. Nemo enĩ ſe ſatis didiſſe opam litteris putabit: ni auctores oẽs etiã non bonos legerit atq; cognorit: qui quidẽ in ea facultate aliquid ſcripſerint quã ſectẽtur. Sic iſtic quotquot vbiq; aderunt opinione et conſenſu hominũ probata opa perq̃ diligentiſſime ſpectabit: mandabit lineis: notabit numeris: volet apud ſe diducta eſſe modulis atq; exemplaribus: cognoſcet repetet ordinẽ locos/genera numeroſq; rerũ ſingulariũ/quib⁹ illi quidẽ vſi ſunt: præſertĩ q̃ maxima et digniſſima effecerint: quos fuiſſe viros egregios cõiectura eſt: quãdoquidẽ tantarũ impenſarũ moderatores fuerint: non tamen vaſta illa exaggeratione operũ mouebiẽ/ vt in

eo acquieſcat. Res magna eſt/inquit ille/quã colonus facit: ſed in primis diſquiret quid in quocũq; ſit artificij pcogitati et recõditi aut inuenti ratione rarũ et admirabile: aſſueſcetq; ſecum nihil probari/niſi quod oĩno ſit elegãs dignũq; admiratiõe ingenij: et quicquid erit vbiq; probabile ad ſe recipiet vt imitetur. Quæ aũtẽ multo fieri poſſe lautiora intelliget: ea tractabit artificio et meditatione vt corrigat atq; emendet. Quin et quæ alioquin erũt nõ peſſima enitet ingenij virib⁹ reddere meliora: ſemperq; acri et cõcitata rerũ optimarũ perueſtigatione maiora cõcupiſcens ingeniũ exercebit atq; augebit. Eoq; pacto nõ diſperſas mõ et q̃ſi diſſeminatas/verũ etiã intimis penetralib⁹/ vt ita loquar naturæ cõditas laudes oẽs ad ſe colliget: aĩoq; pcipiet/ quas in ſuis opib⁹ cũ mirifico laudis et gloriæ fructu cõferat. Gaudebit et aliqd in mediũ ſuo deprõptũ ĩgenio afferre: qd admiremur/forte q̃le fuit illi⁹ inuẽtũ: qui ædẽ ſtruxit ſacrã nullo adhibito ferramẽto. Quale ve illi⁹/qui romæ ſtãtẽ trãſtulit coloſſum atq; ſuſpẽſum: cui opi q; etiã faciãt ad rẽ q̃ttuor et viginti exercuit elephantos. Quale ve illi⁹ qui ex fodina labyrinthũ aut tẽplũ aut qduis vtile vſib⁹ et præt̃ ſpẽ effecerit. Neronẽ architectis vſum referũt prodigioſis: quib⁹ nihil veniebat in mẽtẽ/niſi qd efficere hoĩes vix poſſent. Hos nequicq̃ pbo. Veꝝ ita velim cõpent ſeſe/vt ſemp oĩ in re vtilitati et frugalitati pmas dare ptes voluiſſe præſe ferãt. Qui et cũ ornamẽti gratia oĩa fecerit/tñ ita pabit vt in primis vtilitatj gratia id feciſſe nõ neges. Et probabo ſi nouis inuẽtj opm pbatiſſimæ rõnes veteꝝ/et illis noua ingenij cõmẽta nõ deerũt. Itaq; hũc in modũ vires ingenij ſui vſu et tractatione rerũ quæ ad hãc eruditionẽ multa cũ laude aſſequẽdã pferãt excitabit: officijq; putabit nõ eã ſolũ facultatem habere/qua ſi careat/ nõ is ſit / quẽ ſeſe eſſe pfiteat. Verũ bonarũ oĩm artiũ cognitione et cultu quantũ ad rẽ faciat ipm ſe muniet: prõptũ expeditũq; reddet/quo ad plura aut maiora in ea re adiumẽta doctrinæ nõ deſideret: ſibiq; nũq̃ ponẽdum ſtudium: nunquã ceſſandum ſtatuet ab induſtria/vſq; ſentiat ſe his eſſe perſimilẽ: quorum laudib⁹ addi ampli⁹ nihil poſſit. Neq; ſibi ſatiſfactum putabit: ſiquid vſpiam erit vlla ex pte conferens: quod arte et ingenio poſſit conſequi: ni id præhẽderit penituſq; tenuerit: atq; pro virib⁹ egerit/vt in ſe ſit ipm id laudis ad vltimam ſui generis ſpeciem formamq; redactum.

Aedẽ ſacrã nullo adhibito ferramento ædificatã.

Attende opa factu mirabilia

Nota q̃ architecto ſcitu ĩprimis neceſſaria.

¶Quæ autẽ cõferant/imo quę ſint architecto penitus neceſſaria ex artibus hęc ſunt. Pictura & mathematica. In cæteris doctus ne ſit nõ laboro. Nã qui architectũ dixerit iuriſcõſultũ eſſe oportere/q aquarũ arcẽdarũ/finiũ regũdorũ/operũ nũciandorũ iura/et quę multa huiuſmodi interdicto diffiniunt inter ędificandũ tractetur nõ auſcultabo. Aſtrorũ etiã in eo exactã peritiã nõ poſtulo ea re/q ad boreã bibliothecas: ad occiduũ ſolem balnea poſuiſſe conueniat. Ne muſicũ etiã eſſe oportere dixero ea re q in theatris vaſa reſonãtia apponãtur. Aut rhetorẽ q q̃ acturus ſit prędocuiſſe redemptorẽ iuuet. Satis eni rerũ earum de quib⁹ dicturus ſit/cogitatio/peritia/cõſiliũ/diligẽtia pręſtabit: q̃ apte ac cõmodateq; ad rẽ et prudẽter loquat. Qđ ipſum in eloquẽtia primariũ & pręcipuũ eſt. Nolo quidẽ elinguẽ: nolo aurib⁹ ad armoniã penit⁹ obtuſis. Sat erit ſi nõ in publico/in alieno ędificarit: nõ luminib⁹ offecerit: nõ ſtillicidio: non deriuatione: nõ itinere ſeruitutẽ indixerit pręter interdictũ. Si ventos qua parte orbis/et quib⁹ nominib⁹ appellent tenuerit. Qui ſi tamen inſtructior fuerit nõ recuſabo. Verũ pictura & mathematica non carere magis poterit q̃ voce et ſyllabis poeta. Atq;

De pictura.

haud ſcio an ſit ea ſatis vel mediocriter præcepiſſe. De me hoc ꝓfiteor/multas incidiſſe ſępius in mentẽ cõiectationes operũ/ quę tũ quidẽ maiorẽ in modũ ꝓbarim eas cũ ad lineas redegiſſem errores inuenı in ea parte ipſa quæ potiſſimũ delectaſſet & valde caſtigãdos. Rurſus cũ perſcripta pẽſitaui/ & numero metiri adorſus ſum/indiligentiã cognoui meã/atq; redargui. Poſtremo eadẽ cũ modulis/exẽplaribuſq; mãdaſſem: nõnunq̃ ſingula repetẽti euenit/vt me etiã numerũ fefelliſſe depręhẽderim Sed ne Zeuſim quidẽ eſſe pingẽdo/aut Nichomacũ numeris/ aut Archimedes angulis & lineis tractãdis volo. Sat erit ſi noſtra quę ſcripſimus pictura elemẽta tenuerit. Si eam etiam peritiam ex mathematicis adeptus ſit/quę angulis vna & numeris/& lineis miſta ad vſum eſt excogitata. Qualia ſunt quæ de ponderibus/de ſuperficiebus/corporibuſq; metiendis traduntur: quę illi podiſmata/embadaq; nuncupant. His artibus adiuncto ſtudio & diligentia ſibi gratiam architectus opes nominiſq; poſteritatem & gloriam nanciſcetur.

¶Vnum hic non prætериſſe iuuet/quod ad architectum pertinet: nõ vltro oibus qui ſe ædificaturos prędicant/opera polli-

c̃enda tua eſt.Qđ leues & gloriæ plus ſatis cupidi certatim faci=
unt.Equidẽ haud ſcio an expectandũ ſit vt iterũ & iterũ expo=
ſcant.Tibi enĩ credãt òportet ſpõte ſua qui tuo ſe vti velle cõſi=
lio prę ſe ferant.Aut quid ego vt mihi vnꝰ alterue ĩperitus cre=
dat vltro meas dignas & vtiles excogitationes explicaturꝰ ꝓ=
deam nulla repẽſa gratia.Te enĩ vt meis monitis peritiorẽ effi
ciam in ea re:in qua aut maximo te leuẽ diſpendio: aut cõmo=
dis & voluptati vehemẽter cõferã/pręmiũ mereř nõ mediocre
Dignitatẽ iccirco ſeruaſſe cõſulti eſt/fidũ conſiliũ poſcẽti/caſti=
gataqꝫ lineamenta pręſtitiſſe ſat eſt.Qđ ſi forte ad te ſuſceperis/
vt operis curator & finitor eſſe velis:vix erit vt vites ne oĩa
aliorũ vitia/erroreſqꝫ/ſeu ĩperitia/ſeu negligentia cõmiſſa ſint/
ad vnũ teipſum referãtur.Adſtitoribus iſta quidẽ ſolertibꝰ cir=
cũſpectis rigidis demandanda ſunt:qui quę facto opus ſit dili=
gẽtia/ſtudio/aſſiduitate procurẽt.Velim quoqꝫ quoad liceat cu
res/ſit res tibi nõ niſi cũ ſplẽdidis/& harũ rerũ cupidiſſimis p̃n=
cipibus ciuitatũ.Opera enĩ quibuſuis ꝓ̃ſtita nõ dignis vileſcit.
Quid putas ſummorũ virorũ auctoritates quibꝰ in primis in=
ſeruiendũ cẽſueris/tibi ad fructũ laudis cõferat?Ego vero ꝓ̃ter
id qđ pleriqꝫ oĩes neſcio quo pacto videmur interdũ ex fortu=
natoꝝ ſenſu & iudicio plus lõge ſapere vulgo q̃ ſit in re.Is ſum
qui cupiã architecto propre abũdeqꝫ ea pręſtari q̃ ad opus effi=
ciendũ exigaň.Hoc tenuiores perſepe cũ minꝰ poſſint/etiã mi
nus volunt.Adde his qđ videre licet:vbi alioquin par ſit artifi
cis ingeniũ & induſtria illic ęque atqꝫ iſtic in opere cõparari: tñ
ex præcio & præſtãtia rerũ quibꝰ id opus cõſtet gratia in altero
multo habebiř q̃ in altero accumulatior.Poſtremo glorię cupi
ditate nuſq̃ quippiã pręſertim inſuetũ atqꝫ inuiſum temere ag=
grediaris moneo.Penſata digeſta ſint ad minimũ oĩa quæ in
mediũ afferẽtur.Aliorũ enĩ manu perficere quæ tuo ꝓprio in=
genio cõmẽtatus ſis laborioſa eſt res:& alienis velle vti pecu=
nijs ad arbitriũ quis nõ intelligit q̃ nuſq̃ futurũ ſit vacuũ quę=
rimonia?Tum & cõmune illud vitiũ quo ſępius fiat/vt ferme
nullũ maximorũ operũ grauibꝰ atqꝫ valde vituperãdis errori=
bus careat peruelim abs te lõge abigas quotus erit oĩm qui nõ
affectet vitę/artis/morũ/inſtitutorũ tuorũ emẽdator/ modera=
tor/directorqꝫ videri.Maxima quęqꝫ ædificatio ad vitę homĩs
breuitatẽ & operis magnitudinẽ vix nunq̃ dabiř/vt ꝑ eundem

Conſiliũ architecti quomõ ĩpartien=dum.

abſolui poſſit qui poſuerit. At nos ꝑcaces qui ſequimur om̄ino aliquid innouaſſe cōtēdimus & gloriamur. Ex quo fit/ vt aliorum bene inchoata deprauētur & male finiātur. Standū quidē cēſeo auctorū deſtinationib⁹: qui per maturitatē illas excogitarunt. Potuit enī primos eos conſtitutores aliquid mouiſſe/ qđ ipſum te diuti⁹ & diligētius perſcrutantē atq; rectius cōſulentē quoq; non latebit. Tamen quicquid attētandū inſtitueris/ id nō niſi de peritiſſimorū cōſilio vel poti⁹ edicto aggrediaris moneo. Sic enī & cōmodis ædificationis & tibi ab obtrectatorū inſimulationib⁹ belliſſime cōſulueris. Dixim⁹ publica: diximus priuata: diximus ſacra: dixim⁹ ꝓfana: quæ ad vſum/ quę ad dignitatē/ quę ad voluptatē. Nūc qđ reliquū eſt/ ſiquid aut architecti iperitia atq; indiligētia: aut tēporis hoīm ve iniuria/ aut ſiniſtris īprę meditatiſq; caſib⁹ p ædificiū manarit vitij/ dicemus q̄ pacto id corrigi/ reſtituiq; poſſit. Fauete hijs ſtudijs litterati.

# LEONIS BAPTISTAE ALBERTI DE RE AEDIFICATORIA LIBER DECIMVS ET VLTIMVS. QVI OPERVM INSTAVRATIO INSCRIBITVR.

De operum vitijs. Vnde ꝓueniāt. Quæ ab architecto emendari poſſint/ & quę nō. Quænā cœlū grauefaciāt. Caput. I.

SI de operū vitijs emēdandis deinceps diſputādum eſt/ ꝯſideraſſe oportet quę nā ea quidē et qualia ſint vitia quę manu hoīm emēdent Sic enī & phiſici arbitrātur maximā remediorū partē ex morbi cognitione pendere. Ędificiorū vitia cū publicorū/ tū priuatorū alia ab architecto ſunt veluti inſita atq; innata: alia importātur aliūde. Et rurſus horū alia emēdari arte poſſunt & ingenio: alia penit⁹ emēdari nequeūt. Ab architecto ea ſūt qualia ꝓximo ſuperiore libro quaſi digitū intēdentes oſtēdimus.

Animi & manus vitia.

Nā alia quidē animi ſunt vitia: alia manus. Animi electio: partitio. diſtributio: finitio: prępoſtera/ diſſipata/ confuſa. Manus autē vitia ſunt paratio/ collectio/ aſtructio/ coagmētatio neglecta atq; deſidioſa/ & eiuſmodi in quę vitia male cōſulti atq; indiligētes facile incidūt. Quæ autem importentur vix recenſeri poſſe arbitror/ tam multa & tam varia ſunt/ inter quæ illud eſt

qđ aiunt/om̃ia vinci æuo:et inſidioſa nimiumq́ȝ valida eſſe tor Infima
menta vetuſtatis:nec poſſe aduerſus fœdera naturę niti corpo hęc om̃ia
ra quin ſenectutẽ ſubeãt:vt vel ip̃m cœlum mortale arbitrẽtur tempore
nõnulli ea re ꝙ corpus ſit/ſentimus quid ardor ſolis/quid vm ſeneſcere.
brę gelatio/quid pruinę/quid vẽti valeãt. His tormẽtis actos
cernimus fatiſcere & putreſcere etiã duriſſimos ſilices:& altis a
rupibus auelli ꝓtrudiq́ȝ ſaxa imania tẽpeſtate:vt multa cũ par
te montis corruãt. Adde his hominũ iniurias. Me ſuperi inter-
dũ nequeo nõ ſtomachari/cũ videam aliquorũ incuria/nequid
odioſum dicã dicerẽ auaritia/ea deleri/quib⁹ barbarus & furẽs
hoſtis ob eorũ eximiã dignitatẽ pepercifſet. Quęve tẽpus perui Tẽpus re
cax rerũ ꝓſternator æterna eſſe facile patiebat̃. Adde caſus repẽ rũ ꝓſter-
tinos incẽdiorum:adde fulgura/terręmotus/ & aquarũ impet⁹ nator per
atq́ȝ inundatiões:& quę multa indies ꝓdigioſa naturę vis poſ- uicax.
ſit afferre/inaudita/inſperata/incredibilia/quib⁹ om̃is bñ dedu Nota
cta ratio architecti vitiet̃ atq́ȝ diſturbetur. Athlantem inſulam hęc ſcitu
Epyro nõ minorẽ euanuiſſe aiebat Plato. Ex hyſtorijs accepi- ñ idigna
mus burã/helidẽq́ȝ alterã hiatu/alteram vndis deletam fuiſſe. ꝗ olim ci
Tritonidãq́ȝ paludem e veſtigio diſparuiſſe. Et cõtra apud Ar- to perie-
gos ſubito exundaſſe paludẽ Stymphalidã. Apudq́ȝ Terame- rũt/vel
nem repente inſulã cũ aquis calidis excreuiſſe. Et ex pelago in apparue-
ter Thyreſiã & Therã ꝓrupiſſe flammã/quæ totũ mare ĩtegros runt.
dies quattuor ęſtuãs ardenſq́ȝ reddiderit:ſubinde inſulã emer-
ſiſſe ſtadioꝝ duodecim in qua Rhodij templũ tutori Neptũno
ædificarint. Et mures alibi adeo multos cõcreuiſſe/vt ſequuta
ſit peſtis. Et ab Hiſpanis legatos ad ſenatũ miſſos/ qui auxilia
peterẽt cõtra lepuſculorũ iniurias:& quæ multa his ſimilia in
eo collegimus opuſculo qui Theogenius inſcribitur. Sed non
om̃ia quæ importãtur aliunde vitia talia ſunt vt emendari ne-
queant. Neq́ȝ ab architecto ſiquod aderit vitiũ tale ſemper erit
emendari vt queat. Corrupta enĩ funditus et omni ex parte pe
nitus deprauata emẽdationes nõ ſuſcipiũt. Quæ item ſic ſe ha-
bent/ vt niſi totis lineis ꝑuertant̃ reddi nequaq̃ poſſunt melio
ra:ea quidẽ nõ emẽdãtur magis q̃ vt noua illic facias demoliũ
tur. Sed nõ hic inſiſto. ¶ Nos ea ꝓſequamur q̃ reddi manu poſ De vrbe
ſint cõmodiora. Ac p̃mũ qdẽ publica. Hoꝝ maximũ & ampliſ- emẽdãda
ſimũ eſt vrbs vel poti⁹/ſi id ita ĩterp̃tari libeat/vrbis regio. Re-
gio qua indiligẽs architectus vrbẽ cõdiderit hæc forte patietur

vitia emendata. Nā aut contra repētinas hoſtium excurſiōes erit non ſatis tuta: aut cœlo erit immiti et parū ſalubri / et quæ ad vſum facient non abunde ſuppeditabūt. De his igitur tranſigemus. Ex Lidia in Ciliciam iter eſt perq̄ anguſtum a natura inter montes vt regioni facere voluiſſe portā dicas. In faucib⁹ iugi quas græci pilas nūcupant iter etiam eſt: quod terni cuſtodiant armati: via prærupta crebris aberrantib⁹ riuis / qui ex radicibus montiū manant. Similes in Piceno ſerræ: et quas vulgo foſſumbronias nuncupant: et alibi cōplures. Sed hi aditus natura muniti non vbiq; ad arbitrium habenť: poſſe tamē videmur multa ex parte naturā imitari. Quod ipſū locis pleriſq; facere prudentiſſimi veteres. Nam hi quidē quo regionē cōtra quō hoſtium excurſiones munitā redderēt ſic rem parunt. Referā ex geſtis præſtantiſſimorū principū breuiſſime quæ ad rem faciāt. Apud Euphratē Artaxerxes foſſa lata pedes. lx. lōga paſſuum miliū decē ab ſe hoſtē excluſit. Murū per Britāniā Cæſares inter quos Adrianus milia. lxxx. duxit: quo barbaros a romanorū agro ſeparet. Antoninus etiā Pius eandē per inſulā murum aſtruxit ceſpiticeum. Seuerus poſt hunc tranſuerſam per inſulam vtriq; ad fines oceani perduxit vallū milia paſſuū c. et duo et vigiti. Apud Margianā regionē Indiæ Anthioch⁹ ſoter quo loci Anthiochiā condidit: muro ambitū regionis circundedit longo ſtadia. M. quingēta Duxit et Seoſoſis murum a latere Aegypti Arabiā verſus a Peluſio ad vrbem vſq; ſolis quam Thebē nuncupāt deſerta per loca ſtadia itidē quingenta et mille Neritō ad leucadem cum fuiſſet cōtinēs abſciſſo Iſtmo mari perducto fecere vt eſſet inſula. At Chalſidenſes et Boetij Eurippo aggerē duxere: quo Euboia Boetiæ iungereť: vt eſſet altera alteri ſubſidio. Ad Oxum fluuiū Alexander ſex cōdidit opida inter ſe non multo diſtantia: ne ſubitis hoſtib⁹ laceſſitis procul eſſent auxilia petēda. Tyrſes appellantur alto vallo munita præſidia caſtellis ſimillima: quib⁹ contra hoſtium aditus paſſim vtebātur. Perſæ iactis cataractis fluuiū impedierāt Tygrim / ne qua poſſet nauis hoſtiliter aſcendere. Eas Alexander quod eſſe animi op⁹ diceret ignaui diruit: ſuaſitq; potius virīū virtute cōſiderent. Sunt qui regionē aquarū copia inducta effecere vt eſſet ſimilis arabiæ: quam paludibus et ſtagnis ab Euphrate contra hoſtium ingreſſus fuiſſe munitiſſimā ferunt. Re

Marginal notes: Nota hæc mirabilia quō dā opa. — Artaxerxes. — Adrian⁹. — Antoninus. — Seuerus. — Anthiochus — Seoſoſis. — Alexāder — tyrſes qd — Perſæ.

gionẽ igitur præſidijs talibus contra hoſtẽ munitã reddidere. Hiſdem artibus effecere vt eſſet quidem hoſtium regio imbecillior. Quæ autẽ ſint quæ cœlũ grauefaciant/ ſuo prolixius loco diximus: ea tu ſi collegeris/ ferme eſſe generibꝰ hæc inuenies. Nam aut ſoles immodici/ aut crudæ vmbræ/ aut graues afflatꝰ obijcientur: aut ex terra malis vaporibꝰ inficietur: aut ex ipſo erunt cœlo quæ nocuum importẽt malũ. Cœlũ quidẽ vix poſſe putant vllis artibꝰ emẽdari hominũ: ni illud cõferat quod ſcribunt/ placatis ſuperis deorũ ve monitis vti clauo per cõſulẽ affixo acres interdũ fuiſſe ſedatas peſtes. Contra ſoles ventoſqꝫ incolis oppidorũ et villarũ quid forte iuuet non deerit. Sed regioni vniuerſæ quid ſatis cõferat cõpertũ nõ habemus: tametſi magna ex parte vitia quæ ex aura importanẽ emẽdari poſſe nõ negẽ: vbi euenerit/ vt vapores ex terra noxij tollantur. Quã ob rem non eſt vt illa proſequar. Solis ne vi: an cõcepto viſceribꝰ intimis ardore tellus duo illa ſpiret: anhelitũ. ſ. qui ſublatus in aerem frigore in pluuias niueſqꝫ cõcogaẽ: et ſiccum ſpiritũ/ quo putant fieri/ vt ventorũ impulſus moueanẽ. Tãtũ cõſtet apud nos ſpirare vtrũqꝫ ex tellure: ac veluti ex corporibꝰ aĩaliũ qui exalãt vapores ipſum id ſapere ſentimꝰ: quale illud ſit corpus a quo effunditur: ex peſtilenti peſtifer: ex odorato ſuauis et huiuſmodi. Interdũ etiã fieri in prõptu eſt/ vt qui ſudor et vapor alioquin ſuapte natura minime moleſtus ſit/ veſtiũ tamẽ nidore infectus tetrũ oleat. Sic in tellure. Namqꝫ qui ager neqꝫ aqua bene opertus ſit/ neqꝫ etiã ſatis ſiccus ſit: ſed ex vtriſqꝫ luteſcat: is quidẽ pluribꝰ de cauſis anhelitus ſpirituſqꝫ fundet infectos et noxios. Et faciat hoc quidẽ ad rẽ. Nam vbi mare altũ ſit frigidas/ alibi vero tepẽtes inuolui vndas ſentimꝰ. Id ea re fieri prædicant/ ꝙ profundius ĩmergi/ et altius penetrare ſolis ardores non poſſunt: atqꝫ vti ignitũ candẽſqꝫ ferrũ ſi forte in oleũ dimiſeris/ fueritqꝫ tum quidem oleũ modicũ/ illico fumos excitabit acres turbulentos. Id vero ſi oleũ multo ſupnatabit extigueẽ/ fumoſqꝫ non dabit. At nos de his qua cœpimus breuitate proſequemur. Palude iuxta quoddã oppidum exſiccata/ et ex ea re orta cum eſſet peſtilentia/ Apollinem ſcribit Seruius rogatum iuiſſe penitus exſiccarent. Apud Tempe lata ſtagnabat aqua: Hercules ducta foſſa purgauit. Hydramqꝫ quo ex loco eruptiones aquarũ propinquã ciuitatẽ vaſtarent vti ferunt exuſſit: in-

Quæ cœlũ graue faciant.

Hydra.

de factũ aiunt vt conſumato humore ſuperfluo ſo'oq; denſato exundantiũ ſtillarũ meatus abraſi ſint. Olī Nilus pl⁹ æquo ex creuerat abſq; luto multa et varia animãtia cõcreta reſtiterãt. Siccato igitur ſolo putruerãt: inde ingens manarat peſtis. Sub
Mazara. Argeo monte ciuitas inquit Strabo Mazara bonis quidē abũdat aquis: ſi æſtate quo fluãt nõ patet, aerē ea reddãt inſalubrē et peſtilentē. Tum et in Libya ad ſeptētrionē, atq; itē in Ethiopia non pluit: ex quo ſæpe lacus ob ſiccitatē fiunt cœnoſi. Eaq; de re cum cætera iſtiuſmõi animãtia orta corruptionibus, tum maxime locuſtarũ ingens copia exuperat. Contra iſtiuſmõi fetores et putredinũ vim Herculis vtraq; remedia percõmoda adhibebuntur foſſa ducta, nequid ex mora ſtagnantis aquæ ſolũ illuteſcat: proxime pandeſ ſolib⁹, Nam hi quidē ignib⁹ vſum Herculē interpretamur. Et confert ſaxo, tellure, harena vecõplere. Quo aũt pacto cõcaua ſtagnantiũ aquarũ poſſis facile ha
Rauenna rena cõplere ex fluuio, ſuo dicetur loco. Rauēnã inquit Strabo per ſua tempora q; plurimo inundareſ mari ſolitã affici odore tetro: aere tamē fuiſſe non peſtilēti. Et mirãtur quid ita: ni forte quod euenire vrbib⁹ venetiarũ dicũt id fiat ea re q; circũfluentes paludes ventis æſtuq; maris actæ nunquã conquieſcant. Huic perſimilē quoq; fuiſſe Alexãdriã ferunt: Sed ibi per æſtatem Nili incremēta id vitiũ amouere. Natura igiſ admonemur quid facto op⁹ ſit. Nã iuuabit qdē aut penit⁹ exiccare: aut reddere bñ aquoſam riuis, fluēto, mari ve imiſſo: aut demũ tellure exempta vſq; ad itimã ſcaturitatē aquæ infodere. De his hacten⁹

¶ Quæ ad vſum neceſſaria, et ĩprimis aqua, quã et maiores noſtri multi ſemper fecerũt, aquarũ quoq; varietas. Caput. II.

HVnc ſi quid ad vſus neceſſitatē deerit, id ne deſit prouideam⁹ Neceſſaria quæ nã ſint nõ longius repeto, in prõptu ſunt. Eſca: veſtis: tectũ: et in primis aqua. Aquã mileſius Tales principiũ eſſe rerũ et humanæ coniũctionis dixit. Plus mille vicos ſe inqt vidiſſe Ariſtobol⁹
Vide aq̃ vtilitatē. deſertos quia Indus fluui⁹ alio diuertiſſet. Ego vero eſſe aquã animãtib⁹ veluti pabulũ calorꝭ, vitæq; alimētũ nõ negari: aut quid plãtas referã? quid cætera, qb⁹ mortales vtunſ? Sic exiſtimo quæ in terris creſcant et coaleſcãt oĩa, ſi aquã ademeris, fore vt futura ſint nulla. Apud Euphratē pecora a paſtu pellunt q; pratis pl⁹ ſatis feracib⁹ nimiũ pingueſcãt: ei⁹ rei cauſam pu-

tant humoris exuberantiã eſſe. Mariq; ĩmaniſſima vigere cor=
pora ea potiſſimum cauſa aſſeuerãt: q̧ ex aqua nutrimẽti copia
multa ſuppediteẽ. Regib⁹ Lacenarũ meminit Xenophõ digni= Mos La=
tatis gratia dabaẽ vt ſtagnũ aquæ haberent pro forib⁹ ante do= cenarum
mũ. In nuptijs in expiationib⁹ ac fermę oib⁹ deniq; in ſacris ve
tuſtiſſimo ritu aquã adhibem⁹. Quæ oẽs res indicio ſunt quãti
maiores noſtri aquã fecerit. Sed quis negarit eius copiã multį
modis plurimũ generi hominũ ĩſeruire atq; opitulari / vt nuſq̃
adeſſe non modica putãda ſit / niſi cũ affluẽtiſſime oẽs ad vſus
abundarit. Ab aqua igiẽ quãdo ea vti aiũt per bonã et malã va=
litudinẽ vtimur ordiemur. Maſſagetæ multis locis ſciſſo Ara= Vide hic
go fluuio regionẽ aquoſam reddidere. Ad Babylonẽ q̧ eſſet in fluuioꝝ
ſicco ædificata Tygris et Euphrates immiſſi ſunt. Aquæ ductũ duct⁹ mi=
in vrbẽ Ecbatanã induxit Sęmiramis ꝑfoſſo mõte alto ſtadia rabiles.
vigitiquiq; foſſura lata pędes quideci. Ab choro fluuio arabiæ
vſq; in deſerta et arida loca Arabs rex eo loci Cambiſem expe=
ctans aquã deduxit facto / ſi oĩa credim⁹ Herodoto / ex taurorũ
pęllib⁹ aquæ ductu. Apud Samios rara inter opa admirabãtur
foſſam ſtadia longã ſeptuagita / ductã per mõtẽ altũ orgias cen
tum quinquagita. Admirabanẽ et cuniculũ Megaræi op⁹ altũ
pedes vigiti: quo fons in vrbẽ deduceretẽ. Sed meo iudicio vrbs
Roma oẽs facilę et opm magnitudine et ducẽdi artificio / indu
ctarum aquarum copia longe ſupauit. Aquam vnde ducas nõ
ſemper amnęs fontes ve patebunt. Puteos Alexander iuſſit fo
di ſecus marę et litus perſicũ vt claſſem aquaret. Hãnibal cũ a
Scipione vrgeretur inquit Appianus ad Colliã vrbẽ medijs in
agris q̧ aqua nõ adeſſet puteis effoſis militũ neceſſitati proui=
dit. Adde etiã q̧ aqua nõ oĩs inuẽta vſib⁹ hominũ accomodaẽ
Nam præter id q̧ aliæ calidæ / aliæ frigidæ repiunẽ: q̧ ve aliæ Aquarũ
dulces: aliæ acidæ: aliæ amaræ: aliæ puriſſimæ / aliæ limoſæ / ſpecies va
viſcoſæ / vnctuoſæ / piceæ / aliæ quæ etiã immiſſa reddant vt ſint riæ.
ſaxea: aliæ curſu eodẽ partim claræ parti fluãt turbulẽte: et ali
bi aluo eodẽ hic dulces: alibi ſalſę amaræ ve. Sunt etiã alia me Vide hic
moratu digna: quib⁹ aquæ inter ſe natura et vi multo differãt / aquarũ
quæ plurimũ ad ſalutẽ et pnitiẽ hominũ faciãt. Et liceat quoq; miracula
nobis aliqua de aquarum miraculis recenſere: quæ oblectẽt. Ar ſcitu q̃
ſiones apud Armeniã veſtes eo lotas lacerat. Diana apđ Came digniſſi=
rinũ nõ coit cũ viro. In Debri oppido garamãthũ fõs die friget ma.

noctu feruet. Apud Segeſtanos Helbeſus in medio curſu ſubi
to efferueſcit. In Epyro fons ſacer/ quo ardentia immiſſa extin
guũtur: extincta incẽdanť. In Eleuſina fons ad ſonitũ tybiarũ
exultat. Peregrina animantia ſi ex Indo potarint colores mu=
tant. In littore quoq; maris Erytrei fons eſt/ quẽ ſi oues bibe=
rint illico mutant vellus in colorẽ atrũ. Sunt et Laodicenſiũ fõ
tes/ apud quos cõceptus quadrupes colore enaſcitur giluo. In
agro cadareno aqua eſt / quã ſi guſtarit pecus pilos et vngues
amittat. Ad mare Hyrcanũ eſt lac⁹/quo lotus quiuis incidat in
ſcabiem: et ſolo curetur oleo. Suſis aqua eſt/ quæ diſcutiat den=
tes. Apud ſtagnũ zeloniũ fons ex quo ſteriles fiãt: aliuſq; mox
ex quo reddanť fæcũdæ. Et in. Chio qui iſipiẽtes reddat. Et ali
bi quæ non pota modo/ ſed vel guſtata riſu in mortem ſoluat.
Eſt qua etiam ſi laueris iterimat. Et in Archadia apud Nona=
grum aquæ genus alioquin puriſſimũ: ſed tantam habet vene=
ni vim/ vt nullo queat metallo cõtineri. Et contra ſunt quæ bo
nam inſtaurent valitudinẽ puteolanæ/ ſenenſes/ volaterranæ/
bononienſes/ et quæ paſſim per Italiã celebrãť. Sed illud mai⁹
quod de Corſica referunt aquã affuiſſe/ quæ oſſa confracta reſo
lidaret: qua et venena peſſima curarentur. Sunt et alibi quæ bo
nũ ingeniũ diuinantemq; inſpirẽt. In corſica itẽ fons oculis vti
lis: ſi quis fur corã furto negarit ſacramento / et oculos lauerit
cæcatur. De his hactenus. Cæterum aqua locis aliquibus neq;
pura neq; impura penitus inuenietur. Ciſternis ea re pluuiam
excipere et aſſeruare paſſim per apuliam aſueuerunt.

¶ Quattuor circa rẽ aquarũ cõſideranda/ Et vnde generetur/
aut erumpat/ quove defluat aqua. Caput. III.

Quattuor igitur circa rem aquarũ ſunt / quæ ad opus
faciant. Vt inuenias: vt ducas: vt ſeligas: vt aſſerues.
De his nobis dicẽdũ eſt. Sed nonnulla præcenſenda
ſunt: quæ ad vniuerſum vſum aquarum pertineant.
Aquã nõ niſi in vaſe detineri poſſe arbitror: et illis aſſentior/
qui ea de re moti mare quoddã immẽſum eſſe vas autumãt: eo
rumq; ſimilitudine fluuium eſſe quoq; vas valde oblongum in
interpretanť. Sed hoc intereſt ꝙ in his aquæ nulla extriſec⁹ ad
hibita vi ſuapte natura perfluãt et moueanť. Alteræ vero facilę
acquieſcerẽt/ ni ventorũ appulſu agitarẽť. Nõ illa philoſophã
tiũ hic proſequar/ petãt ne aquæ mare quaſi quietis locũ: radio

ne fiat lunę vt mare momentis augeat̃/viciſſimq; diminuatur. Nihil enī ad rē noſtrā ꝯferent. Illud nō prętereūdū eſt qđ ipſis oculis ꝑſpicimus: aquā natura petere ima: nec pati aerem vſpiā eſſe depreſſiorē ſe: odiſſeq; oīm tū leuiorū/tū grauiorū q̄ ipſa ſit corporū miſtionē: & cupere complere oẽs in quaſcūq; influat cōcauitatū formas: & ſuis quo magis vti ꝓhibeas viribꝰ/eo cō tumacius illuctari aduerſum atq; inniti: neq; iter quieſcere quo ad ꝓ viribꝰ aſſequat̃ q̄ ad quietē affectat. Adeptis vbi ꝯquieſcat ſedibꝰ ſeſe tm̄ cōtentā eſſe: miſta oīa cætera aſpernari. Superfi ciēq; ſūmā ſeſe ad coęquatā altitudinis parilitatē limbo/extre miſq; labris colibrare. Et qđ etiā ad aquas ꝑtineat memini ex Plutarcho Quęrebat enī an īfoſſa tellure aqua veluti ſanguis in vulnūs inſtillaret. An potius veluti mām̄as nutricis lac ſen ſim generatū cōflueret. Sunt ꝗ aquas q̄ perennes fluāt/nō velu ti ex vaſe cōceptas effundi: ſed locis vnde manarit aſſiduis mo mētis generari aſſeuerāt ex aere nō quidē oīm: ſed eo qui demū paratior ſit vt fiat vapor. Terram enī et ꝑſertim montes veluti ſpongiā eſſe meatibꝰ refertā: per quos cōceptꝰ aer inſpiſſet̃ fri gore/atq; cōcogat̃. Id cū cęteris inditijs/tū vel hinc ꝓberi vt ita exiſtimāt ꝙ maxima quoq; flumina maximis a mōtibꝰ orta in tueātur. Alij nō penitꝰ iſtorū auctoritati acquieſcunt. Etenī cū plures alij/tū pyramꝰ inquiūt fluuius minime exiguus/nauiga bilis enī eſt: quid ita nō ex mōtibus: ſed media exorit̃ planitie. Quare qui dixerit tellurē humores imbibere imbriū/qui quidē grauitate ſui atq; ſubtilitate penetrēt: inq; vacua locorū inſtil lēt/fortaſſis erit minime redarguēdꝰ. Nāq; videre quidē licet re giones: vbi imbres rariſſimi ſint/aquis omnino deficere. Libyā q̄ſi lipygiā dictā ferūt ꝙ raro ibi pluat: ergo aqua idigeat. Aq̄s demū vberrimas īueniri vbi plurimū pluerit quis negabit? Fa cit etiā ad rē cōſiderandā qđ videmꝰ puteū fodiēti nō prius prę beri aquas q̄ ad fluminis libramentū deſcēderit. Apud volſco niū mōtanū oppidū Etruriæ puteo ꝓfundiſſimo/ducētos enī ac viginti pedes anteq̄ venas vllas attigerint deſcēderūt/aq̄ nō priꝰ reperta eſt q̄ ad fontiū libramentū ventū eſt q̄ ſuis locis de mōtis latere ſcaturiat. Idē ipm̄ quidē montanis puteis euenire locis ferme oībus intelliges. Cōpertū habemꝰ ſpongiā ex aeris humectatione cōmadeſcere: indeq; librā efficimꝰ: qua ventorū aeriſq; grauedines & ſiccitates pōderamus. Atqui ego vero ne

Aquę natura.

Nota ex Plutarcho.

quicꝗ negarim ſuccum nocturni aeris a leui tellure attrahi:aut ſpōte meatib⁹ ingredi facileqꝫ poſſe in humorē verti.Tñ qd affirmē nihil ſatis apud me cōſtitutū habeo:tā varia de iſtiuſmodi reb⁹ apud ſcriptores cōperio tāq̄ multa et diuerſa vltro ſeſe cōſiderāti offerūt.Et ꝯſtat quidē locis plurib⁹ aut terremotu/aut ſpōte ſua repēte fontes erupiſſe/& fluxiſſe diu/& tēporibus defeciſſe varijs/vt alię quidē ꝑ æſtū/aliæ ꝑ hyemē euanuerint: et fontes poſteaq̄ aruiſſent rurſus aquarū affluētia exuberaſſe. Et aq̄s fontiū nō a tellure modo:ſed etiā medijs ex fluctib⁹ maris dulces emanaſſe.Ipſis etiā ex plātis aquas ꝓberi affirmāt.In inſula quadā apud eas q̄ fortuitę dicunť ſurgere aiūt ferulas ad arboris magnitudinē:ex quib⁹ q̄ nigrę ſint ſuccū exꝑmas amarū:ex albis vero aqua excillet ꝑpura potui cōmodiſſima: mirabileqꝫ in mōtib⁹ armeniæ qđ ſcribit Strabo ſane grauis auctor inueniri animalia vermes media ortos in niue qui pleni ſūt aq̄ potu optima.Apud feſulas/apud etiā Vrbinum q̄uis mōtanæ ſint vrbes aqua ilico fodientibus præſto eſt:id quidē ꝙ ſint petroſi & petræ cōpactæ creta.Adeſſe etiā glebas puriſſimā aquā tunicę ſuę verticulo continētes.Quę ſi ita ſunt profecto naturam noſſe minime facile & valde obſcurum eſt.

## ¶Inueniēdę latētis aquę indicia/foſſuraqꝫ duplex.Capi.IIII.

REdeo ad rem.Latentes aq̄s indicijs inuenies.Indicia ꝓſtabit forma & facies loci/terręqꝫ gen⁹ quo aquā requiras: & q̄dā q̄ hoīm ſolertia adinuenit.Natura ſic ſe habet vt q locus ſinuoſus & ſubincauo ſiſis ſit:is q̄dem q̄ſi vas ad aquā cōtinendā paratū eſſe videatur.Vbi plurimum ſoles poſſint/qđ humores illic radio exurātur:aquæ aut exiguę/aut nullę reperienť:aut ſi quę tandē in cāpeſtrib⁹ apparebūt/graues illę qdē & lētoſę/fallinoſęqꝫ habebunť.Ad ſeptētrionē in mōtib⁹/et vbi opaciſſima vmbra eſt perprōpta ſuccedet aqua.Mōtes q diu niue operti ſtent aq̄s exhibēt vberrimas Hoc aduerti mōtes qui in ſublimi habeāt pratū cōplanatū aq̄s nunq̄ defeciſſe.Et oēs ferme amnes nō aliūde q̄ ab locis iſtiuſmodi exoriri cōperies.Aduerti etiā fontes nō ſcaturire alibi q̄ vbi ſub ſe atqꝫ circū habeāt ſolū telluris integrū & ſolidū:ſupra vero ſe aut planicies incūbat ſidens/aut tellure ſint operti rarēti & ſoluta:vt ſi rē penſites q̄ſi fracto catini latere collectā emanare aquam nō inficieris.Hinc illud eſt ꝙ tellus dēſior minus

aquarū/& eas qdē nō niſi in ſūmo prębet. Solutior vero tellus
plus humoris/ſed nō niſi in ꝓfundo reddat. Aliquib⁹ locis ꝗ
ſilua cæſa ſit/aquā exortā fuiſſe meminit Plinius:meminit Ta=
tius Moyſen cū ꝑ deſerta peregrinaret̄ & ſiti periclitaret/ex cō
iectura ſoli herbidi aquarū venas adiueniſſe. Emili⁹cū haberet Emilius
exercitū apud Olympū:& aq̄ penuria laborarēt:exviriditate ſil
uarū admonit⁹ iuenit.Querētib⁹ aquā militib⁹puella virgūcu
la venas q̄ſdā via collatina mōſtrauit:quas ſecuti foſſores vber
rimū patefecere fōtē:& fonti ædiculā iūxere: & rei memoriā ap
pinxere.Terra ſi veſtigijs ꝑſſa facile ceſſerit/et vna pedib⁹ adhę
ſerit/aquā ſubeſſe idicat. Sūt etiā indicia ꝓximiora illic ſubeſſe Aq̄ ſubli
aquā vbi ea naſcātur & vigeāt q̄ aquas optent/aut aquis ꝓducā telcentis
tur:ſalicta/camuſcula/iūcus/hędera/et q̄ nō niſi multo humo indicia.
ris nutrimēto ad eā q̄ ſint puenire āplitudinē poſſint.Quæ ter=
ra vites bñ frōdoſas alit:quęve ꝓſertim hebulū et trifoliū pru=
nāq̧ ſilueſtrē ferat/bonū ſolū et dulces ꝓſtare venas inquit Co
lumella. Tū & ranulę & lūbrici copia et culices & caterуę puſil
lorū vermiū alatorū vbi volitādo inglomerātur/illic ſublite=
ſcere aquā indicāt.Quę aūt ingenij pſpicacitas idagarit hęc ſūt
Aduerterūt eni pſcrutatores cū reliquā omnē tellurē/tū maxīe Quib⁹ ſi=
mōtes ꝯſtare cutib⁹ q̄ſi paginib⁹ alijs dēſiorib⁹/alijs rariorib⁹/ gnis aq̄ p
alijs tenuiorib⁹.Et mōtib⁹aduerterūt eſſe cutes haſce alteris al ſcrutāda.
teras ſupimpoſitas atq̧ exaggeratas/ita vt extrinſec⁹ exaggera
tionū ordines/& lineę cōpactionū a dextris in ſiniſtrā ſint ad li
bellā ductę:introrſus aūt verſus mōtis cētrū cutes depmant̄ ad
lineā obliquā tota ſublimi ſupficie in ꝓnū coęq̄bili/ſed ductu
ſui atq̧ ſucceſſu ad itimū nō cōtinuato. Nā in quoſq̧ ſingulos
cētenos ferme pedes in trāſuerſū deſcēſū cutę abruptę gradib⁹
ſubſidūt. Ac deiceps ordinū iterruptione iſtiuſmodi parili gra
datiōe vſq̧ ad mōtis cētra vtroq̧ ex mōtis latere ꝓcurrūt.His
igit̄ pſpectis acres ingenio viri facile itellexere aq̄s ſeu genitas
ſeu pluuias ꝑ itercutes atq̧ interpacturas paginarū excipi:ex q̄
intima mōtis madida redderent̄.Inde argumētū ſūpſere/vt ſuf
foſſo mōte aq̄s colliteſcētes peterent:ex eo ꝓſertim loco vbi gra
dationū deſcēſus & ordinū lineæ mutuo cōcurrant. Qui locus
maxime prōptus eſt illic/vbi muſculi montiū alter alteri cohæ
rentes ſinū aliquē effecerint. Præterea compertum fecere cutes
inter ſe varia & diuerſa eſſe natura ad aquas imbibendas ve ex=

bibendasve. Rubra enī ſaxa ferme nunq̄ inueniri non aquoſa: ſed aſſueſſe fallere quod per iteruenia quib⁹ id gen⁹ lapidis abūdat/dilabanť. Et ſilicē lapidē oēm ſuccoſum et rediuiuū: qui in radice montis interfractus et admodū aſper ſit/aquā facile exhibere: Terram quidē tenuē etiā exhibere copiā aquæ: ſed eſſe malo ſapore. Sabulū vero maſculū et harenam quæ carbūcul⁹ dicitur aquas præbere minime incertas valde ſalubres et phennes. Contra euenire in creta: q͛ enī nimiū dēſa ſit ex ſe aquā nō præbere: ſed aduētitiā ſuſtinere. In ſabulo admodū exiles et limoſas/et in profundo ſidentes inueniri. Ex argilla aquā manare tenuē: ſed cæteris dulciorē. Ex toſo frigidiorē. Ex nigra tellure limpidiorem. Glareā vero ſi ſolutior ſit/ſpe fodi nō certa. Vbi vero dēſior cœperit profundius fodi nō penitus icerta. In

Nota modū aq̄ iueniēdæ

vtriſq̨ inuenta vbi ſit/ haberi ſapore bonā. Arte etiā adhibita locum ipm vbi vena ſubeſt cognitū eſt/comptū dedere. Sic enī admonent. Cœlo ſereno mane ad diluculū procūbito: mētūq̨ firmato ipſo in ſolo: inde circū proximā regionē quaq̨ vndiq̨ luſtrato: quod ſicubi ſurgentes vapores videris criſpare aere q̄les gelida hyeme hominū anhelit⁹ ſolēt: illic aquā putato non deeſſe: ſed quo fias certior fodito locū fouea ꝓfunda et lata cubitos quattuor: in ea circa ſolis occaſum collocato: aut teſtā nuper ex fornace exemptā: aut vellus lanæ ſucidæ: aut fictilæ crudum: aut nudū æneū vas inuerſum et perunctū oleo/et operito afferib⁹ foueā terraq̨ inſternito. Poſtridie mane ſi pōderi multum acceſſerit teſtæ: ſi infuſa lana ſit: ſi cōmaduerit fictile: ſi ſtillæ ad vas hærentes pendebūt: itē ſi ardēs lucerna illic intercluſa minus olei cōſumpſerit: aut ſi illic facto foco tell⁹ fumarit: proculdubio aquæ nō deerūt. Iſta quo tēpore fieri magis cōducat nō ſatis explicarūt. Sed apud ſcriptores alibi ſic iuenio. Per

De dierū canicularīū natura.

ſydus caniculæ terrā et animātiū corpa multo humeſcere. Ex quo fit vt per eos dies arbores ſub corticib⁹ admodū cōmadeſcant humoris exuberātia. Tū et per id tēporis in hoīb⁹ aluus ſoluitur: et præ nimia corporū humectatiōe crebræ infeſtāt febres: aquas etiā per id tēp⁹ pl⁹ emergere ſolito. Cauſas rei arbitratur Theophraſtus / q͛ auſtri tū flarent/ qui natura ſui vdi et nebuloſi ſint. Ariſtoteles aſſerebat cogi terram vt vapores emittat ab ingenito igne q viſcerib⁹ īmiſtus ſit. Hæc ſi ita ſunt ea nimirum tpa cōuenient: quib⁹ ignes hi aut validiores ſunt/ aut mi

nus ab humoris copia preſſabuntur: quib⁹ ve tell⁹ ipſa nõ peni
tus arens vſtaq; ſit reddita. Ac mihi quidẽ tpa ad eã rẽ ꝓbanť:
ſiccioribus in locis ver: vmbroſiorib⁹ autũnus. Spe igiť ex his
quæ dixim⁹ inditijs cõfirmata fodere aggrediemur. ¶ Foſſura De foſſu=
erit duplex. Nam alia puteus in profundũ: alia cunicul⁹ in ob ra.
longum. Puteũ fodientes nõnunq̃ piclitanť. Fit id aut malo va
pore ſurgente: aut foſſuræ laterib⁹ corruentib⁹. Serui apud ve=
teres aliquo ex maleficio dãnati ad fodinas metallorũ mitte=
bantur: quo loci ex aeris peſtilẽtia breui cõficerẽtur. Contra va
pores ſic monemur. Aerẽ aſſidua vẽtilatione ꝓmoueam⁹: et lu Peſtilens
cernas ardẽtes adhibeam⁹. quo ſi forte vapor leuis eſt/cõficiať vapor q̃
flãmis. Si grauior: tũc habeãt foſſores vñ muniti nocuũ malũ mõ in pu
attemperate fugiant. Graui enĩ vapore inceſſante flãma extin teo cauen
guetur. Si autẽ ingrueſcẽt/pſeuerabunt ve vapores/ fodito in= dus
quiunt vtriq; in dexterã ſiniſtrãq; ad lat⁹ æſtuaria: quib⁹ liber
rime vis mala vaporis aſpiret. Contra ruinæ piculũ ſic op⁹ du
cito. Primo in ſolo vbi puteũ fodere inſtituas coronã inſterni=
to marmoreã aut firmiſſima ex materia tantã quantã velis eſſe
putei amplitudinẽ. Ea tibi erit tollẽdi operis baſis. In hãc igiť
aſtruito putei latera alta cubitos tris / finitoq; ſicceſcat. Cũ ſic=
cuerit infodito intimũ putei: atq; eximito quæ int⁹ ſint. Fiet vt
quanto foſſurã deprimat/ tãto ſeſe ſtructile opus imprimat ꝓ=
fundumq; petat. Tu inde additamẽtis cũ foſſuræ tũ ſtructuræ
tuto ad quantam voles altitudinẽ deuenies. Parietẽ putei ſunt
qui extrui ſine harenato velint: ne venæ obſtruãtur. Alij tripli Structu=
cem abduci iubent parietẽ: quo aqua ex imo fundo inſtillet ni= ra putei.
tidior. Sed maxime intereſt quo fodias loco. Nã cũ habeat qdẽ
tellus cutes alteras in alteris varias: fit vt interdũ imbriũ aquæ
ſub cõgeſtitia tellure illico in prima denſiore cute inuẽta conti
neanť: eandẽ q; impura quidẽ ſit aſpnabimur. Contraq; inter=
dum eueniet: vt aqua inuẽta vbi adhuc ꝓfundi⁹ excauare pro=
ſequaris/illa euaneſcat/abſq; oculis depdať. Fit adeo id ea re q;
vaſis quo ea ɔtinebať fundũ pfoderis. Qua de re perplacẽt qui
puteum ſtructura finiunt huiuſmõi. Quaſi eni vegetẽ effecturi
circulis ligneis tabuliſq; obuallãt intima effoſſi putei vallatio=
nis lorica duplici: ita vt inter vtrãq; ĩterſit ſpatiũ cubiti: in idq;
intervacuũ quod inter loricas ipſas eſt refundunt pultẽ ex gla=
rea maiuſcula: aut poti⁹ ex ſiliceis marmoreiſue fragmẽtis ſub

actis calce: Sinuntq; menſes ſex opus inter haſce vallationum formas ſicceſcere atq; dureſcere. Id op⁹ integri vaſis vicē et munus præſtat: a cuius fundo nō aliūde ſurgēs pleuis purataq; aq̄ influat. Cuniculū ſi feceris eadē foſſorib⁹ cōtra vapores obſeruabuntur quæ receſuim⁹. Neq̄d vero incaput ruat fulctura ac deinceps etiā teſtudinato ꝯmunietur. Sed per cuniculū crebra æſtuaria ꝑducenī parti ad perpēdiculū/ ꝑtim in linea obliqua. non ea re tantū/ quo vapores nocuos vetēt: verū et maxīe quo eximēdi atq; exhauriendi deſecta ſubreptaq; operis exit⁹ expe ditiores pateāt. Quærentib⁹ aquas inter fodiēdū ni aſſiduo hu mectiores glebæ reſpondebunt: et ferramēta facilius deſcende rint fruſtrabitur ſpes aquæ inueniendæ.

*De cuniculo fodiendo.*

¶ De aquarū vſib⁹ quæ ſalubriores: vł optimæ/ vel ꝯtra. Ca. V.

INuentis aquis veli non temere vſib⁹ hominū denī/ ſed cum vrbib⁹ aquæ copia nō ſolū optaī/ vt potēt/ ve rum etiā vt lauēt/ vt hortis/ coriarijs/ fullonib⁹/ cloacis: vt etiā in primis ſubitis icēdiorū caſib⁹ abūde ſup peditet: optima nimirū ſeligēda erit/ quā potui des. Cæteræ de mum vti quibuſq; cōferāt accomodenī. Aquā afferebat Theophraſtus quo frigidior ſit/ eo plantis eſſe cōmodiorē: tū et luto ſa atq; turbulēta/ quæ præferti a ſolo delabiī fertili reddi agrū validiorē cōſtat. Equi puriſſimis aquis nō delectanī: muſcoſis tepentibuſq; pingueſcunt. Fullonib⁹ crudiſſimæ in pręcio ſunt Apud phyſicos ſic inuenio: neceſſitatē aquæ ad tuendā mortaliū vitā eſſe duplicē: vnā vt ſitim ſedet: alterā vt quæ iter veſcē dum ſumpſerit nutrimēta quaſi vehiculū ꝑducat in venas: quo depuratus coctuſq; inde ſuccus in mēbra adigaī. Et ſiti aiūt ap petētiā eſſe quādā humoris in primis frigidi. Et frigidas putāt aquas præſerti poſt cœnas bene valentib⁹ ſtomachū corroborare. Paulo autē gelidiores etiā firmioribus ſtuporē inducere: præcordia tūdere: neruos quatere: et cruditate virtutē cōcoquē di extinguere. Oxus fluui⁹ q̄ ſemp ſit turbulentus/ ea re potui inſaluberrim⁹ eſt. Accolas Romæ cū ab aeris incōſtātia: tū a no cturnis fluuij vaporib⁹/ tū etiā poſt meridianis ventis graues excitate febres occupāt. Nam hi quidē ꝑ æſtatē nona diei hora q̄ maxime corpora æſtu ferueāt algētes ꝑflāt: venaſq; obſtipāt Sed mea ſententia et febres et mali pleriq; oēs morbi maxima ex parte a tyberinis aquis eueniūt/ quas cuncti ferme nunq̄ nō

*De aquis varia.*

*Ox⁹ fluuius potui inſaluberrimus.*

turbidas potãt. Neq; ſit ab re quod phyſici veteres curãdis febrib⁹ romanis ſquilitico potiſſimũ abſciſiuis vtamur monẽt. Ad rẽ redeo. Optimã inueſtigem⁹ aquã. Ex aquis Celſus phyſicus ſic ſtatuit: leuiſſimã eſſe pluuiatilẽ. Secũdo loco fontanã. Tertio fluẽti. Quarto putei. Poſtremo loco eã quæ ex niue aut glatie liquata ſit. Grauiorem his eſſe quæ ex lacu. Omniũ autẽ peſſimam quæ ex palude. Sub Argo mõte ciuitas Mazara aqs abundat alioquĩ bonis: ſed ꝙ æſtate quo fluãt nõ habeãt / ſunt inſalubres et peſtilẽtes. Iſta quidẽ in ſentẽtia periti oẽs ſunt: vt aquam natura ſui dicãt corp⁹ eſſe impmiſtũ et ſimplex: cui frigiditas et humiditas ineſt. Eã igit̃ optimã dicem⁹: quæ a natura ſui minime aliena minime prauata ſit. Quare ni puriſſima et oĩ lentitudinis miſtiõe oĩſq; ſaporis odoriſq; vitio ĩmunis fuerit / proculdubio ſaluti plurimũ officiet / ĩteſtinos vti loquũt̃ euẽtationũ meat⁹ obſtruẽdo: venas oblimãdo: ſpũſq; miniſtros vitæ interclud ẽdo atq; obfocãdo. Hic eſt qd aiũt / pluuiã qñqdẽ ex tenuiſſimis vaporib⁹ coactis ꝯſtet / merito eſſe oĩm optimã. mõ id ei non adſit vitiũ / ꝙ aſſeruata facile putreſcit / et fetore inficiat̃ / craſſiorq; reddita alui duritiẽ ĩducit. Dixere aliq fieri id ꝙ a nubib⁹ ex nimiũ varijs et diuerſis in vnũ cõmiſtis aqs hauſtæ ſint: puta ex mari: in qd oẽ fontiũ gen⁹ cõfluat: et nihil ad corruptionẽ dari apti⁹ paratiuſq; q̃ diſſimiliũ cõfuſam cõmiſtionẽ poſſe. Cõfuſus in vnũ multarũ varũ ſucc⁹ veſtutai ĩpatiẽs eſt. Apd Hebręos puetus fuerat lex neqd ſemĩa niſi ſelecta et ſĩplicia ſeminarẽt / naturã indicãtes diſſimiliũ pmiſtionẽ penit⁹ abhorrere. Qui autem Ariſtoteli aſſentiuntur / et hauſtos a terra vapores in parte aeris quæ algida ſit frigore primum veluti in caligi nem cogi: et mox in guttas depluere arbitrantur / aliter ſentiunt. Cultas arbores aiebat Theophraſtus ocius in morbos incidere q̃ ſilueſtres. Has enim rigidas duritię indomita aduẽtitijs impreſſionibus acrius reſiſtere. Has vero alteras teneritudine ſui exhibere ſeſe ad repugnãdũ inualidas / ꝙ ſint ad obſequium domitæ diſciplina. Simile et illi in aquis ducuntur / quo teneriores dederis / eo vt ſuis vtar verbis / eſſe paſſibiliores. Et fieri aſſeuerant hinc vt decoctæ aquæ et ignibus factæ mitiores ociſſime frigeſcant / ociſſime iterato ferueſcant Sed de p'uuia ſatis. Proxime ad iſtas nemo nõ probat fontes Sed qui flumina fontibus præferunt / ſic inquiũt. Quid nam aliud eſſe flu-

Aquarũ gradaria qualitas.

Vitia ex aq̃ ĩpura ſubnaſcẽtia.

Aqua pluuia.

Lex Hebręorũ de feminib⁹.

Aq̃ fontiualis / fluuialis / putealis.

men dicemus q̄ exuberātiam fluxūq; plurimorū fontiū vnā in
cōiunctionē atq; corriuationē ſolibus/motu/vētiſq; nimirū cō
maturatā. Puteū etiā fontē eſſe arguūt/ſed ꝓfundiorē. Qđ ſi ra
diū ſolis aliquid aquis cōferre nō negabim⁹/qui nā iſtorū cru-
dior ſit in prōptu eſt. Ni forte igneū verſari ſpiritum viſcerib⁹
terrę cōſentimus: quo aquę ſubterraneę cōcoquātur. Aquę pu
teorū inquit Ariſtoteles ęſtate poſt meridiē fiut tepidę. Sunt q
aſſeuerāt aquas puteorū ęſtate nō eſſe ſed videri comparatione
feruentis aeris gelidas. Tū cōtra multorū inueteratā opinionē
experiri licet hauſtas nuperrime nequaq̄ irrorare: ſi id quo ex-
ceptę ſint/vitrū ſatis terſum & nō perunctū ſit. Sed iter prima
principiorū quib⁹ vniuerſa cōſtant cū duo maxime ex pytha-
Calor & goreorū ſentētia eſſe maſcula dicātur/calor atq; frigus: ſitq; ca-
frig⁹ duo loris natura & vis penetrare/ſoluere/rumpere/rapere ad ſe hu-
maſcula. morē atq; depaſci. Frigoris vero cōprimere/cōſtringere/in du-
ritiē cogere atq; cōformare. Ab vtriſq; tamen aliqua ex pte præ
ſertim in aquis par ꝓpe effectus manat: ſi adſint illi quidē imo
dici/aut plus ſatis aſſidui. Inferunt enī ambo ferme pares con
ſumptiones partiū tenuiſſimarū: vnde aritudines vſtionū ſub
ſequūtur. Ex quo illud eſt ꝙ arbores calorib⁹ vſtas atq; etiam
eaſdē frigore quoq; etiā vſtas dicim⁹. Id quidē quoniā mollio-
ribus abſumptis partib⁹ cōfectiſq; a gelu/a ſoleve materiē ſca-
brā & torridā relictā videmus. Itaq; pari quidē ratione aquę &
ſolibus lētoſę & gelu cineroſiores reddūtur. Sed inter ꝓbatas
aquas alia rurſus differētia eſt. Nā cœleſtes quidē aquas pluri-
mum intereſt quo anni tēpore/qua diei hora imbrib⁹/quo flāte
vēto collegeris: quo etiā loco aſſeruaris: q̄ etiam diu aſſeruatæ
ſint. Aquas poſt brumā grauiores dari e cœlo putāt. Collectā
Primę p⁹ per hyemē eſſe affirmāt dulciorē/q̄ quæ æſtate colligaꝛ. Primæ
caniculā poſt caniculā pluuię amarę et peſtilētes ſunt. Aduſtis enī terrę
pluuiæ miſtionib⁹ inficiūtur: & terrā quidē ob eam rē ſapere amaritu-
amaræ & dinē dicunt ꝙ ſolibus aduſta ſit. Hinc eſt ꝙ collectā tectis q̄ ex
peſtilētes area pręferūt: & collectā tectis alteram ex priore pluuia dilutis
haud inſalubrē putāt. Phyſici qui punica ſcripſere lingua ſic af
Pluuia firmant. Pluuiā q̄ per ęſtatē pręſertim cū tonitru ceciderit ipu-
tonitrua- ram eſſe & ſalſitudine noxiam. Nocturnū arbitraꝛ Theophra
lis ſalſitu ſtus imbrem præſtare diurnis. Ex his ſalubriorem putāt eam
dine im- quæ ceciderit flāte aquilone. Aquā pluuidā Columella fore ait
pura.

nō peſſimā/ſi tubulis fictilibus ducať in ciſternā contectā. Sub diuo enī & ſolibus facile putreſcere: ligneo etiā vaſe aſſeruata vitijs obnoxia. Aquæ fontiū etiā inter ſe differunt: eas quidē ꝗ a mōticuloꝝ radicibꝰ ſcaturiāt putabat Hypocras eſſe omniū optimas. Tū de fontibꝰ veteres ſic ſtatuebāt/vt inter optimos primo haberēt loco fontē/qui ſeptētrionalē/quive ęquinoctiū ad ſolē oriētem ſpectet. Vltimo ponūt loco fontē/qui meridiē. Proximos optimis eos putāt qui ad exortus hyemales ſint: et occiduos etiā nonvſq; quaq; penitus aſpernanť. Qui locus rore et plurimo & leuiſſimo eſſe vdoſus ſolet/is quidē ſuauiſſimas prębebit aquas. Ros enī nō niſi quietis puris temperatiſq; aere locis inſpergiť. Theophraſtus aquā terra inſici arbitrať nō ſecꝰ atq; in fructibus ſuccus vitis arborūq;: qui oēs terrā quā ſuxerint et eas res quę radicibꝰ iunctæ ſint ſapiant. Tot genera vini haberi dixere veteres/quot ſint terrę glebæ/vbi vitis plātetur. Patauina dicebat Pliniꝰ vina ſalicē ſapiūt/qua illi maritant vites. Cato vites docet vbi medicētur veratro herba ad aluū ſine periculo ducendā/manipulis eiꝰ herbę ad radices iter ablaquandū deiectis. Hinc eſt ꝙ aquas præferēdas putāt/quę ex petra rediuiua erūpant/ꝗ quę ex limoſo ſubgemūt. Sed pręſtare omnibus arbitrātur quę ex ea tellure extillarint: quā tu ſi in peluim aquæ admiſcueris vt luteſcat ſedato motu confeſtim ſidat. Et aquā colore/ſapore/odoreq; nō omino īpuro relinquat. Eadē ratione aquas ꝗ per ſaxa præcipites voluātur putabat eſſe optimas Columella ꝙ aduētitijs miſtionibꝰ non inficianť. Sed aꝗ nō omis ꝗ per ſaxa fluat eiuſmodi eſt/vt eā egregie ꝓbem. Nā ſi alueo decurrat cæco ripiſq; multo vmbroſis atq; ꝓfundis icru deſcit. Sinautē alueo defluat patulo/tūc Ariſtoteli facile aſſentior. Nā feruore quidē ſolis parte leuiori cōſumpta reddeť craſſior. Scriptores Nilū fluminibꝰ omibus pręferūt his de cauſis Primo quidē ꝙ curſu deſcēdat multo: ꝙ ve terras ſecet puriſſimas/& nullis infectas vitijs putredinis aut ſicci nocui contagione vitiatas: ꝙ ve ſeptentrionē petat. ꝙ ve alueo fluat pleno & purgato. Aquas quę quidē curſu lōgiore & tardiore veniant negādū nō eſt motu minꝰ crudas: laſſitudineq; magis extenuatas/atq; inde bene defecatas reddi/ſordiū ſarcina inter fluendū deſtituta. Tū & in hoc veteres oēs cōuenere/aquas non modo eſſe tales/qualis ſit terra: vti nūc dicebamus/vbi quaſi in paren

Aquę fōtiuales ꝗ modo inter ſe diſferant.

Qui fontes optimi.

Nilus puritate fluuijs oibꝰ ꝓferēdꝰ.

tis gremio aſſeruētur: verū etiā tales reddi/quale ipm ſit ſolum qua pfluāt: q̃lis etiā ſit ſuccus herbarū quē lauerint: nō ea p̃ſertim re q eas defluēdo libet: q̃ vel maxime ea re q ſudores imiſcuerit terræ iſti⁹ in qua peſtilēs herba vigeat. Hinc eſt q aiunt degeneras herbas p̃bere aq̃s nimirū inſalubres. Pluuiam aliq̃n ſenties fetentē/atq; fortaſſis etiā amarā. Id fieri ex loci infectione aiunt: vnde primū is ſudor euaporarit. Succū etiā terreſtrē vbi natura digeſtū & maturū eſt/dulcia: & cōtra vbi indigeſtū/amara oia reddere quib⁹ admiſceaſ p̃dicāt. Quæ ſeptētrionē petant aquæ/eas forte ea re dices eſſe cōmodiores q frigidiores ſint. Nam radios quidē ſolis precipites fugiūt: & luſtrātur ſole poti⁹ q̃ vrātur. Cōtra ſunt q̃ in auſtrū. Nā illę quidē ſeſe veluti in flāmas vltro ingerūt. Igneū ſpiritū corporib⁹ a natura imiſtū aiebat Ariſtoteles borea vēto retūdi q̄n gelidus ſit/atq; intimum cōcogi/nequid euaneſcat: ex quo aq̃ coctiores reddūtur: et ſpiritū eūdē ipſum hūc flāma ſolis diſſipari cōſtat. Puteos & aquarū fontes ſub tectis vaporē nō emittere ex peritorū ſnia referebat Seruius. Id quidē ea re fit q aerē denſatū ex pariete tecto cōprehēſum atq; grauē tenuis ille miſſus anhelit⁹ pſindere peruadere/ſūmouereq; non pōt. Libero autē & ſoluto cœlo liq̄dius efflat/& q̄ſi anhelit⁹ ſoluiſ atq; expurgaſ. Hic eſt q puteū ſub diuo pbāt: cōtectū autē ędificio nō pbāt. In cæteris ea ferme oīa puteis deſiderantur q̃ in fontib⁹ exiguntur. Genere enī puteus & fons cognati ſūt: nullaq; re differūt præterq̃ fuſionis motu. Tametſi nō infrequētes iuenias puteos: quorū venę largo fluxu moueanſ. Affirmātq; nullas perēnes dari poſſe aquas motu penitus imunes. Immota enī aqua vbi vis inſalubris eſt Qd ſi multa in ſingulas horas aqua ex puteo hauriaſ: erit is q̄dem eo ęque atq; inde reddit⁹ vt ſit veluti depſſior fons. Cōtra ſi fons ipſe nō redūdet/ſed quiet⁹ reſidcat: erit is qdē modice p fund⁹ pute⁹ potius q̃ fons. Sūt qui putēt nullas dari aquas vti aiūt iuges & perēnes/q̃ nō ad fluētis torrētiſq; pximi fluxū moueātur. Qd mihi quidē pbaſ. Apud iuriſcōſultos iter lacum & ſtagnū hoc intereſt: q lacus quidē aquas habet perēnes: ſtagnū vero tēporales & collectas hyeme. Lacus ipſe triplex eſt. Alter quidē ſtatarius/vt ſic eū appellē qui ſuis cōtētus aquis ſeſe cōtineat: nuſq̃ redūdet. Alter qui fluminis parēs aquas pfundat. Tertius qui quidē aquas aliunde influētes excipiat: iterūq; per

Cōtectū ædificio puteū nō pbant.

Lacus.

fluentẽ remittat. Primus ſtagni naturã ſapit. Secũdus fonti ſi-
millimus eſt. Terti⁹ ni fallor dilatatus eo loci fluuius eſt. Ergo
ea repetẽda nõ ſunt/quę de fonte & flumine dixim⁹. Hoc addẽ-
dũ tectas qualeſcunq; aquas vmbra frigidiores & clariores/ſed
crudiores eſſe q̃ ſint quas luſtrarit ſol. Cõtra multo excoctas ſo
le aquas ſalinoſas & lentoſas reddi. In vtriſq; ꝓfunditas ꝓdeſt
iſtic vt æſtus feruẽtes/illic vt gelationes tolleret ſine incõmo-
do. Demũ ſtagnũ ipm nõ ſemꝑ vſq;quaq; deteſtandũ arbitrant̃
Nã vbi anguillę ſcatẽt/aquas haberi non oĩno incõmodas pu
tant. Stagnãtiũ peſſimã dicũt eſſe aquã/quæ ſanguiſugas alat:
quę tela ſupinducta pigruerit: quę fetore nauſeã cierit: quę co-
lore atro & liuenti: quę ſpiſſitudinẽ in vaſe multũ aſſeruet: quę
mucoſa grauitate lenteſcat: quę ſi manus ea laueris/tarde ſicce
ſcat. Sed vt de aquis ſummatim q̃ dicta ſunt colligã: leuiſſimã
eſſe aquã oportet limpidã/tenuẽ/pellucidã. Addẽda itẽ his ſũt
quę primo attigim⁹ libro. Preterea ex vſu veniet: ſi menſes ali
quot pecudẽ & potã & lotã ex ea quã cęteris pręſtare dixim⁹ in
ſpexeris q̃ mẽbris totoq; corporis habitu valeat. Exq; iocinerꝫ
habitu didiceris an bene ſit. Nã omne quidẽ quod lędat/lędere
aiunt tempore: & poſſunt nimirum grauius lędere quę tardius
ſentiantur.

Stagnantiũ aquarum quæ peſſima.

❡De aquarũ ductu et vſibus belliſſime & aptiſſime. Capi.VI.

DEniq; inuẽta & ꝓbata aqua ꝓuidẽdũ eſt vt belliſſime
ducat̃: aptiſſimeq; vſib⁹ prębeat̃. Aquę ducendę ratio
duplex eſt. Nã aut deriuat̃ aquario ſulco/aut cogit̃ fi
ſtulis. In vtriſq; aqua non mouebit̃/niſi quo ea ducat̃
locus depreſſior ſit q̃ vnde motũ inchoarit. Sed hoc intereſt ꝙ
deriuata quidẽ aqua cõtinuo deſcẽdat opus eſt: coacta autẽ in-
ſurgere tantiſper aliqua itineris parte poteſt. De his nobis di-
cendũ eſt. Ergo prius nõnulla receſenda quæ ad rẽ faciant. Ter
ram qui iſta inueſtigarunt eſſe aiunt ſphericã/tametſi multa ex
parte mõtibus aſperã: multa etiã ex parte veſtitã mari. Sed ma
ximo in orbe vix ſentiri aſperitatem: eſſeq; id veluti in ouo: qđ
cum aſperum ſit/tamen in ea ambit⁹ magnitudine minutas il-
las prominentias non putari. Et conſtare quidẽ maximũ terrę
ambitũ ſtadia eſſe ducentorũ quinquaginta duum milium: te-
ſte Eratoſthene. Et inueniri montem nullum adeo excelſum
neq; aquam adeo profundam/cuius perpendiculũ milia exce-

dat cubitorũ quindecim. Ne caucaſus quidẽ: cuius cacumen ad tertiã vſq; noctis horã illuſtref ſole. Eſt in Archadia mõs oĩm maximus Cyllenus. Ei⁹ perpẽdiculũ metiti ſtadia nõ excedere viginti atteſtãtur. Et mare putãt habendũ nõ ſecus atq; illinimentũ: qđ ſit veluti in pomo æſtiuus ros. Sunt qui ioco dicant mũdi opificẽ cõcauitate maris veluti ſigillo vſum fuiſſe: cũ primo formaret mõtes. His addũt geometræ qđ egregie faciat ad rem. Rectã lineã quę terrę globũ cõtigerit ſi a puncto cõtactus ad mille paſſus in lõgũ ꝓducaf/fore vt interuallũ illic qđ inter eã & maximũ terrę ambitũ ſit nõ plus denos excedat digitos: ea re ſulco aquario aquam nõ moueri/ſed ſtagnari in ſingulis octonis peractis ſtadijs vado ſit depreſſiore pedẽ integrũ q̃ fuit locus/vnde inciſa ripa ſit: quẽ locũ iuriſcõſulti Incile nũcupãt dictũ a ſaxi terræve inciſione: quæ fiat aquę ducẽdę gratia. Sin autẽ eo ſtadiorũ octonũ ſpacio pedes declinarit plus ſex/curſũ aquę reddi putãt nauib⁹ rapiditate incõmodũ. Ab Incile autẽ ſuperficies vadi ad foſſurã deriuationis excauati: vtrũ depreſſior ſit: & quãtũ obliquitas deſcẽdat: quo pacto dinoſcaf inſtrumẽta quędã & ars perutilis inuẽta eſt. Eã rem imperiti fabri cognoſcũt pila ipſam in foſſionẽ poſita: quę ſi rotef/ſatis ꝓcliuẽ ductũ fore arbitrãtur. Peritorũ inſtrumẽta ſunt libella/norma atq; deniq; ſimilia oĩa quę angulo recto finiãtur. Ars paulo ſecretior hęc eſt. Sed eã nõ niſi quãtũ ad vſum faciat explicabimus. Fit quidẽ intuitu et ſpectatione/nã ea nos puncta nuncupamus. Si erit illic planities expedita/qua ducẽda eſt aqua erit intuitus dirigẽdi ratio duplex. Nã aut modicis interuallis aut lõgioribus terminis certa quędã ſigna & limites ponẽtur: puncta extrema interualli quo magis erunt inter ſe finitima: eo a flexo terrę ambitu directio intuitus min⁹ abſcedet. Quo autem erunt interualla ipſa ꝓductiora/eo terrę ambit⁹ ſolũq; ab recta librę linea eſſe ꝓcliuius ĩuenief. In his obſeruabif vt in quoſq; mille paſſus digitos vſq; declines decẽ. Sin autẽ non erit planities expedita: ſed interextabit tumul⁹: tũc in his quoq; duplex erit ratio: vna vt altitudinem hinc ab Incili: hinc vero cõtra ab emiſſario cõdiſcas. Emiſſariũ appello deſtinatũ vſui locũ/quo velis aquã ꝑuenire/vt inde aut libera aut ad certos vſus emittaf. Diſcunf altitudines iſtic ꝓductis dimẽſionum gradib⁹. Ex graduũ ſimilitudine quib⁹ in teplum cõſcendim⁹ hic grad⁹ ap-

Iocus de terra & mari dictus.

Incile.

Obliqtas foſſurę q̃ modo cognoſcẽda

pello: quoꝝ vna eſt linea radius intuit⁹ ꝑduct⁹ ab oculo ſpectã tis ad parẽ oculi altitudinẽ. Id fit libella atq; etiã normis. Altera vero linea eſt q̃ ab oculo ipſo ſpectãtis dimenſoris ad pedes cadat ex perpẽdiculo. In iſtiuſmodi gradib⁹ adnotato ex eorũ perpẽdiculis q̃ nã ſũma lõgitudinũ excedat / hinc ne qua cõſcẽdas ad verticẽ ab Incili: an contra / qua ab emiſſario. Altera erit ratio / vt lineas ducas ab Incili ſummũ vſq; ad cacumen tumuli q interſurgit: & inde quoq; lineas ad emiſſariũ / anguloſq; ex geometrarũ rationib⁹ directos annotes q iter ſe cõueniãt. Sed ratio hęc cognitu ſubdifficilis quidẽ eſt: factu etiã nõ ſatis fida Magno enĩ interuallo anguli error q ad oculũ intuẽtis cauſeẽ q̃uis modic⁹ ſit: plurimũ tñ habet momẽti ad rem. Sed rationi huic cõſentanea erũt q̃dã / vt mox dicem⁹ quibus quidẽ ſi forte trãſfoſſo mõte aqua in oppidũ ducẽda ſit: ad directiones habẽdas vtamur peroportune. Id fiet ſic. Sũmo in mõtis cacumine vnde hinc Incile / hic emiſſariũ ſeſe viſendũ ꝓſtet cõplanato in ſolo ſignabis circulũ pedes latũ decẽ. Is circulus orizon nuncupaẽ. In circuli cẽtro figis haſtile / vt ſtet ad perpẽdiculũ. His peractis director artifex extrinſec⁹ ambibit circulũ q̃ritãs q̃ loci linea intuit⁹ ad alterũ aq̃ ducẽdę terminũ intẽta terminũ ip̃m petat: & ima cẽtricũ illud infixũ haſtile ꝑtingat. Loco igiẽ iſtoc in orizonte circuli certo & nota artifex ip̃am hãc ſignabit lineã directionis vtrimq; hinc atq; hinc pſcriptũ circuli ambitũ ſecantẽ Erit hęc nimirũ linea cicli ipſi⁹ diameter: q̃ñ per cẽtrum directa vtrimq; coronã ſecet circuli. Eadẽ ipſa hęc linea ſi ęque ꝯtrario ab intuitu in lõgũ & directũ ꝑducta hinc Incile / hinc emiſſariũ petierit / rect⁹ ea ductione ꝓſtabiẽ ducẽdę aquæ curſus. Si autẽ non petierit: ſed alia q̃ Incile ſpectet / alia q̃ emiſſariũ ſpectet diameter diuerſam petierũt directionẽ / tũc ex mutua lineaꝝ iſtarũ interſectione ip̃m ad cẽtricũ haſtile facta patebit q differãt illæ quidẽ directiones iter ſe. Nos circuli iſti⁹ adminiculo ad vrbiũ ꝓuinciarũq; deſcriptionẽ adnotandã atq; pingendã: ad cuniculos etiã ſubterraneos ꝑducẽdos belliſſime vtimur. Sed de his alibi. Quo vis igiẽ riuo adducaẽ aqua ſeu modica ad potum: ſeu multa ad nauiũ vſus ſit / his vtemur directionib⁹ / q̃s hacten⁹ recẽſuim⁹. Sed riui parandi opus non idẽ erit in maiore aq̃ copia ęque atq; in minori. Nos hic ea ꝓſeq̃mur vti cœpim⁹ q̃ ad potum: poſtea ſuo loco nauigabilẽ trãſigemus. Opus riui aut erit

Nota directionis artificiũ.

Riuus q̄ ſtructile aut foſſile. Foſſa erit duplex: aut quæ per agrū ducatur
mō parā in plano aut quæ montis intima puadat/ qđ cuniculū nūcupāt
dus In his omnib⁹ vbi lapidē/ aut tofum/ aut dēſiorē cretā/ aut qđ
tale quod aquā nō cōbibat inueneris ſtructura op⁹ nō erit. Vbi
vero ſolū aut latera nō ſolida ſubſequēt: tūc fiet ſtructile. Foſ=
ſa eadē ſi ducetur per telluris viſcera/ tūc qbus ſupra dixim⁹ ra
tionib⁹ ſuccidetur. Cuniculis ſingulis quoſq; in pedes cētenos
puteorū æſtuaria adapient̄: et foſſura atq; vti telluris firmitas
exiget ope ſtructili firmabūt. Vidim⁹ puteos in Marſis ad emiſ
ſarium fucini lac⁹ ſtructos ope elegāti lateritio cocto altitudi=
ne incredibili. In vrbe annos ab vrbe condita quadringētos et
vnū et quadraginta Romæ nulli fuerāt aquæduct⁹ ſtructiles.
Flumina Poſtea eo deuenit res vt etiā fluia pēſilia inducta ſint. Et fuiſſe
penſilia. ſtructiles duct⁹ Romæ prædicāt vno tp̄e q̄plurimos quorū af=
fluentia oīs dom⁹ abūdaret. Sed in pricipio cœpere ſtruere du
ctus ſubterraneos. Id habuit cōmoditates. Nāq; latēs opus id
minus patebat iniurijs. Tū et aquas ꝙ neq; gelicidijs neq; æſtui
caniculæ eſſent expoſiti præbebāt paratiores et frigidiores: nec
Aquarū facile ab excurrentib⁹ hoſtib⁹ itercipiebāt. Poſtea delitiarū grā
ductus vt ſubſilientes aq̄s fontib⁹ hortorū et balneis haberēt/ ducere
varij. ope arcuato aggreſſi ſunt ſtructura locis nonnullis alta pedes
plus cētum vigiti pducta paſſus ſexagies milies. Id etiā habe=
bat cōmoditates. Nā cū alibi tū et trāſtyberi ex aqductu mole
bant fruges: quo deſtructo ab hoſtib⁹ faciūda tyberi molēdina
curarunt in nauib⁹. Adde ꝙ aquarū copia vrbis facies et ſpiri=
tus purior atq; purgatior effect⁹ eſt. Adiūxere etiā architecti q̄
ad vſus ciuiles horarū et tēporū ſumma cū rerū illic motarū fe
ſtiuitate facerēt: puſilla enī pro frōtib⁹ emiſſarij ſimulachra ex
ære obābulantia et ludos triūphiq; pōpā repræſentabāt. Audi
Organa ebantur et muſica organa vocūq; cōcinnitates per q̄ ſonoræ et
motu aq̄ ſuaues mouēte aqua. Structiles riuos opiebāt teſtudine paulo
ſonātia. craſſiore: neqđ aq̄ intepeſceret ſolib⁹/ cruſtabātq; intrinſec⁹ cru
ſta qua pauimēta cruſtari dixim⁹/ craſſa digitos nemin⁹ ſex. Cæ
Riui ſtru terum ſtructilis riui partes hæ ſunt. Ad incile obijcit̄ ſeptū: dei
ctilis par ceps per interductū interſerunt̄ caſtella. Vbi vero prominētius
tes. ſo ū offenderit: ſpec⁹ fodit̄ extremo loco ad emiſſariū adiūgit̄
calix. Iſta ſic a iuriſcōſulto diffiniūtur. Riuus loc⁹ eſt per lōgitu
dinē depreſſus. Septa ſunt quæ ad incile apponūtur aquæ deri

uãde gratia. Caſtella receptacula ſunt / quæ aquã publicã ſuſci Caſtellũ
piunt. Specus ſublatꝰ eſt ripis locꝰ / ex quo aqua deſpicitur. Ca- in riuo
lix extrema eſt ducti pars / quo aqua fundit. Cũcta hæc pariete quid
firmo et fundo perq̃ ſtabili et cruſta ĩtegra minimeq; futili pſi Item Ca-
ciant neceſſe eſt. Pro faucibꝰ ſepti obijciet porta / qua poſſis tur lix.
bidiorẽ fluentũ excludere valuis obductis: et opꝰ ad arbitriũ ſi-
quid vlla pte collapſum ſit / reficere aqua nõ ĩpediẽte: ſubappin
geturq; cribrũ æneũ / quo aqua relictis frõdibꝰ et ſurculis cadu-
corũq; impuritatibꝰ nitidior ĩfluat. A ſepto in cẽtenos deiceps
cubitos caſtellũ / et rurſus in cẽtenos alios cubitos itẽ caſtellũ
aut ſpecus interſtruito latũ pedes vigĩti / longũ trigĩta profun
dum ſub riuo ductꝰ ad pedes quindecĩ. Id ꝗdẽ adeo vt terrenæ
labẽtis aquæ mixtiones impetu raptæ et cõuectæ inuẽta inter
quieſcendi ſede e veſtigio ſidãt: vndãq; riuo defecatiorẽ admit-
tant. Calix modũ aquæ fundendæ ex fluentis appulſu atq; ex fi
ſtulę qua vomat habitu variabit. Quo erit enĩ aqua ex largo et
celeri fluento excepta: quo ve erit eadẽ via ducta expeditiore et
preſſura accumulatiõe augebit modũ. Segnities ꝗdẽ ductꝰ dep
dit fundẽdi modũ. Fiſtula ad librã atq; ĩ directũ collata modũ Fiſtulæ.
ſeruabit: fiſtulãq; ipſã q̃ mittas aquã optũ habẽt. vt ſic loqr / mi
cturitu aq̃ delimari: et nullũ metalli genꝰ dẽſius reſiſtere q̃ auꝝ
Qui igit et foſſili et ſtructili ope aq̃ deriuet hactenus. ¶ Ceteꝝ
coget ꝗdẽ aq̃ fiſtulis plũbeis vel potiꝰ tabulis. Nã plũbeas ꝗdẽ
phyſici inteſtinorũ excoriationes inducere atteſtant. Par vitiũ
dabit æs. Quæ potẽtur et quæ edãtur ex vaſe terreo ſaporatio-
ra eſſe periti affirmãt. Naturalẽ enĩ bene ꝗeſcẽdi ſedẽ tũ aquæ /
tum rerũ quas terra tulerit nimirũ eſſe terrã profitent. Ligneæ
fiſtulæ ad tẽpus aliquod aquã colore / ſapore / nõ grato inficiũt.
Fiſtulas eſſe firmiſſimas oportet: vaſa ænea inducunt epilẽtiã /
cancrum / epatis dolorẽ et ſplenis. In fiſtula vacui diameter ha-
bebit ſolidi lateris craſſitudinẽ nil minus quater pixidatis cõ-
miſſuris. Tubuli alter in alterũ inibit: calce viua ex oleo leuiga
bunt et cõmunient ſtructura validiſſima / ponderꝛq; graui accu
mulatione firmabunt: præſertim vbi curuo ducas aquã tractu
vbi ve ĩdepreſſius dimiſſa rurſus præſurgat: vbi ve in anfractũ
inuerſiones coarctiores reddãtur: Nã ex pondere quidẽ ĩpræſ-
ſantis aquæ / exq; illabẽdi mole atq; impetu facile tubuli tolle-
rentur et diſrũperent. Id piculũ vt euitarẽt periti maxime in ge

niculis lapide rediuiuo præſerti rubro ad opus pforato vtebã tur. Vidimus marmora pedes longa plus duodeci a ſummo ad imũ traiecto foramine pu/a lato palmũ: quod effeciſſe ænea fi- ſtula tornatili et harena aptiſſimis cõiecturis ĩdiciiſq; ex ĩpo la pide ĩtellexim⁹. Id etiã vitiũ vt euites eruptiõis tardabis aq̃ ce- leritatẽ flexionib⁹ alioqn minime geniculatĩ ſed modice flexis/ ita vt mõ in dexterã flectanť mõ in leuã: modo etiã ſubeãt/ mõ ſcandãt vicib⁹ iteratĩ. Adiicieť etiã his qd ſit ſepti caſtelliq; loco cũ nitidificãdæ aq̃ grã: tũ etiã vt ſiqd vitij apparuerit facili⁹ qui locus emẽdãdus ſit pateat. Sed ne poneť quidẽ caſtellũ in imo decurſu vallis: neq; vbi aq̃ preſſius cogať cõſcẽdere / ſed poneť vbi perpetuã curſus æq̃bilitatẽ ſeruet. Quod ſi forte duct⁹ agen dus erit/ vt ſtagnũ lacũve trãſcẽdat/ leuiſſima id fiet impẽſa hũc in modũ. Habeto tigna ilicea: in eaq; p tigni longitudinẽ cauã- bis ſulcũ latũ et pfundũ ad tubuli modũ: inq; ſulco iſto tubu- los coaptato et leuigato calce / firmiſſimiſq; firmato æneis. Poſt hæc ratib⁹ per lacũ ad lineã expoſitĩ tigna iſtiuſmõi alter- nis capitib⁹ alternis tignis iniũgito et innectito hũc in modũ. Habeto quidẽ fiſtulas plũbeas craſſitudine cõpares: tubulis lõ gas pedes quoad habiliſſime vbi id ita opus ſit inflectanť: has fiſtulas ſic liceat loqui tubulis impixidabis et calce ex oleo ſub acta cõpacturas illutabis: atq; æneis nexib⁹ affirmabis: eoq; pa cto cõponito et porrigito ſuſpenſum ex ratib⁹ op⁹ tignorũ vſq; a ripa ad alterã pueniat ripã capitib⁹ opis ambobus illa et iſta in ripa reſidentib⁹ in ſicco. Poſtea vbi lacus altior eſt/ primũ ſi nito illic materiam hãc ipſam tignorũ quã tubulis cõparaſti in profundũ ſenſim et coequabiliter: reliq̃ vna ſubcomitãte coge- rie iſtac deſcẽdere fumũ adminiculis fiet illic vt plũbeæ fiſtulæ quantũ res poſtulet inflectanť. et op⁹ tignorũ ſeſe aptiſſime in fundo lac⁹ collocet. Paratis igiť ductib⁹ prima ĩmiſſione aquæ ſimul ĩmittis fauillã/ vt ſiqua ſint nõ ſatis oblita coagmẽta il- liniant. Dabis et aquas ſenſim nequid ea ingurgitanter infuſa ſpiritus per fiſtulas introuertanť. Incredibile dictu eſt quanta ſit naturæ vis vbi ſpũs iſtiuſmõi coherceãtur/ et in anguſto cõ- ſtrĩganť. Inuenio apud phyſicos oſſa tybiarũ in homine ex cõ- cepti vaporis eruptione obcrepuiſſe. Ydraulici aquas cogũt ex vaſe in ſublime proſilire aere duas inter aquas interſtricto.

¶ Ciſterna duplex/ ad potũ altã ſc; altã ũ ad cętos vſ⁹. C. VII.

VEnio ad ciſternas. Ciſterna grandius quoddã aquarũ eſt vas caſtello nõ diſſimile. Fũdo igit/oibuſq; lateribus bñ cõpacta & ſolida & cõſtãs ſit neceſſe eſt. Atqui ea quidẽ erit duplex. Alia vt aq̃ ad potũ: alia vt cæteris vſibus puta incẽdiorũ ſeruiat. Illã nos ex vetere more/vti q̃ argentũ nũcupabãt eſcariũ/ita et nos potoriã appellabim⁹. Alterã vero q̃ ſolũ ad qualeſcũq; aquas cõtinẽdas paret/capacitateq; ꝓbet capaquiã dicemus. Potoria quidẽ ciſterna purã ne an impurã aquã prębeat plurimũ intereſt. In vtriſq; curaſſe oportet/vt aqua recte imittat: recte aſſeruet: recte vſibus ipartiatur. Ductib⁹ aquã ex fluuio fonteq; mitti in ciſternã prõptum eſt: atq; item ex tectis area ve colligere pluuias paſſim conſueuere. Sed mihi perplacuit architecti inuentũ: qui ad vaſtã & nudã in ſupremo collis vertice petrã ꝓminentẽ circũexcidit ſcrobem ꝓfundã pedes decẽ q̃ veluti corona circũducta ex nudo illo mõtis vertice oẽm cadentẽ pluuiã exciperet. Depreſſiore aũt in loco ſub colle in plano ædẽ capaquiã circũquaq; peruiã extruxit lateritiã ex calce altã pedes trigita: latã quadraginta: lõgã quadragita. Inq; hãc per ſubterraneũ ductũ a ſcrobe ſuperiore imbrẽ exceptũ tubulis inducebat. Nã erat illa quidẽ ſcrobs multo ſublimi poſita q̃ eſſet operis capaquiæ tectura. Si angulari glarea aut harena fluuiatili maiuſcula bene lota ciſternã inſtraueris vel poti⁹ quota ex parte ipleueris/puta vſq; ad pedes tris pſtabit aquã purã/ſincerã/frigidam. Quoue inſtratura iſtęc erit craſſior: eo dabit aquã limpidiorẽ. Ciſternis aqua interdũ effluit per iteruenia male aſtructę & rimoſę capaquię. Interdũ fœditate aqua ipſa vitiat. Atqui aquã quidẽ parietũ carcere cõtinere perdifficile eſt: niſi ſtructura firmiſſima & pſertim lapide facta ſit ordinario. Et in pmis opus ipm ſicciſſimũ ſit oportet antq̃ aquã imittas. Nã illa quidẽ de grauitate pręmit/& humectationibus exſudat: iuẽtiſq; poris eos extillando abſtergit: quoad largiorib⁹ veluti fiſtulis liberrime effluat. Maiores huic incõmodo vt pręuiderẽt pſertim in angulis parietũ multiplici harenationũ illimẽto ꝓuidebãt: cutimq; operi obducebant ſũma diligẽtia marmorato. Sed nulla re cõmodius aquę iſtic ꝓrupti ones cohercebunt/q̃ creta inter ciſternę parietẽ atq; foſſurę latus ingeſta & valde addẽſata acri pinſatione. Nos creta ad huiuſmodi opus vterent iuſſim⁹ ſicciſſima: et in puluerẽ contrita.

Ciſterna.

Potoria ciſterna.

Capaqa.

Remediũ ne aq̃ in ciſterna putreſcat

Sunt qui putēt ſi vitreū vas plenū ſale bene obturaueris calce ſubacta oleo nequid aqua in vas penetret: idq; imiſeris vt medias iter aq̄s ciſternę pēdeat fore vt aquæ illic nulla putreſcāt mora. Addūt aliqui etiā argētū viuū. Nōnulli putāt: ſi vas nouum fictile acri plenū aceto vti dixim⁹ bene obturatū imiſeris/ mucoſam ocius aquā inſtaurari. Ciſternā puteūq; aiūt piſciculis iniectis reddi purgatiorē. Piſcis enim aquę mucore terræq; vligine ali atq; depaſci arbitranť. Ferť Epigenij vetus illa ſnīa: quę ſemel putruerit aqua ſpacio defecari/ & ruſus inſtaurari: poſt id amplius nō putreſcere. Quę putreſcere cœperit aqua vehemēter ſubagitata iterū atq; iterū trāſlata et cōmota fœtorem amittet. Qđ ipm etiā euenire mucoſo cōſtat vino atq; itē oleo Cū incidiſſet inquit Ioſephus) in aridū locū Moyſes: & nō ad eſſet alia niſi puteus amarę aquę & ſordidę iuſſit exhauriri. Id cū feciſſet miles excuſſione/exagitationeq; iſtiuſmodi potabilis reddita eſt. Coctura certū eſt aq̄s atq; extillatiōe purgari. Nitroſę itē amarę q; aquę polēta inquiūt addita mitigātur/ vt iter duas horas poſſis bibere. Sed potorijs ciſternis p̄terea vt aqua purgatior prębeať adſciſceť puteolus ꝓprio & ſuo pariete circūcluſus: loco poſitus oportuno. fundo paulo dep̄ſſiore q̄ ciſterna. Habebitq; puteus hic ad latus ſui feneſtrellas obtruſas aut ſpōgia aut pumice: nequid aqua ex ciſterna int⁹ in puteū hunc niſi craſſiorib⁹ miſtionib⁹ dimiſſis et bn̄ liquata penetret. Apud Tharaconē Hyſpanię pumex cādidus inueniť minutiſſimis refertus meatib⁹: quib⁹ aqua e veſtigio limpidiſſima extillet. Liquabiť etiā ſi hoſtiolū quo puētura ſit obſtruxeris vaſe crebris foraminib⁹ omi ex parte p̄terebrato: & mox cōpleto harena fluuiatili/ vt aqua tenuiſſimā p harenā penetret. Apud Bononiā tofum habēt harenaceū fuluū: per quē aqua guttatim ſtillet leuiſſima. Sūt qui aqua maris panes efficiāt: qua nihil ad morbū procliui⁹. Tantā habēt iſtiuſmodi quas receſſuim⁹ inſtillatiōes vim vt eā ſalubrē reddāt. Marina aqua inqt Solinus argilla ſi percoleť dulceſcit: & ſalē adimi cōpertū eſt vbi tenui torrentis harena iterū & iterū coleť. Vas fictile bene occluſum ſi habuerit immerſum mari ipleb it dulci. Et hoc ſit nō ab re/ vbi turbulentā Nili fluminis aquā poſuere/ ſi quid ſupra limbū et margine aquę amigdalā perfricaris/ e veſtigio clareſcet. Hæc ſatis. Si qñ vero fiſtularū ductus limo fieri obſtruſi cœperint imittito aut

Epigenij ſentētia.

Pumex Tharaconenſis.

Aqua q̄ modo coletur.

gallam/aut pilam factam cortice ſuberis/ illigatã filo tenui & prẹlongo.Cũ igitur pilã fluens vnda perductũ ad imum caput perduxerit:filo huic tenui aliud firmius ac deinceps funiculũ ex ſparto alligato.Poſt id trahendo & retrahendo funiculo ab uerrentur quẹ obſtiparant.

¶De eſca & veſte quæ agricultura paranda:agriq́ʒ colẽdi/ minuſq́ʒ feraci regioni ſubueniendi modus. Caplm.VIII.

NVnc ad reliqua veniamus.Dixim⁹eſcã et veſtẽ debeṙi accolis.Has res dabit agricultura:q̃s artes ꝓſequi ad inſtitutũ nõ pertinet.Sũt tñ ex architecto aliqua quẹ aratori cõferant.Id quidẽ vbi ager ad cultũ ſeu ſiccitate/ſeu aquarũ nimietate & moleſtia aptus nequicq̃ ſit de his aliqua breuiſſime cẽſuiſſe iuuet.Vineã in prato et humecto faciess ſic.Infodies ab oriente in occaſum lineis directis & ẹqui diſtãtibus foueas q̃ maxime id liceat ꝓfundas:latas pedes nouem:diſtantes inter ſe pedes quindecim:& quã exemeris ex foſſa tellurem accumulabis in area interualli:vt accliuitate meridianũ excipiat ſolẽ.Iſtiuſmodi colliculis factis manu vitis tutior erit et feracior.Contra in colle & ſicco facies pratũ ſic:foſſã oblongam nõ decurſoriam ſed ſtagnãtem in parte ſublimiore facies margine ad libellam collibrato & coæquabili.In eã deriuabis aquam ex ꝓximis fontib⁹:ea ſuperfluẽs a latere cõtinua parilitate ſubſtitutũ corrigabit agrum.In campeſtri Veronenſi ſaxis globoſis referto et alioquin nudo atq́ʒ penitus infœcundo nõnullis locis crebra irrigatione effecere vt cutis obduceretur ceſpiticea:& pratum excreuerit lẹtiſſimũ. Silua vti creſcat in paluſtri verſabis agrum aratro:oẽmq́ʒ extirpabis ceſpitẽ radicitus:poſt id ad exortum ſpargito glandẽ ex robore.Hac ſatione locus plantarũ copia refertus reddeť: quibus maxima ex parte humor exuberãs exhauriať.Tũ et radicũ accretione caducorũq́ʒ foliorũ et ſurculoꝝ accumulatione indies ſolũ reddetur ſubelatius.Turbulentas etiã alluuiones ſi imiſeris vt quieſcãt ſidoſis ſuperobduces cruſtã.Sed de his alibi.¶Sin autẽ aquaꝝ moleſtia regio vexabiť:qualẽ vidimus Galliã ad padũ.Quales Venetiẹ & eiuſmodi:ſunt q̃ cõſideraſſe oportet.Nã aut nimietate/aut motu vexabũt/aut vtriſq́ʒ.De his nos breuiſſime trãſigemus.Apud lacum Fucinum Claudius perfodit montem: et aquẹ nimietate obduxit in fluuium ripam.Et lacũ Velinũ for-

De vite ĩ prato ponenda.

Vt ſilua creſcat.

Lac⁹ ſuffoſſis mõtib⁹ deducti.

taſſis quoq; ea re.M. Curius eduxit vt flueret in mare. Et lacũ nemorenſem itidẽ videm⁹ ſuffoſſo monte deductũ in laurẽtem lacũ:ex quo hortorũ illa amœnitas et lucus fructifer ſub nemorenſi aqs libera relicta ſit.

Lac⁹ mira hoĩm manu facti.

Cæſar foſſas cõplures facere apd̃ Hylerdã inſtituerat:quib⁹ ptẽ aliquã Sicoris fluuij auerteret.Herymanthus crebris flexionib⁹ curuat⁹ab accolis agrũ rigãtib⁹cõſumitur adeo vt reliqas ſine noĩe remittat in mare.

Gãges riuis cẽties quat̃ et decies ſex deductus

Cyr⁹ Gãgẽ plurimis factis ductib⁹ abſcidit.Numero eos fuiſſe dicit Eutropius cẽties quat̃ et decies ſex : ad eãq; demũ exiguitatẽ redactũ/ vt ſicco peruaderet̃ pede.Apud tumulũ Halyactis in Sardis qd̃ ex parte maxima ancille effecere lacus eſt colous factus manu ad excipiẽdas alluuiones.

Myris.

Lacũ effodit Myris apd̃ Meſopotamiam ſupra vrbem ambitu ſtadia trecẽta et.lx.profundum cubitos quĩquaginta:quo Nilũ ſi qñ acrius inſurgeret exciperẽt. Ad Euphratẽ ne tecta vrbis diripiat præter moles qb⁹ cohęrceretur nonnullos etiã lac⁹ qui excipiãt vi fluminis addidere.Addidere etiam cauatos ſinus ingẽtis magnitudinis:quib⁹ ſtantẽ et quietã aquã vndis ĩpetentib⁹ pro aggere obijcerẽt. De aquis igit̃ vbi ſupfluant/et nõnulla ex pte vbi motib⁹ ĩfeſtæ ſint diximus.Si quid vero ad eã rẽ deerit/dicem⁹ proxime:vbi de flumine et mare tranſigem⁹.¶Sequit̃ vt q̃ nõ poſſit ex ſe alimẽta regio præbere ĩcolis/illud aliũde quoad id fieri poſſit commode ſuſcipiat Ad hanc rẽ facient itinera et viæ: quæ quidẽ habenda ſunt ita vt per q̃ facile comodeq; poſſint oportunis temporib⁹ neceſſaria cõportare.Itinerũ/quod alibi ſuo loco attigim⁹/duo ſunt genera:terreſtre atq; aquaticũ.Lutoſa carriſq; corrupta ne ſit via præt̃ exaggeratiões/ de quib⁹ alibi dixim⁹/curãdũ eſt vt

Attẽde q̃ mõ via fieri poſſit cõmoda.

plurimũ capiat ſolis:plurimũ vẽtorũ:minimũ vmbræ.Apd̃ lucum Rauẽnæ per hos dies ꝙ viã abſciſſis arborib⁹ dilatarit/ ſoleſq; ĩmiſerint/ex corruptiſſima percõmoda reddita eſt. Videre iſtuc licet ſub arborib⁹ quæ propter viã ſunt/ꝙ ſolũ illic tardi⁹ ſicceſ̃ fouente vmbra fieri ex quadrupedũ attritu lacuſculos: q collecto imbre ſemp cõmadeſcãt atq; dilatent̃.

Via aq̃tica.

Aquatica vero via erit duplex:vna quæ cohęrceri poſſit / vt flumen et foſſa aq̃ria:Altera quæ nõ poſſit/vti eſt mare.Et dicere poſſe videor fluminib⁹ æque adeſſe atq; in vaſe vitia vbi fortaſſe fundo ſint aut lateribus nõ aptis/nõ integris/non accomodatis.Nam cũ ferẽdis nauibus opus aqua ſit non modica:ea quidẽ in laterib⁹ ſit-

mis cõtineaꝫ prorũpet. Agrũq; vaſtans late manabit et diſſipabitur: vt etiam terreſtriũ itinerũ vſus turbetur. Præterea ſi erit fundũ obliqui⁹/ quis dubitat naui cõtrariã vnda præceps refutabit. Adde etiã ſiquid erit a fundo ſurgẽs ſalebroſum aut dorſuoſum impediet. Conuecto Romã obeliſco ex Aegypto intellexere Tyberim nauigationib⁹ cõmodiorẽ eſſe q̃ Nilũ. Illũ ſane profuſa patere laxitudine: hunc alterũ eſſe profunditatis altitudine potẽtiorẽ. Neq; enĩ magis aquaꝝ copia hunc ad vſum nauium q̃ altitudine indigem⁹. Tametſi etiã faciat latitudo ad rem. Ripis enĩ aquæ tardiores redduntur. Fluuio fundũ cũ erit nõ ſtabile: huic etiã latera minime erũt valida. Inſtabile ferme fundum eſt omne præter id quod ſtructuræ operib⁹ probari diximus: hoc eſt quod ipſum ſoliditate ſui ferrũ aſperneꝫ. Eritq; omnino mobile quod ripa in creta/ plano in campo globoſoq; et rotabili inſtratũ ſit ſolo. Cui fluuio latera infirma ſint: huic et alueus erit ſalebris ruinarũq; excremẽtis et truncorũ aut lapidum tranſuerſarijs mollibuſq; impedit⁹. Omnino iſirmiſſima et momẽtis mutabilia erũt latera/ quæ alluuio impoſuerit. Ex hac laterum labilitate ſequũtur quæ de Meandro Euphrateq; feruntꝫ. Nam ille quidẽ ꝙ ſolum ſecet infirmũ/ multas indies flexiones innouat. Euphrates vero canales quib⁹ inducitꝫ ſæpiſſime obſtruit laterũ ruina. Iſtiuſmodi laterũ vitijs maiores prouidebãt ſtructo in primis aggere. Atqui aggeris quidẽ ipſius modus ad cæteras ædificationũ rationes refertur. Nã intereſt quidẽ qua ducaꝫ linea/ aut quo aſtruaꝫ firmeturq; opere. Qui agger recta ſm flumẽ ducetur linea: is quidem vndis non eludetur. Aggerẽ vero quẽ tranſuerſum fluui⁹ offenderit/ ſi erit inualid⁹ proſternet. Aut ſi erit depreſſus ſupfluitabit. Qui iſtic non proſternetur agger / indies augebitur fundotenus. Nam cõuecta quidẽ eo cõpinget/ et quaſi ad conſcendendũ ſuccumulãs alueo ſeſe attollet: et deſtitutis illic quæ lõgius vectare aut propellere nõ liceat alio deflectet. Si proſternet aggerẽ vi ſui et mole: tunc quib⁹ naturis dixim⁹ vtetur: cõplebit vacua: diſpellet aerem: et rapiet quæcũq; aduerſenꝫ. Sed grauia et quæ ægre moueantur vna cum præterlabendi ĩpetu ſenſim vadendo deſtituet. Hinc eſt ꝙ in faucib⁹ eruptionũ inundatio quæ in agrũ fit harenã craſſiorẽ relinquit præaltã. Deinceps vero leuior et limoſior accretio telluris inuenitur. Sin autem ſuperabit allu-

De aggere ad fluuium faciendo.

uio aggerem atq; ſuperfundet: tunc ruentiũ vndarũ appulſu ſolum illuſum commouebitur: et commota fluxu aſportabuntur/ quoad ſubacta foſſione opus ſubrutum collabeſcat. Atqui vnda quidẽ fluens ſi neq; directũ ne tranſuerſum/ ſed ex infractu aggerem offenderit pro ipſius flexione et fluminis latitudine ripam vtrãq; non minus hanc qua excipiatur q̃ alterã in quam retũdetur/ preſſabit atq; conficiet. Et ſapit quidẽ tranſuerſi naturã flexio. Quare offenſiones perferet eaſdẽ quæ tranſuerſis infeſte ſunt: et vna duris abſterſionib⁹ delibabitur. Quæ quidem tanto erũt acriores moleſtioreſq; quanto illic vertigines cicatiores/ turbidiores/ vt ita loquar ebuliant. Terebra quidem fluenti inuoluolus aquarũ et vertigo eſt: cui nulla duritíes diu queat reſiſtere. Videre id licet cum ex pontib⁹ lapideis q̃ illi quidẽ parte inferiore ſint alueo cauato et profundo: tum ex his locis fluenti/ quæ ripis coarctata ſunt vbi ex faucib⁹ anguſtioribus in ſpatia laxiora proruperint/ q̃ illa qdem cadendo et ſeſe inuergendo late circumuoret atq; abſumat qcquid ripar
Pons Adriani. parum aut fundi offenderit. Pontẽ Adriani Romæ audeo dicere omniũ quæ homines fecerint operum eſſe validiſſimũ: tñ alluuiones adduxere vt dubitẽ diutius poſſe reſiſtere. Stipitibus enim et ramis quos ex agro alluuiones arripuere/ pilas annuis moleſtijs onerant: et fauces arcus multa ex parte obturatas reddunt. Fit ea re vt aquæ intumeſcãt: atq; inde ex alto præcipites et moleſti vortices corruant et ꝑuergantur. Ergo pilaꝝ puppĩ ſubruunt: molemq; operis perturbãt. Hactenus latera.

De fluuiali fundo. Nunc de fluminis fundo. Nicotrix apud Meſopotamios ſcribit Herodotus nimiũ concitatũ Euphratis curſum curuo tor-
Nicotrix tuoſoq; retardauit ductu. At proxime quidẽ accedit/ vt diutius aſſeruetur vbi tardi⁹ effluat. Tũ et ſimile quippiã iſtud eſt. vti ſi quis arduo ex monte deſcẽdat via non pręcipiti: ſed nũc in dextram nunc in ſiniſtram cliui. Et fluuij nimia velocitas vtrũ a ꝓno eueniat alueo ſatis cõſtat. Fluenti curſus nimiũ citus et cõtra piger vterq; vſib⁹ nocuus eſt. Is quidem ſubruit ripas: is alter facile hærbeſcit/ et facile in glaciẽ cogitur. Amnẽ qui anguſtarit aquas fortaſſis reddet altiores: et alueum qui excauarit/ habebit profundiores. Excauandi impedimenta tollendi/ atq; purgandi eadem ferme ratio et finis eſt de quib⁹ mox dicemus. Sed excauatio iſtic erit fruſtra/ niſi infra verſus mare fundũ ad

defluxus rationes equę deprę́ſſum ſubſequatur.

¶De foſſis ne aq̄rū copia deſit/ne væ vſus eiꝰ īpediat̄. Ca.IX.

VEnio ad foſſas.Optandum ne copia aquarum deſit: ne ve vſus ad quos inſtituta eſt impediatur.Ne deſit duplex erit ratio.Prima vt aliunde deriuata abunde influat:altera vt cōcepta diutius aſſeruetur. Deriuabitur foſſura ex his quæ ſuperiꝰ dicta ſunt.Ne autem impediat̄ iam deductæ vſus aſſequemur cura et diligentia. Siquidem ſæpe purgabitur et importata deplebunt̄. Sed foſſam aquariam fluuium eſſe cōſopitū dicūt : eiq; ferme omnia debent̄/ quæ fluento et in p̄mis fundi laterīſq; ſoliditas et firmitudo exigit:nequid immiſſas aquas abſorbeat : aut per interuenia deperdat. Et itē profundiorē eſſe oportet q̄ latā : id quidē cū nauis ferendæ gratia tū & a ſole minus exhauriatur/minꝰ hærbeſcet. Multæ ab Euphrate in Tygrim foſſæ perducte ſunt q̄ ſit ille quidē aluo ſublimior. Gallia ps Italię quæ circa īfimū Padū et Athiſim eſt/ tota foſſis enauigatur.id illic facile prę́ſtitit planities. Ex Nilo Ptolemeus inq̄t Diodorus/cū nauigaret foſſam apiebat:enauigata claudebat.Vitijs remedia erunt hæc.Cohęrcio/ purgatio/clauſuræ. Aggere flumina cohęrcent̄. Aggeris lineā ducito/ vt non repente/ſed ſenſim pręmat latera atq; interſtrigat .Vbi vero ex faucibꝰ anguſtioribꝰ laxiora in vada dimiſſurus ſis:nō abrupto īmiſſo ſed ꝑducto canali ſinito vt deinceps dilatatis vndis ſeſe fluuiꝰ in priſtinā āplitudinē vēdicet : neq̄d ob repētinæ libertatis licētiā petulantibꝰ inuoluulis et vortiginibꝰ lædat.Cōfluebat fluuiꝰ Melas in Euphratē/ cupiditate fortaſſis noīs adductus Artanatrix rex exitū fluuio obſtruxit regionēq; late mūdauit . Nō multo poſt moles īterpellatæ aq̄ tantis turbinibꝰ tātoq; abrupit īpetu vt multa ſecū arua traxerit : multaq; ex pte Galatiā Phrigiāq; vaſtarit. Hoīs inſolētiā iij exitū ſenatꝰ mulctauit talētis trigita. Et facit ad rē quod etiā legimꝰ Iphicratem cum Stiphalim obſideret aquā Eralij/ qui fluuius mōtē ſubintrat : et in agrum argiuum reſurgit obcludere conatus ſpongijs innumerabilibus adiectis . Sed Iouis monitu reuocatum deſtitiſſe. Quæ cum ita ſint/ ſic admonuiſſe iuuet. Opus aggeris facito validiſſimum . Validitatem dabit materiæ ſoliditas et operis ratio atq; amplitudo . Qua partę vnda ſuperuadendo excidat non ad perpendiculum id latus extrin=

Foſſa aq̄ria.

Artanatrix.

Melæ flu

obſtruxit Iphicrates.

ſecum/ſed modice caſtigatū dimittito/ vt perq̄ leniſſime & nul-
la cum vertigine defluat. Qđ ſi cadendo cœperit excauationes
facere/cōfeſtim cōpleto nō minuta materia: ſed ſaxo amplo/in
tegro/ſtabili/angulari. Proderit & faſces ſarmentorū conijcere
quo procidēs aqua non niſi infracta et laſſa fundū petat. Apud
Romā videm⁹ Tyberim multa ex parte opere ſtructili coarcta-
Semiramis. tum. Semiramis nō cōtenta lateritio aſphaltū etiā ſuperindu-
xit aggeri craſſum cubitos q̄ttuor. Quin & muros induxit mul
ta per ſtadia altos vt vrbis mœnia coęquarent. Regia hæc ſunt
Nicotrix Nos aggere cōtenti erimus terreno/quali Nicotrix apud Aſſy
rios ex limo: quali et apud Gallias maxima flumina quaſi pēſi
lia videm⁹: quoad locis nōnullis interdū ſuperent libella: map
paliū culmina. Sat quidē erit ſi pōtes ſtructili opere cōfirmabū
Agger fluuiatil' ex quib⁹ conſtrui debet. tur. Aggerib⁹ extruēdis ſunt qui ceſpite herboſo ex prato ſucci
ſos ꝓbent. Mihi etiā ꝓbātur. Radicularū enī cōplexu ferrumi-
nātur modo vehemēti pinſatione aſſolidētur. Tota quidem ag
geris cōgeries et ꝑſertim ea pars quā vndę lambūt dureť opor-
tet ſpiſſitate īpenetrabili atq; diſſolubili. Sūt qui vimineas per
ticas aggeri intertexunt. Firmū id ſane opus: ſed natura ſui tē-
porariū. Nā cū ſint perticæ facile putreſcibiles fit vt radij aqua
rū locos materię putrefactæ occupēt. Atq; inde peruadētes au-
ctis meatuū fiſtulis grādiores riui cōſequātur. Hoc tamen mi-
nus verebimur ſi perticis vtemur virentibus. Alij ſalictam/al-
num/populū/et quę aquas amāt arbores per ripam ordinibus
frequentes plantant. Habet id quidem cōmoditatem. Seruitiū
ſubeſt id quod de perticis dicebam⁹. Nam interdum ſtipitibus
carie cōfectis demortuarum arborū perterebrationes et cunicu
li manant. Alij/ qđ mihi in primis placet/ virgulta & omnē her
barum copiam quæ viuax aquis/quę radicibus q̄ ramis ferax
ſit/ad ripam cōplantant. Quo in genere pręcipua eſt ſaliuncu-
la iuncus/cannuſcula/& in primis vitrex. Nam is quidem mul
ta & populoſa ſubcreſcit radice/prælongiſq; & rediuiuis fibris
ſeſe profundit: ramis contra ſurgit humilibus et flexulis: qui
vndis alludantur/ et minime irritent: & quod mirifice confe-
rat planta hęc aquarum auiditate continuo ſeſe per fluuiū im-
merſum prouehit. Quo autem loci ſm fluminis rigorem ag-
ger directus erit nudam et terſam penitus eſſe ripam oportet/
nequid offendat / quo fluendi lenitas irritetur. Vbi vero ſeſe

in flexu agger obiecerit fluuio/quo illic robuſti⁹ obſiſtat plute-
is obfirmabit. Sinaũt tota fluminis moles trãſuerſo erit obice
depellẽda aut ſuſtinẽda:tũc ꝑ ęſtatẽ vbi erit aqua minor alueo
patẽti facito cratẽ iunctis ſtipitib⁹ robuſteis ꝓlongis:cratẽq; fi-
bulis bñ cõpaginato & cõcatenato:ponitoq; ſtipites directũ ꝑ
alueũ/vt frõtib⁹ vndã defluentẽ excipiãt: ꝑfigitoq; quoad per
id ſolũ liceat ꝓfundũ in alueũ palos pręacutos inditos forami
nib⁹ ad eã rẽ factis. Qua obfirmata inſternito alternis tranſuer
ſarijs tignis:& in cratẽ hmõi exaggerato lapidũ molẽ: eãq; ad-
glutinato calce:aut vbi per ĩpẽſam nõ liceat faſcib⁹ iuniperi in
termiſtis annectito. Fiet inde vt põderis ĩmanitatẽ/cratiſq; fir
mitatẽ nequeãt ꝓmouere. Qđ ſi vorticibus ſubruere inſtraturã
ꝓſequẽtur/cõferet/iuuabitq; rẽ. Nã ꝑſtabit quidẽ vt pręmẽdo/
et ſeſe inferẽdo in ꝓfundũ põdus ĩpm ſedem illic petat firmiſſi
mam. Sinautẽ fluuius perenni erit altitudine vt ratis haſce po
ſuiſſe non liceat:tunc his vtemur argumentis quibus põtium
pilas excitari ſuo loco diximus.

¶De in littore maris aggerib⁹ & corroboratione/deq; portuũ
munitione et aquę fluuij clusione. Capĩm.X.

COrroborabit etiã littus maris aggerib⁹:ſed nõ ijſdẽ
quib⁹& fluẽs. Nã fluentiũ quidẽ aquę iniurijs lędũt
via nõ eadẽ/q̃ fluctus maris. Etenĩ mare aiũt ſuapte
natura quietũ eſſe atq; tranquillũ. Sed ventorũ agi-
tari pelliq; ꝓſſura: fieriq; hinc vt ſurgẽtes vndarũ ordines litt⁹
petãt:quo loci ſi trãſuerſum & ꝓſertim aſperũ quid atq; hirtũ ſe
ſe illis obiecerit:totis illę quidẽ illic pectorib⁹ ĩpetunt:relixęq;
reſiliũt & infrigũtur: atq; ſic ex alto irruẽtes ſolũ cõmouẽt: aſſi
duaq; moleſtia excauãt atq; demoliunt quicquid obuerſet. Hoc
ita euenire indicio ſunt fundi altitudines:quas ad rupes mariti
mas ĩuenias. Sinautẽ facili et depreſſa accliuitate ſeſe littus ſub
actum vndis ꝓſtiterit/nõ habens perinde cõmotũ mare/qui cũ
ęſtu feruidiore pugnet/ponit ĩpetus/& in ſe vndis mollioꝛib⁹
reciprocãs remorat:& ſi quid ex cõmotionibus harenaꝝ corri-
puit atq; cõuexit/interea deſtituit/& loco reliquit quietiore:ex
quo littora q̃ iſtiuſmodi porrigunt ex humili cãpo indies intra
mare excreta eſſe ſentim⁹. Vbi vero ꝓmontoriũ offenderit ma
re/& ſubinde in ſinũ arcũve littoris ꝓfluxerit linea incurua/il-
lic ſcđm littus citatũ diſcurſitat atq; obuergit. Ex quo fit vt lo-

cis eiuſmodi paſſim ꝓ littore excauati ꝓductiq; canales habeã-
tur. Alij mare ſuapte ſpirare & reſpirare ꝑdicãt annotarũtq; ho
minẽ nũq̃ expirare a vita niſi ęſtu decedente quaſi argumentũ
hoc de ſe ꝑſtet: cũ nr̃a hoĩm vita ipſi⁹ maris aĩam motũq; aliqd
habere affine & cõſonũ. Sʒ de his hactẽn⁹. ¶ Cęterũ maris qdẽ
incremẽta & decurſus alioquin locis mutari palã eſt. Calcidicũ
mare ſingulos p dies ſexies alternat fluctus. Ad Biʒantium nõ
mutat̃ niſi excurſione in Ponto. In Propontidẽ ſuapte natura
mare cõtinuo ab ſe quęcũq; a fluminibus inuecta ſint reijcit ad
littora. Quæ enĩ agitationib⁹ cõmouẽtur/vbi quieti data ſedes
eſt imorant̃. Sed cũ littorib⁹ pleriſq; oibus vim harenę aut la-
pides reiectos intueamur/iuuat id referre qd̃ apud philoſophã
tes inuenio. Harenã alibi dixim⁹ fieri ex limo: quẽ ſol denſarit:
poſtq̃ id ęſtus in minuta corpuſcula diſciderit. Lapides a maris
aqua gigni autumãt. Nã ſole quidẽ & motu aquã dicũt intepe-
ſcere/exſiccari/ac perinde inſpiſſari partib⁹ leuiorib⁹ exhauſtis:
ducitq; ad eã craſſitudinẽ vt ſi qñ mare paululũ iterquieſcat: ſen
ſim cutim obducat mucoſam/& admodũ bituminoſam: rũpiq;
mox cutim hãc/et diſſipari nouiſſimis motib⁹ & colliſionib⁹ in
globeſcere: fieriq; quippiã ſpongijs perſimile: deferriq; globos
hoſce ad littus. Quo loci harenas illic cõmotas adglutinat ſibi
atq; ad ſe cõprehẽdit. Apprehẽſas autẽ vi ſolis & ſalis exſiccari
dẽſiuſq; cõcogi: & tẽporib⁹ dureſcere vſq; vt fiat lapis. Hęc illi.
Nos tñ videm⁹ ad fluminũ hoſtia paſſim excreſcere littora: prę
ſertim ſi ſint illa quidẽ flumina/q̃ per agros ſolubiles fluãt: in
quę plures torrẽtes cõfluãt. Nã ea qdẽ ꝓ faucibus ad littus ma
ris hinc atq; hinc multũ harenarũ & calculorũ exaggerant: lit-
tuſq; ꝓducũt. Id ita eſſe manifeſtãt Hyſter & Phaſis Colchorũ/
et alij maximeq; Nilus. Ęgyptũ veteres Nili domũ appellaue
re/& olim mari opertum fuiſſe vſq; ad paludes Peluſias aſſeue
rãt. Tũ & Cilicię magnã eſſe agri partẽ a fluuio adiectã referũt.
Ariſtoteles motũ eſſe reꝝ cõtinuũ arguit: & futurũ ſpacio tẽpo
ris vt locũ mare mõteſq; cõmutent. Hinc ille. Quicquid ſub ter
ra eſt (inquit) in apertũ ꝓferet ætas. Defodiet cõdetq; latentia.
¶ Redeo ad rem. Habet hoc ꝑterea fluct⁹ in ſe/vt ad maceriem
obiectã appellẽs infeſtus arietet atq; inſurgat: recedẽs autẽ q̃ al
to cadãt propulſę aquę tã multo harenas excauẽt. Videre licet
iſtuc q̃ ad rupes & ſcopulos ꝓfundius ſubſiſtat mare: multo ibi

Mariũ reciprocatio in fluxu & refluxu.

Harena ex limo fit.

Lapides a maris aqua gignunt̃.

illidat̃ q̃ vbi nullos iterpellatores p̃ter molle caſtigatũq; littus oſtenderit. Quę cũ ita ſint magna nimirum erit opus induſtria ſolertiq; ingenio vt maris vim ſpiritufq; coherceas. Artes eñ multa ex parte manũq; fruſtrabit̃ mare: et nõ facile virib⁹ hominũ peruincet̃. Proderit quidẽ quã alibi deberi pontib⁹ exaggeratione dximus ❡ Sed ſi res poſtulabit vt portus muniẽdi gratia moles p̃ducẽda in mare ſit/a cõtinenti & ſicco rẽ incipiemus: additamẽtiſq; deinceps opus p̃ducemus in mare: curabimuſq; in primis vt id perq̃ ſtabile ponat̃ ſolo: & vbiuis poſueris p̃fuſa maximorũ lapidũ accumulatione coaceruãdũ eſt/ita vt ſtet maceries cõtra fluctus ad lineã ſenſim p̃cliuem: quo appellens vndarũ moles & vt ſic loquar minacitas deinceps inſtinguat̃: & nõ inueto qui cũ totis pectorib⁹ conflictet̃ recurrẽs nõ p̃ruat: ſed leniſſime dilabat̃. Sic eñ refluẽs vnda poſt ſe nouiſſime appellentes fluct⁹ excipiet atq; retardabit. Ad rationes portus etiã pertinere fluminis hoſtia vident̃/qñ ſeſe eo loci naues a tẽpeſtatib⁹ recipiãt. Hoſtia in primis cõmuniri & coartari velim p̃tra fluctus maris. Aiebat Propertius. Vinceris aut vincis hęc in amore rota eſt. Sic fit iſtic. Nãq; hoſtia quidẽ ſempiterne aut mari contumacius inceſſante ſuperãtur harenaq; obſtruũtur: aut cõtra peruincũt aſſiduitate ĩpetus & vincendi pertinacia. Quare perplacebit ſi duob⁹ diuerſis ramis modo aquæ ſuppeditẽt/fluuiũ dimittas in mare. Non id quidẽ tãtũ quo nauibus mutatis ventis prõptiores ingreſſus pateãt: verũ etiã vt ſi qua tẽpeſtatũ vis obſtiterit aut exitus alter forte auſtro fiãte obſtruſus ſit tumidiores actę alluuiones redũdent in agrũ. Sed pateãt qua libero excipiãtur mari. De his hactenus. ❡ Sequit̃ purgatio. Cæſar maximã adhibuit curã purgãdo Tyberi. Erat eñ iniectis ruderib⁹ repletus. Extãt effecti ex textis ex flumine exẽptis montes ĩmodici nõ lõge a Tyberi cũ in vrbe tũ extra vrbẽ facti. Tantã materiã tã viuido ex fluuio quib⁹ nã argumẽtis eduxerit legiſſe me nõ memini. Sed viſos quidẽ ſeptis arbitror: quib⁹ diſcluſo fluuio atq; exhauſta aqua ĩpedimenta eruerint. Septa ſic fiẽt. Parabis tigna dolata ad rectã lineã: et a ſũmo ad ĩmũ eoꝝ caput p̃ lateris amplitudinẽ ſulcos induces vtrimq; p̃ fundos digitos q̃ttuor: latos ad tabulę craſſitudinẽ: qb⁹ ad op⁹ vſus futur⁹ ſit: & parabis tabulas ęq̃li iter ſe lõgitudine/ęquali etiã craſſitudine. His paratis figito tigna q̃ dixim⁹ vt ſtẽt ad p̃-

Portus q̃ modo muniẽd⁹

Purgatio fluminũ.

Aquariũ ſeptum q̃ arte parãdum.

pēdiculū interuallis inter ſe moderatis ad tabularū paratā lō
gitudinē. Tignis ſtatutis et recte firmatis īmittito tabulas capi
tibus/ vt per ſulcos tignorū deſcēdant in ꝓfundū. Simile opus
vulgo cataractas nuncupāt. Tu vero ſup iniūgito alteras alte=
ris tabulis atqꝫ cōprimito vt bene cohæreāt. Mox diſponito lo
cis aptis et oportunis cocleas aq̄rias/ et ſucones/ et ſiphones/ &
ſitulas/ et oē exiccariū inſtrumētū/ atqꝫ adhibeto manū oparīā
perq̄ numeroſam: et cōfeſtim ope irrequieto atqꝫ nequicq̄ inter
miſſo iclusam a ſepto aquā exhaurito. Si qua vero imingit/ ob=
ſtruito cētonibus. Succedet op⁹ ex ſentētia. Int̄ iſtiuſmōi ſeptū
aquariū et aliud quo aſtruendis pontib⁹ vſi ſum⁹ hoc intereſt:
Nam illud quidē ſtabile et diu māſurū eſſe oportuit/ quoad pi=
læ non perficerent̄ modo/ verū etiā extructæ ꝯſolidarent̄. Hoc
iſtic temporariū eſt: atqꝫ poſtridie limo depleto amouendū et
tranſferēdū. Sic moneo ſiue ſepto iſtoc purges / ſiue obuertas
fluuium/ caueto ne cū tota aq̄rū copia et vi vno eodēqꝫ cōcertes
loco: ſed additamētis mēbratiqꝫ opus ꝑducito. Opera quæ q̄dē
cōtra aquarū molē et impetū fient/ ſi ducta in arcū ſint dorſo cō
tra pondus aquæ vrgentis obiecto validi⁹ obſtabūt. Torrentē
excauabis ſi trāſuerſum feceris obicē ita vt aqua ſe in altū ſuble
uet: cogat̄qꝫ multo cōtumeſcere. Aſſequere eni hinc vt ſupua=
dens vnda ſuo caſu foſſam deprimat: rurſuſqꝫ quantū inferiore
a parte riui depreſſius infoderis: tātū alueus vſqꝫ ad fontē exca
uabitur. Promēs eni aqua cōtinuate ꝓmouet: perturbatqꝫ ſolū
atqꝫ abſportat. Qui et riuū foſſamqꝫ aquariā bu bulis immiſſis
purgabis ſic: Occludito vt aquæ inſurgāt: mox coge pec⁹ vt cre
bris et cōcitatis motib⁹ aquā limoſam reddāt: cōfeſti adapito/
vt præceps ꝓfundat̄ atqꝫ abluat. Quod ſi forte in flumīe demer
ſum aut infixū quippiā impedierit/ præter cæteras quas noue=
re fabri machinas illud aptiſſimum eſt vt naui onuſtā adigas:
atqꝫ firmiſſime id ipſum hoc ſiue ſit pal⁹/ ſeu quid vis eruendū
adlaquees: mox naui leues onere: fiet ide vt ſeſe leuigata attol
lens nauis radicitus reuellat alligata. Iuuabit ſi clauis modū
ſurgente naui palū inuerteris. In agro præneſtino madētē cre=
tam vidim⁹ / in qua ſi fuſtē gladiūqꝫ infixeris / non in ꝓfundū
plus cubitū/ nulla vi manu poſſis trahendo euellere. Sin autē
inter trahēdū paulo iuerteris/ vti q terebrāt facile ſequet̄. Apđ
Ianuā latēs ſub vndis ſcopulus fauces ad portū īpediebat: in=

uentus homo eſt per noſtra tempora mira præditus arte et na
tura qui diminuit: aditusq; longe patefecit. Hunc rumor eſt ſo
litum ſub aquis durare: et multã per horã anhelitus cauſa non
emergere. Limũ ex profundo hauries rete oſtreaceo veſtito ſac Limus
co: trahendo enim implebit. Hauries etiã vbi mare modicũ ſit/ q̃mõ ex=
palatia in ſpumẽto. Id fiet ſic. Habeto mioparones duos in ho hauriẽd⁹
rum altero ad puppim firmabis axim: in quo nõ ſec⁹ atq; in li
bra ludat antẽna prælõga /in cuius antennæ capite/ quod e na=
ui perſtat/ affixa ſit pala pedes lata tris: longa ſex. Hanc operij
immergendo limũ deſumẽt: et in altero ad id parato mioparo=
ne exponẽt. Ex his principijs multa fiẽt ſimillima et vtiliora:
quæ longũ eſſet hic ꝓſequi. Hactẽn⁹ de his. ¶ Sequitur clauſu Aq̃ deflu
ra. Claudet aq̃ defluuiũ cataractis: claudet et vallis. In vtriſq; la uiũ quo
bra lapidea pilarũ ope firmiſſima debent. Cataracte põd⁹ tolle artificio
mus ſine hoĩm periculo adhibitis ad tractatoriũ fuſũ rotis dẽ= claudẽdũ
tatis quas veluti in horologio moueam⁹/ dentib⁹ alteri⁹ fuſi ad
id opus et motũ adactis. Sed omniũ cõmodiſſima erit valua: q̃ Valua
medio ſui habeat fuſum ſtatutũ ad ꝑpendiculũ vertibilẽ. Fuſo fluuij
appinget valla q̃drangula: vt panſa adeſt veluti in oneraria na emiſſoria
ui quadratũ explicat velũ q̃d hoc et hoc ſui brachio poſſit ad ꝓ
ram verſus puppi ve circũagi. Sed valuę iſti⁹ brachia erũt non
cœqualia: altero eni paulo erit retractior ad digitos vſq; ad tris
Nam fiet tũ quidẽ vt vno a puero referet: et rurſus ſpõte clau=
datur vincẽte põderib⁹ latere ꝓlixiore. Duplices facito clauſu=
ras ſecto duob⁹ locis flumie: ſpatio intermiſſo q̃d nauis longi=
tudinẽ capiat: vt ſi erit nauis cõſcenſura cũ eo applicuerit: iferi=
or clauſura occludat: aperiat ſuperior: ſin aũt erit deſcẽſura: cõ
tra claudatur ſuperior: aperiat iferior. Nauis eo pacto cũ iſtac
dimiſſa pte fluenti euehetur fluuio ſecũdo. Reſiduũ autẽ aq̃ ſu=
perior aſſeruabit clauſura. Illud nõ prætermittã quod ad vias
pertinet: nequid iſta repetam⁹ per oppidũ viã nõ iponẽdo atq;
aggerando luderib⁹: q̃d praua cõſuetudine fit: ſed poti⁹ adimẽ
do: et late circum explanãdo atq; abſportando bene terſam be
neq; auerſam facito: ne inſule et ſuperficies vrbis ſtratarũ accu
mulationib⁹ imergant. ¶ Nũc cętera minutiora quæ emenda
ri patiantur q̃ id potero breuiſſime ꝓſequar. Locis nõnullis q̃
aqua inducta ſit: regio effecta eſt calidior: et cõtra nõnullis ef=
fecta eſt frigidior. Apd Lariſſam Teſſaliæ ager ſtagnãti et pigra

erat opertus aqua ea re aęrē habebant craſſum atq; ęſtuoſum.
Poſtea educta aqua exiccatoq; agro facta eſt regio frigidior:
adeo vt poſthac olea quæ pri⁹ multa paſſim excreuerat circum:
nulla ſupuixerit. Cōtra apd Philippeos: illic eī meminit Theo
phraſtus educta aqua exſiccatoq; lacu effectū eſt vt minus rige
rent. Harū rerū cauſā ex puritate ipuritateq; illic ſpirantis aeris
eſſe interp̄tatur. Nā craſſum quidē aerē tardi⁹ moueri: ſed diu
tius ſeruare quę a gelu æſtuue īpreſſa ſint prędicāt. Tenuē vero
aerem ſeſe haberi gelationi aptū: et cito radiorū ꝑmutationib⁹
affici. Et aiūt agrū incultū et neglectū aerē præſtare craſſum et
immitē. Vbi etiam materia excreuerit cōferta: ita vt eo neq; ſol
Auernus lacus. neq; venti penetrēt: nimirū erit aer crudior. Auerno in lacu an
tra ſyluarū denſitate ita ambiebanť: vt exalans ſulphur alites
per anguſtias ſupuolantes necaret. Cæſar detectis ſyluis ex pe
Liburnū. ſtilēti reddidit amoenū. Apd Liburnū maritimū oppidū Aetru
riæ grauiſſimis febrib⁹ ſingulas p caniculas vexabanť: obiecto
ad mare muro accolæ bñ ſe habuere. Poſt vero foſſis aq̄ muni-
tionis grā inducta iterato piclitanť. Scribit Varro cū exercitū
haberet apud. Corcyrā et paſſim peſte caderēt: occluſiſſe oēs fe
neſtras quę auſtris paterēt: et eo pacto exercitū ſeruaſſe. Mura
Muranū. no celebri venetiarū oppido raro in peſtē incidūt: cū proxima
metropolis ciuitas et frequēs et grauiter infeſteť. Euenire id ar
Ignis venena purgat. bitranť copia vitrariorū. Nā certū quidē eſt aerē maiorē in mo-
dum purgari ignib⁹. Et odiſſe venena ignē inditio eſt q̄ anno-
tarunt venenoſa animaliū cadauera nō gignere vermes vti alio
rum: ex ea re q̄ veneni natura eſt: necare atq; ꝑtin⁹ extinguere
vim oēm vitæ. Sed eadē ſi tacta ſint fulgure: gignere tū q̄dem
vermes: eo q̄ ſit eorū venenū extīctū igni. Gigni autē in cadaue
rib⁹ animaliū vermes nō aliūde q̄ ab vi q̄dā naturę ignea mouē
te humidū id illic aptū ignib⁹: quos extinguere ꝓpriū eſt vene
ni: vbi ſuperet: vbi vero ſupereť igne: nihil poſſe. Si hęrbas ex-
tirparis venenoſas et præſertī ſquillā: fiet vt malū id terrę nu-
trimētū ad ſe bone hartant plantæ: eoq; alimēta inficiēť. Iuua-
bit ſyluā præſertī pomariā nocuis vētis obijcere. Nā plurimū
Remediū pro ptiſicis. intereſt aurā qua foliorū vmbra excipias. Syluā piceā aiūt pti-
ſicis et his qui lōga valitudine vires nō recolligūt: plurimū pro
deſſe. Contra vero arbores: quę amaro ſint folio: nam illae qui
dem auras præbent īſalubres: ſiccubi erit ſidoſus: paludeſcēs:

vliginoſusve locus: iuuabit bene patulũ et bñ illuſtrẽ reddere. Nam fetores et noxię beſtiole quæ inſurgunt aritudine et ventis cito cõficientur. Apud alexãdriã locꝰ publicus eſt: quo non alibi vrbis excremẽta et purgamẽta ruderũ exponãt. Iamq; mõtem excitarũt tã altũ: vt nautis multã oportunitatẽ præbeãt ad hoſtia petenda. Quãto cõmodiꝰ humilia et concaua huiuſmõi lege cõplebunt. Venetiæ: quod vehemẽter ꝓbo: ꝑ mea tẽpora purgamentis vrbis areas intra paludes ampliarũt. Qui agrum apud ęgyptias paludes colũt inquit Herodotꝰ: quo vi culicum et muſcarũ vitẽt altiſſimis ꝑnoctant turribꝰ. Ferrarię ad Padũ intra vrbẽ culices haud multę apparent: extra vrbẽ inſuetis execrabiles ſunt Pelli ab vrbe ignũ et fumi copia arbitrãtur. Muſca vmbroſo et frigenti et ventoſo in loco nõ verſat: pręſertim vbi feneſtras habuerit in ſublimi. Sunt qui dicãt muſcas nõ ingredi quo lupi cauda ſepulta ſit: et ſquilla ſuſpenſa abigi venenoſa. Maiores noſtri cõtra vi æſtus plurimis vtebant remedijs Inter quæ delectãt criptoporticꝰ et teſtudinata: quæ quidẽ niſi niſi ſummo vertice lumẽ acciperẽt. Delectabãt etiã aulę feneſtris patulis atq; auerſis a meridie: q̃ p̃ſertim vmbroſas auras a cõtectis acciperent. Metellꝰ Octauia Auguſti ſorore genitꝰ forũ ĩumbrauit velis: vt ſalubriꝰ litigãtes verſarent. Sed aurã ad refrigerãdũ plꝰ valere q̃ vmbrã: intelliges velo ſtrati ĩducto: ita vt auræ minꝰ ꝑueniãt. Pliniꝰ ꝯceptacula vmbrarũ in ędibꝰ fieri ſolita meminit. Ea q̃lia eſſẽt nõ deſcripſere. Sed q̃liacũq; ſit: natura in eis imitãda eſt Spectare licet vbi ore apto oſcites: aiam emittis tepẽtẽ. Vbi vero labijs p̃ſſioribꝰ ſufflas: tũc miſſus aer ſubgelidꝰ appellit. Sic iſtic in ædificio vbi laxo veniat aura ſpatio p̃ſerti luſtrato ſole tepet: vbi vero arctiorẽ ꝑ callẽ vmbroſumq; cõfluat: illic citatior refrigeratiorq; eſt. Feruẽs aq̃ ſi ex fiſtula ꝑ aliã frigẽtẽ aquã ducta ſit: refrigerat. Par qdẽ ratio erit in aura. Quærũt qd ita ſit: ꝙ in ſole pambulãtes nõ fuſcant: cõſidẽtes fuſcant: prõptũ eſt. Nã motu cieri auras: qbus radij vis fruſtret. Rurſus vmbra ex ſe vt gelida ſit ꝓderit tectũ tecto: et parietem pieti obducere. Atq; hi quidem quo plus inter ſe diſtabunt: eo erit vmbra ęſtus validior. Quoad locꝰ ita contectus et circumſeptus minus inferueſcat. Interſtitium enim hoc inter vtroſq; parietes vim ferme habet eã quã haberet parilis craſſitudinis murus. Sed eo etiã pręſtat: ꝙ murus a ſole conceptum

Metellus

ardorē tardius exuit: & īportatū etiā frigus diutiꝰ tenet. Inter hoſce quos diximꝰ parietes duplices tēperamētū aeris ęquabiliter pſeuerat: in locis vbi ſolis ardores offendant: paries ductus ex pumice incalefactiones minꝰ ſuſcipiet: ac minus aſſeruabit. Hoſtia ad cōclauia ſi fuerint valuis cōduplicata: hoc eſt ſi valuis exterioribꝰ atq; item alteris valuis interioribꝰ occludātur: ita vt inter primas & ſecūdas valuas aer mediꝰ ad ſpaciū cubiti cōcludat: efficiēt: vt q intꝰ loqnt ab excluſis neqant ſubaudiri.

## ⁋ Minutiora qdā quę ad ignis vſum conferunt. Caplm. XI.

HVnc ſi ędificādum ſit loco nimium algenti: vtemur igne. Vſus ignis varius eſt. Sed oim cōmodus erit is q habebit loco patulo et collucenti. Nā ſi excluſo fumorū: aut teſtudinatorū pręſtabit: aerē male affectum dabit: q oculis inducat ſcaturiginē/& aciē hebetet. Adde qꝰ ipſe flammarū & lucis aſpectus ex viuo foco perq̄ hylaris vt aiūt comes eſt patribꝰ ad larē cōfabulantibꝰ. Sed in media gula fumaria ſuperne adeſſe oportet ferreā trāſuerſam valuā: quā tu quidē vbi oñis fumꝰ euacuerit: & pruna cādore nitēs ſeſe ipſam fouere cœperit/inuertas: gulāq; occludas: nequis釈 externꝰ aurę flatus p eā apertionē poſſit inferri. Paries ſiliceus/marmareus ve cū et algidus: tūc et humectuoſus eſt. Nā aerem frigore ſuo cōcogit: & i ſudorē vertit. Tofineus atq; itē Teſtaceꝰ cōmodior eſt: vbi penitꝰ ſicuerit. Nouos & madētes ītra parietes pręſertim teſtudinatos qui pnoctabit: graues ſubibit ægrotatiōes doloris febriūq; & pituita. Inuēti ſunt q ea re viſum amiſerint: neruis obtorpuerint: mente animiſq; ceciderint & vecordes facti ſint. Vt autē ocius ſicceſcant: peruię apertiones diſcurſitātibus vētis relinquēdę ſunt. Oim erit cōmodiſſimꝰ paries valitudini: qui fiat crudo latere per bienniū ante exſiccato. Cruſta ex gypſo inducta aerē ſpiſſitudine inſalubrē reddit: & pulmonibꝰ cerebro q̄ nocua eſt. Materia pſertim abieginea aut itē populea ſi parietē cōueſtieris erit locꝰ ſalubrior: & bn̄ ſatis hyeme tepēs ęſtate uo haud multo erit calēs: ſed ſorice & cimice fortaſſis fiet infeſtꝰ. Id vitabitur: ſi itervacua oppleueris calamo: ſiue latebras oēs: & pfugia beſtijs obſtruxeris. Creta & rapillo et amurca ſubacta rectiſſime obſtruētur. Oleū enī genus oē id animantis qd ex putrefactione ortum ſit: penitus abhorret.

Attēde q̄lis paries inhabitādus.

⁋ Quomodo ſerpētes/culices/cimices/muſcę/mures/pulices/

tineę & id gen⁹ moleſta nocuaq; perdant̃ & arceātur. Ca.XII.

SEd qñ i iſta icidim⁹: iuuat hic referre nōnulla ꝗ̄ apud graues auctores legim⁹. Ędificiū om̄i vacet moleſtia optandū eſt. Oetes Herculi ſacrū fecere: ꝙ eos a culicibus liberaſſet. Et Meliuntę ꝙ cāpas abegiſſet a vineis Eoles ſacrificabāt Apollini ꝑ copiā murū. Magnū id quidē beneficiū. Sed ꝗ̄ nā pacto iſta efficerēt: nō tradidere. Tametſi apud aliquos ſic iuenio. Aſſyrij pulmone vſtolato: cępe itē ſquilla ex ſupliminari hoſtij pēdens venenoſa om̄ia fugari aīalia. Serpētes inqt Ariſtoteles ex ædib⁹ odore diſpelles rutę. Et in ollā ſi carnes imeceris īgreſſam veſparū copiā cōcludes. Et ſulfure origanoq; agreſti latebris formicarū īpoſitis exterminabis formicas. Sabin⁹ Tyro ad Mecenatē ſcripſit limo marino/ aut cinere obturatis eorū foraminib⁹ tolli. Efficaciſſime ait Plini⁹ elitropio herba curant̃. Alij aquā diluto latere īmiſſam iimicā putāt.

*Vt ſerpētes expellas.*

*Vt formicas extermines.*

Apud veteres hoc teſtant̃ mutuas a natura qbuſdā reb⁹ & aīmātib⁹ inter ſe inatas eſſe iimicitias acres: quoad alter alteri peſtem/ perniciēq; afferat. Ex quo illud fit ꝙ muſtela nidore vſtę felis: & ſerpētes odore fugētur leopardi. Et aiūt ad ſanguiſugę caput: vbi mēbris hoīm pertinaci⁹ hęret: ſi cimicē applicaris: illico ſoluet̃: lāguidaq; decidet. Et ꝯtra fumo vſtę ſanguiſugę ab ītimis diffugijs cimicē diſcuti atq; depelli. Puluerē inqt Solin⁹ ſumptū ex inſula Athamo: ꝗ̄ in Britānia eſt: q inſparſerit: illico ſerpētes oēs fugiēt. Idē ipſum aiūt hyſtorici efficere terrā: ꝗ̄ plęriſq; alijs locis: & maxime ex iſula Eubuſſo ſūpta eſt. Quę vero ex inſula Galeon Garamathū: ſcorpiones/ atq; itē ſerpentes interimit. Strabo apud Lybiā ꝓpter metū ſcorpionū pedes cum eant dormitū lectos illinire ſolitos allio. Cimices queadmodū interfici oporteat ſcribit his verbis Saſernas. Cucumerē anguinum cōdito in aquā: eāq; infundito ꝗ̄ voles: nullę accedēt. Aut felle bubulo cū aceto miſto vngito lectū. Alij fece vini latebras oblutari iubēt. Radix cerrei (inqt Plini⁹) aduerſat̃ ſcorpionib⁹ et cōtra iſtiuſmodi noxias beſtiolas: maximeq; ſerpētes vim hʒ Fraxin⁹ egregiā. Filicis folia ſerpētes nō recipiūt. Capillo muliebri: aut cornu caprino/ aut ceruino/ aut ſcobe cedri/ aut gutta galbani: aut ſileris/ virētiſq; hederę/ iuniperoq; īcēſis ꝓfligabunt̃/ iuniperiq; ſemine vncti penit⁹ īmunes ab iniuria ſerpentū ſunt. Haxū hęrba odoratu aſpides inebriat: ſopiunt̃q; vt tor

*Vt cimices depellas.*

*Vt ſcorpiones & ſerpētes interimas.*

*Itē vt cimices interficias.*

*Vt īmunis ab iniuria ſerpentum fias.*

*Haxus*

aſpidem inebriat. Contra erucas remedium. Cõtra veſpertiliones et muſcas. Remediũ cõtra ſtelliones. In culiceſ In mures In cimices. In pulices. In tineas

peant. Cõtra erucas palo iubẽt ĩponas in hortis oſſa ęquini ca
pitis ex femella. Platani aduerſant̃ veſpertilionibꝰ. Decoctã ex
Sambuci flore ſi aſperſeris cũctas necabis muſcas. Id fiet prõ-
ptius helleboro. Tũ & muſca & decocta ex helleboro nigro ne-
cabit. Dens caninꝰ vna cũ cauda pedibus ve in aula (vt fert) ſe-
pultꝰ muſcarũ moleſtias abigit. Stelliones croci odorẽ nõ per
ferũt. Crematorũ lupinorũ fumꝰ culices ĩterficit. Mures aconi
ti odore q̃uis a lõginquo necabant. Tũ & mures atq; itẽ cimices
fumos odore atramẽti. Pulices ſi locũ decocta ex coloquintida
aſperſeris: aut itẽ tribuli marini oẽs euaneſcẽt. Si vero hirci ſan
guine aſperſeris: eo cateruati oẽs curſabũt: fugant odore braſ-
ſicę: & lõgiꝰ oleãdri. Vaſis patulis plenis aqua p pauimentũ di-
ſpoſitis temere ſaltitãtes pulices facile pdent. Tineę abſinthio/
aniciq; ſemine ſabineq; odore fugabũtur. Veſtẽ a tineis nõ tan
gi q̃ fuerit in funẽ pdicãt. Sed de his hactenꝰ quę fortaſſis fuere
plura q̃ grauiſſimꝰ lector poſtulaſſet. Sed dabis veniã: ſi nõ alie
na ſunt ab emẽdãdis locorũ vitijs: tã & ſi cõtra moleſtiã odio-
ſamq; aſſiduitatẽ infeſtiſſimarum iſtiuſmodi peſtium nihil ſit
quod ſatis cõferre poſſe videatur.

## ¶ De parietibꝰ auleis veſtiẽdis/ & locis calefaciendis/ ipſorũq; parietũ vitijs reformãdis et emendãdis. Capl̃m. XIII.

REdeo ad rẽ. Mirũ qd ita ſit. Parietẽ atrij ſi veſtias au-
leis intextis lanificio locũ habebis tepentẽ: ſi ex lino:
fiet frigidior. Locus ſi erit nimiũ vliginoſus infodito
cloacas et foſſas puteales: eaſq; completo pumice aut
glarea: nequid aq̃ iterputreſcat. Poſtea ſolũ inſternito carbone
ſtratura alta pedẽ. In idq; ſternito ſabulonẽ: aut potiꝰ et cõmo
dius tubulos: ſupne pauimẽtato. Oĩno pderit ſi aer ſub paui-

Cõtra ſolis ardores & hyemis ſeuitiem.

mento ſpirarit. Sed cõtra ſolis ardores et cõtra hyemis ſęuitiẽ
belliſſime faciet: ſi alioqn ſolũ nõ humectũ ſed ſiccũ ſit. Fodito
areã cenaculi foſſione ad pedes duodeci: et hũc ptabulato mate
ria nuda: pauimẽto cruſta ĩduta ĩtro aerẽ dat ſupra quã poſſes
credere frigidiſſimũ adeo vt etiã veſtiti ſocco pedes ea frigeſcãt
materia nullo impoſito pauimẽto pręter tabulas: tectũ vero ce
naculi iſtiꝰ ad ſublime ſupra caput teſtudinato: mirabere quãtũ
ęſtate ſubalgidꝰ: hyeme tepens ſit. Qđ ſi forte euenicet qđ ille in
ſatyra q̃rit. Vt eripiãt ſomnũ rędarũ trãſitꝰ arcto. Vicoꝝ ĩflexu
et inſtãtis ĩtonet cõuitia mãdræ. Ex q̃ ęger ſtrepitu vexatꝰ labo-

ret.Huic icōmodo diſcim⁹ex ep'la Plinij iuniorꝫ q̄ pacto belliſſi
me ſubueniat̃ his verbis.Iūctū eſt cubiculū noctis & ſōni:nō il-
ludvoces ſuulorū:nō marꝫ murmur:nō tēpeſtatū mot⁹:nō ful
gurū lumē:ac ne diē quidē ſentis:niſi feneſtris aptis tā alti abdi
tiq; ſecreti. Illa ratio eſt q' interiacēs adrō parietē cubiculi hor
tiq; diſtinguit: atq; ita oēm ſonitum media inanitate cōſumit.
¶Venio ad pietes.Parietū vitia hæc ſunt.Nā aut rimā faciūt: Vt vitia ī
aut diſſoluunt̃:aut oſſa pfringūt̃:aut a ppēdiculi rectitudine di parietib⁹
ſcedūt.Iſtoꝝ maloꝝ variæ ſunt cāę varia etiā remedia.Cauſaꝝ emēdāda
aliæ manifeſtę:aliæ occultiores.et niſi p⁹ acceptū detrimētū qd
cōferat nō ſatis cōſtat.Et alia p̄terea neq̄q̄ obſcura ſūt: ſed for
taſſis non tm̄ ad perniciē opm valere quātū valeāt ſibi ignauia
hominū pſuaſit.Cauſa in piete prōpta erit hęc: puta vbi ſit pl⁹
ſatis gratilis:vbi ſit nexuris nō cōmodis:vbi aptionib⁹ refert⁹
nocuis: vbi deniq; oſſa cōtra iiurias tēpeſtatū nō ſatis munita
ſint.Quæ aūt occulta et pręter ſpē eueniāt hæc ſunt.Mot⁹ ter-
rę:fulgura/ſoli naturęq; oīs inconſtātia. Sed iprimis quidvni- Caprific⁹
uerſis opm partib⁹ plurimū obſit eſt hominū negligentia atq; parietib⁹
incuria. Surdus(inquit ille) aries parietib⁹ eſt caprificus: neq; ſurdus ē
dictu credibile q̄ immania viderim ſaxa cōmota et diſtruſa vi- aries.
et cuneo radiculę inter fiſſuras obortę:quam ſiqs tū primū te-
nellā abſterſiſſet: op⁹ peſte imune pduraſſet. Mihi vehemēter
probant̃ veteres qui familias ex publico cōſtituebāt vt opa cu
rarēt publica atq; tuerēt̃. Fuere quos reliqt Agrippa aſcriptos
numero huic.cc.et quiquagīta.Quos Cæſar. cccc.et ſexaginta:
dicarūtq; operi pedes quinos denos ꝓximos : vt circū ad aq̄rū
duct⁹ vacarēt: ne radicib⁹ inſurgētiū arborū cameratiōes late-
ra ve ſoluerent̃ Id quoq; priuati ſpectaſſe viſi ſunt in his opib⁹
q̄ eſſe æterna optarent .Nā in ſuis qdē monumētꝫ ſepulchrorū
iſcribebāt q̄t pedes in agrū dicarēt religioni. Alij denos qnos:
alij vigenos. Sed ne iſta repetā:adultas arbores iterimi abole- Vt arbo-
riq; arbitrant̃:ſi per eos dies quib⁹ ſol caniculā igrediat̃ vnū ad res enecē
pedē recidant̃:et facto foramine per medullā oleū qd petroleū tur.
nūcupāt ifundat̃: ſulfuris farina imiſta:aut ſi decocta ex puta-
minib⁹ fabarū vſtis abūde inſpargāt̃.Syluā extirpabis inqt co
lumella:lupini flore ſucco cicutæ vno die cōmacerato et iſper-
ſo radicib⁹. Menſtruo tacta arbor amittit frondē inqt Solin⁹.
Alij etiā necari aſſerūt Radice paſtinacæ marinę arbores cōta-

Pariete parieti applicare docet.

ſte necant inqt Pliniꝰ. Nũc redeo ad ſupiora. Paries ſi erit plꝰ ſatis gracilis: tũc aut nouiſſimũ alterũ pariete applicabimꝰ veterivt fiat vnꝰ: aut ipenſę vitãdę gr̃a oſſa tm̃ intcrſtruemꝰ: hoc eſt pilas colũnas ve trabeales. Applicabit̃ paries pieti ſic. Nã in veterẽ pietẽ pluſculis locis captꝰ lapidei validi ex lapide redi uiuo pfigent̃: puta obfirmabunt̃ pminentes vt nouiſſimũ quẽ attollis pietẽ ineant: ac veluti duas inter cruſtas p nexura ſint: et nõ niſi ordinario nouꝰ aſtruet̃ paries hic lapide. Pilã p parie tem excitabis ſic: eiꝰ futurã latitudinẽ ſignabis in vetere pariete rubrica. Poſt id ab ipſo fundamẽto incipiẽs murũ perfodies feneſtra cuiꝰ latitudo ſit pte aliq̃ maior q̃ pſcriptũ illud in piete: qd rubrica ſignaſti. Altitudo vero feneſtræ erit nõ multa. Mox ſumma diligẽtia q̃drato lapide ordinibus æq̃tis obſtruet̃. Fiet hoc pacto: vt illa pietis pars quæ intra preſcriptionẽ rubricę re licta eſt: pilę craſſitudine cõprehẽdat̃: et pies conſtabiliat̃. Pari deinceps ratiõe qua primã pilæ iſtius ptẽ ſubſtuliſti deinceps re liquas ſupinducito ptes ad ſummã vſq; opis finitionẽ. De gracilitate hactenus.

Nexura in pariete.

Nexure vero vbi deerũt ferreis vel potius æneis illaqueationibus vtemur. Sed cauẽdũ ne vulneribꝰ oſſa debilitent̃. Sed ſi forte põdꝰ irruẽtis tellurı̨ vrgebit latꝰ: aut hu mectatione vitiabit: ducito ſm pietẽ foſſã latã vti res poſtulet: et emiciclos extruito: qui qdẽ põderis vi incũbẽtis tellurı̨ exci piãt: et nares pluſculis locis adigito: qbꝰ inſtillãs humor fũdat̃ atq; expurget̃. Aut tigna iſternito: q̃ frõtibꝰ ptũſum ab irruẽte tellure pietẽ captu p̃hẽdãt atq; detineãt: tignaq; iſtęc trãſuerſa riı̨s adfibulato ac deinceps cõgeſtiı̨s onerato. Cõferet quidẽ id Nã denſabit̃ aggeſta congeries priuſq̃ materiæ neruꝰ deficiat.

De his quæ nõ prouideri ſed iã effecta emẽdari poſſint / q̃lia ſunt fiſſuræ fundamẽta / colũnæ / oſſa ædicularũ / proclinatões / parietes et pauimẽta. Caput. XIIII.

Fiſſi parietis remedium.

VEnio ad ea quæ non puideri: ſed iã effecta emendari poſſint. Fiſſura in pariete atq; linearũ pclinatio inter dũ fiet a teſtitudine q arcꝰ parietis trudãt: aut q im poſitã põderũ iniqtatẽ nõ tollerẽt: ſed grauia fermę oĩa vitia iſtiuſmõi nõ niſi a fundamẽtis veniũt: verũ aliũde an a fundamẽtis ſint iditiı̨s intelligemꝰ. Nãq; fiſſura quidẽ parie tis: vt ab ea incipiã: quã in partẽ ſurgẽdo deflexerat: illic ſubeſ ſe vitiı̨ cauſam idicabit. Sin autẽ in nullã partẽ fiſſura deflexe

rit:ſed ſurſum recta ꝓcẽderit in ſummo dilabiť. Cõſiderabim⁹ hinc et hinc lapidũ ordines. Nã hi qdẽ quã in partẽ a libella deſcenderint illic ſubeſſe fundamentũ ĩfirmũ demõſtrabũt. Sin autẽ in ſummo illeſus fuerit paries:et ab imo rimæ plures hiabunt labris.quę ſeſe capitib⁹ ſuis interſurgẽdũ cõtiḡãt: tũc firmos eſſe angulos parietũ.ſed vitiũ adeſſe indicãt in media longitudinis fundamẽti. Sin autẽ vnica tantũ iſtiuſmõi erit rima: quo illa quidẽ erit in ſummo adaptior tanto in angulis factã commotionẽ indicabit. Itaqꝫ fundamẽtis prouidiſſe vbi opus ſit:tunc ꝓ opis magnitudine et ſoli firmitate iuxta parietẽ ãguſtum fodito puteũ:ſed profundũ vſqꝫ ſolidũ firmũqꝫ inuenias: ſuffoſſoqꝫ illic infimo pariete cõfeſti ordinario lapide ſuffarcinato:et ſinito dureſcat.Cum duruerit:aliũ ſimilẽ alibi puteum infodito: pariqꝫ ratione ſubaſtruito: ſinitoqꝫ ſicceſcat.Hoc igiť pacto traductis foſſuris parieti firmamẽtũ ſubſtitues. Quod ſi ex ſentẽtia ſolũ conſtãs nõ pręſtabitur: tunc certis locis paulo ab angulis diſtantib⁹ hinc atqꝫ hinc ad radices parietis vtroqꝫ latęre hoc eſt in area q̃ ſub tecto eſt:et area quę extra eſt e regione factis puteis figenť pali in ſolo confertiſſimi:et inſtruenť tignis oĩ ex parte firmiſſimis ſm parietis longitudinem. Poſt id traijcientur craſſiores et longe validiſſimę trabes per tranſuerſas parietis radices:ita vt tignorũ ſtaturas inſideãt:et dorſo parietẽ quaſi pontes iuga ve ſuſtineant.In oĩb⁹ iſtiuſmõi quas recenſuimus inſtaurationib⁹prouidẽdũ eſt ne ſit nouũ hoc quod adiungis opus aliqua ex parte ſui imbecillius q̃ vt onus ſuſceptum diuqꝫ beneqꝫ ꝑferat. Nã illico tota parietis moles in hãc ipſam imbecilliorem ꝑtẽ ſidẽdo cõflueret. Sin autẽ illic fundamẽta ad mediũ parietis erũt cõmota:& ſupnę ꝑtes illeſę cõſtãt: tunc ſignabis in parietis facie arcũ rubrica amplũ quãtũ exigit res:hoc eſt vt ꝓcipiat ſub ſe in totũ qđ cõmotũ ſit. Tũ ab altero quouis capite arcus iſti⁹ incipiẽs tranſfodito parietẽ foramine nõ maiore: q̃ qꝫ vnicum ad ſe capiat lapidẽ arcus:quẽ nos lapidẽ alibi cuneũ nũcupauim⁹:cuneũqꝫ hũcipſũ ad ſuas lineas inſtituito vti radi⁹ a cẽtro iſti⁹ cicli ꝓduct⁹ diriget. Poſt id ꝓximũ aliud cõtiguũ foramen adaperito:ſimiliqꝫ cuneo repleto:ac deinceps opere ſucceſſiuo arcũ ꝑficito. Succedet iſtitutũ nullo cũ periculo. ¶Colũna & oſſa ſiccubi erũt debilitata:ſic reſtitues. Subſtruito ad trabẽ opis arcũ validũ tegula & gypſo ſubiectis

Ad colũnæ & oſſiũ debilitatem.

quoq; ex gypſo pilis ad eã rẽ accõmodatis: vt arc⁹ iſtic q nouiſſi me ſubduceť apertiones veteres bñ cõpleãt: fiãtq; aſtructio hęc ſũma feſtinãtia nulla opis itermiſſione. Gypſi natura eſt vt iter ſiccitcẽdũ excreſcat. Ergo aſtructio hęc nouiſſima humeris ſuis quoad erit in ſe ſuſceptũ ſubleuabit onus veteris parietis forni ciſve. Tu paratis reb⁹ illinc lęſam colũnã eximito: & loco inte grã ſubſtituito. Qđ ſi ex materia fulcire & ſubijcib⁹ eniti libue rit: ex trabib⁹ ſtateras ſubmittito: & ꝑductũ earũ ſportulis ha rena onerato. Extollẽt põdus ſenſim ſine vlla q̃ſſatione coeq̃bi liter: & paries ſi a ppẽdiculo diſceſſerit: ſtatuito tigna vt hęreãt adpacta parieti. His ſingulis adijcito ſingula fulcimẽta ex ma teria bñ valida pedib⁹ imis a pariete diuaricatis. Tũc vectibus aut cuneolis ſenſim ſtringito / vt parietẽ vrgeãt. Sic diſtributis conatib⁹ cõpingẽdo paries ad perpẽdiculũ reſtitueť. Si id nõ li cuerit: firmabis fulctura trabiũ firmo in ſolo: & trabes bñ pica bis pice et oleo: ne quid calcis cõtactu vitiẽtur. Mox aſtruito q̃ drato ex lapide anterides: ita vt picata fulctura cõueſtiať. ¶ In cidet forte vt colloſſus ędiculave in alterã partẽ tota cũ baſi ꝑ clinati ſint: tunc ſubleuabis qua ſubſidãt: aut ſubdemes q̃ ꝑſur gant. Audax vtrũq; opus. Pri⁹ igiť & baſim & q̃ diſſolui motu poſſint tignis & oñu illaq̃atione bñ cõiugato & cõcingito. Cin gẽdi gen⁹ cõmodũ: ergaſtula cuneis pſtricta ſubleuabim⁹ ſub miſſa trabe in modũ vectis: qđ ipm ſtaterã nũcupauim⁹. Subde mes foſſura ſenſim ꝑducta. Ea fiet ſic. Nã incipies a medio late ris ſub ad radices imi pedamẽti: & illic ad ꝑfundũ ſubcides ap tionẽ nõ multũ latã: altã vero quoad eã ordinarijs lapidib⁹ fir miſſimis ſubſtitutis poſitis ad arbitriũ ſubinſternere. Apertio nẽ hãc ſubſtruẽdo nõ ad ſummũ vſq; penit⁹ cõpletã reddes: ſʒ palmos aliq̃t reliques in vacuo: q̃s cuneis robuſteis nõ inter ra riſſimis cõplebis. Pari deinceps opere totũ ſuffulcies latus iſtic ſacelli: qđ inde ꝑſſius ſidere velis. Iſta vbi onus ſuſceperint: tu belle & cautiſſime cuneos ipſos ſubmoueas: ꝑnũ parietẽ ad iu ſtam ppẽdiculi rectitudinẽ reſtitues. Mox q̃ iter cuneos iterua cua pateãt ſubfirmabis cuneis ex lapide firmiſſimo. Apud Ro mam ad baſilicã Petri maximã q; alę parietũ in colũnis a ppẽ diculo declinãtes ruinã tectis minenť: ſic excogitarã. Pronã pa rietis ſingulã partẽ eã: quã colũna q̃uis ſubſtineat: iſtituerã ab ſcindere: atq; e medio amouere. Idq; parietis qđ dẽptũ eſſet: re

Vt colloſſum vel ędiculã a ꝑclinatu ſubleuemus.

ſtituere ope ordinario ad ꝑpẽdiculũ relictis iterſtruẽdũ hic atq̧ hinc dẽtib⁹ lapideis anſeoliſq̧ validiſſimis: quib⁹ reliq̃ ſtructu rę inouatio annecteret. Deniq̧ ad tectũ trabẽ cui ꝓclinata muri pars ſubadimẽda eſſet cõmendaſſem capreis machinis ſupra tectũ erectis: firmatis hinc atq̧ hic machinarꝫ pedib⁹ in tecti parietiſq̧ ꝑte ſtabiliore. Hoc deiceps in alteris atq̧ alteris colũnis quãtũ res poſtulaſſet effeciſſem. Capra nauticũ inſtrumentũ eſt tignorꝫ triũ: quorꝫ ſũma capita in vnũ cõiũcta fibulant̃ & cõno dãtur: pedes autẽ in triangulũ collocant̃. Hac machina adhibitis trocleis cocleave ad onera tollẽda vtimur commodiſſime. Capra nauticũ iſtrumẽtũ

¶ Cruſtã vetuſto parieti aut pauimẽto nouiſſime inducturus pri⁹ obluito aq̃ pura liquẽtiq̧ flore: calcis imiſta farina marmoris pẽniculo dealbato/ ſic harenatiões tenebit. In pauimẽti ſubdiualis rimulã ſi cineres in cerniculo puratos oleo ꝓſertim linaceo ſubegeris atq̧ infuſeris ſtagnabit. Huic operi cõmodiſſima erit creta calce viua bñ ſubacta et furno excocta/ & illico iducta ex oleo fiſſura prius oĩ puluere imuni reddita. Id fiet terſura pinarũ & multa folliũ ſufflatura: & operis etiã elegantiã nõ negligam⁹. Parietes ſi forte ſint altitudine iformi ducito aut opere adpacto coronas aut pictura ſectiones: q̃ illã altitudinẽ apt̃ locis diuidãt. Sin autẽ erit paries nimiũ oblõgus: inducito a ſũmo ad imũ colũnas nõ nimiũ frequẽtes: ſed ſubdiſpãſas. Cõſiſtet eni & remorabit̃ ituit⁹ q̃ſi diuerſorijs offenſis vbi ĩtorq̃ſcat atq̧ min⁹ offendat̃ vaſtitate. Hoc etiã faciat ad rẽ. Multa quidẽ q̧ in loco depꝛeſſiore ſita/ q̧ve parietib⁹ cincta humiliorib⁹ ſint q̃ rõ poſtulat: ea re minora & anguſtiora videbunt̃ q̃ re ipa ſint. Cnotraq̧ multa poſtea q̃ elatiora reddita ſunt: adauctis pauimẽto parieteve lõge viſa dehinc maiora ſunt q̃ pri⁹ videbãtur. Et apertionib⁹ cõmodatis: hoſtiove aptiore loco poſito: feneſtriſve in ꝑte parietis celſiore adapertis: cœnacula & mãſiones redactas cõſtat: vt digniores/ multoq̧ elegãtiores habeãtur. De cruſta parieti aut pauimẽto inducẽda.

¶ Leonis Baptiſtę Alberti Florẽtini viri clariſſimi De re ædificatoria Opus elegãtiſſimũ & q̃maxime vtile accuratiſſime Pariſius In ſole aureo Vici diui Iacobi Impreſſum: Opera magiſtri Bertholdi Rembolt/ & Ludouici Hornken in eodem vico ad interſigniũ trium coronarũ e regione diui Benedicti cõmorañ. Anno domini. M.D.XII. Die vero. XXIII. Auguſti.

6 92 9ff


FELIX
COLONIA
LODOVICVS
HORNKEN